image
not
available

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XII
G
19
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS CARAMVEL
SIGALION
LATINE
HARPOCRATES
SILENTII GENIVS.

De Reſtrictionibus Inſenſibilibus, quæ à Taciturnitate deſumuntur, diſſertans.

EST TRISMEGISTI THEOLOGICI
TOMVS II.

Multa loquendo tacere docet (mirabile dictu!)
Harpocrates, nec non multa ſilendo loqui.

SCHOLASTICVS.

Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum ſciat alter.

POLITICVS.

Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam Anno MDCLXXIX
Superiorum permiſſu.

INDEX

Articulorum, & Sectionum.

Omnes Numeri ſunt paginarum.

PROOEMIVM I.

NOTA I. *An Silentium loquatur?* pag.2.

Nota II. *De Domino Petro Varais. Quis & qualis Miniſter fuerit?* 5.b.

ARTICULUS I. *De* Σιγολογιᾳ ſive ſilentii elocutione. 7.

SECTIO I. *Silentium eſſe vocem materialiter.* 8.a

SECTIO II. *De oculis. An loquantur? an taceant? & quid tacendo indicant?* 9.a

SECTIO III. *De Vulnere, & Gemitu. An poſſit quis alieno ſterni vulnere, & alieno gemitu vociferari?* 10.b

SECTIO IV. *Ut melius intelligantur præcedentia, aliqua de Echûs naturâ & ingenio interſeruntur.* 11.b

SECTIO V. *Præcedens Doctrina de Echûs conformatione in Concionatorum gratiam Moribus adpropriatur.* 12.b

SECTIO VI. *Tres ingenioſi inſinuantur Conceptus, quos uberiùs olim, ſi tempus ſuppetat, dilucidabimus.* 13.a

SECTIO VII. *Iterum de Silentio. An Nihil ſignificet aliquid; & an per nihil aliquid reſtringatur?* ibid.b

SECTIO VIII. *Quo perfidi Hebræi modo Sanctiſſimum Domini Noſtri Jeſu Chriſti nomen, nil prorſus ſcribendo, ſcribant?* 14.a

SECTIO IX. *An graviſſimè minetur, qui ſilet?* ibid.

SECTIO X. *An loqui, quin loquamur; & audire, quin audiamus, poſſimus?* ibid.b

SECTIO XI. *De Rhetorica, & omnium Scientiarum Figurâ. An, & cur habere debeant Taciturnitatem in centro?* 15.a

SECTIO XII. *De Apoſiopeſi. Abrumpit & ſupprimit Orationis partem poſteriorem ſilentio. Ejus vi plura tacendo, quàm profuſâ eloquutione dicerentur.* ibid.b

SECTIO XIII. *An nulla Reſtrictio ſit Reſtrictio?* 17.a

SECTIO XIV. *An nullum ſignum, ſignum ſit?* ibid.b

SECTIO XV. *De Argumento Negativo. An & quando ſit efficax? An-ne aggravantes intra eamdem ſpeciem Circumſtantia in Sacramentali ſint Confeſſione aperiendæ? An inter Propoſitionum Oppoſitiones admittenda ſit ſubcontraria?* 18.a

ARTICULUS II. An nulla Reſponſio interdum ſit magna Reſponſio? An dubium in Interrogatione propoſitum per non Reſponſionem ad alteram Contradictionis partem reſtringatur? 19.

SECTIO I. *De Epiſtolis. An ad illas interdum non reſpondendo reſpondeamus?* ibid.a

SECTIO II. *De Legato ſine Reſponſo admiſſo. An & quomodo injuriæ debeant tolerari?* 21.b

SECTIO III. *Aliqui producuntur Authores, qui ſilentii eloquentiam exponunt.* ibid.

SECTIO IV. *De Silentiariâ Grammaticâ. An poſſint Homines tacendo loqui?* 23.a

SECTIO V. *De Silentiariâ Dialecticâ. An poſſit quis Præmiſſas, quæ non dicuntur, ſubaudire, & ex illis legitimas Conſequentias inferre.* ibid.

SECTIO VI. *De Silentiariâ Rhetoricâ. An ſilentium perorer. An per Figuras Tropoſque ejuſdem eloquentia luxuriet?* 25.

ARTICULUS III. De Hæreſibus. An omnes indicibiles ſint? An propter religionem Poëtis juberi debeat, ne de re Religioſâ Carmina, aut Comœdias ſcribant? Et hinc ſumptâ occaſione Juniorum Poëtarum intolerabiles errores in omni materiâ adducuntur. 26.

ARTICULUS IV. De Poëtis Hiſpanicis. An permittendi potiùs ſint Humanas Fabulas, quàm Sacra Myſteria concinere? An, dum vel eloquentiæ ſtudent, vel conceptum dilucidare ſatagunt, in Hæreſes manifeſtas labantur? 27.

SECTIO I. *De Monte Parnaſſo. An invocare Muſas & Apollinem ſit Idololatria? An invocationes hujuſmodi ut ut ab Ethnico dictæ gravieri cenſura ſubjaceant, in ore Chriſtiani reſtringantur, & per circumſtantiam Perſonæ ad bonū ſenſum revocentur?* 28.a

Nota. *De Sacrarum Literarum abuſu.* 29.b

SECTIO II. *De Dei Unitate. An apud Hiſpanos* Un Dios *ſupponat Deorum pluralitatem?* ibid.

SECTIO III. *De Ineffabili Trinitatis Myſterio. An Chriſtus ſit Deus Trinus & Unus? An Deipara fuerit Hæretica?* 30.b

SECTIO IV. *An Homo factus ſit Deus?* 31.a

SECTIO V. *De Formâ Cadaverinâ. An in triduo Chriſti corpus verè fuerit Cadaver? An in Subſtantiali Compoſito admittenda ſit Forma Corporeitatis?* ibid.b

SECTIO VI. *De Solis ſtatione, & regreſſu. An duo ſtupenda, quæ ſunt in Sole divinitus patrata miracula, poſſint ſalvâ Fide confundi?* 32.b

SECTIO VII. *De Actuum Humanorum Bonitate, & Malitiâ. An peccata homines, non operando tantum, ſed etiam cooperando committant?* 33.b

SECTIO VIII. *De Sacramento Baptiſmi. An vendi poſſit? An cooperari ad Simoniam ſemper peccatum ſit?* 34.a

SECTIO IX. *De Pœnitentiæ Sacramento. An in illo integritas ſit obſervanda? Adamantii error proponitur, & impugnatur.* 35.a

SECTIO X. *De Sacramento Euchariſtiæ. An in Sanguinem*

* 2 D.N.

Digitized by Google

D.N. Jeſu Chriſti Vinum; an verò in Vinum ejus puriſſimus Sanguis convertatur? 36.b
SECTIO XI. *De Matrimonii Præcepto, An hominibus impoſitum ſit?* 38.a
SECTIO XII. *Iterum de Matrimonio. An in illo conferat gratiam Deus nomine Parochi?* 40.b
SECTIO XIII. *De Mortis & Vitæ poteſtate.* 41.b
SECTIO XIV. *De Aſtrorum potentiâ & efficaciâ,* ibid.
SECTIO XV. *De Vertice, quem* Zenith *Saraceni nominãt?* 44.b
SECTIO XVI. De *Ordine & Motu Sphærarũ Cæleſtium.* 42.b
SECTIO XVII, *De Norvegiâ. An ſit Regio, quæ nunquam à Sole proſpicitur?* 45.b
SECTIO XVIII. *De Zonâ Frigidâ, An in illâ ſint ignivomi montes?* ibid.
SECTIO XIX, *De Rege Ormuſii. An latè dominetur in Africâ?* 46.a
SECTIO XX. *De Mahometis Sepulchro.* ibid.
SECTIO XXI, *De Pyrio pulvere, Quando fuerit inventus?* ibid. b
SECTIO XXII. *De Adamante. An ſit diaphanus?* 47.a
SECTIO XXIII. *De Vocibus* Advocatus & Cliens. *An ſimus advocati Deipara, & illa ſit hominum Cliens?* ibid.
SECTIO XXIV. *De Falconibus. An naſcantur in Belgio?* ib.b
SECTIO XXV. *De Contractibus. An res determinatum pretium habeant? An verò quocumque poſſint vendi?* 48.a
SECTIO XXVI. *De Hiſtoriâ, An illam Poëtæ noſtrates neſciant?* 51.a
SECTIO XXVII. *De Arte Pictoriâ, An ſit apud Mahometanos interdicta?* ibid.b
SECTIO XXVIII, *De Hydrographiâ. An illam Poëtæ Hiſpani percalleant?* 52.a
SECTIO XXIX. *De Tempore. Quid Luſtrum ſit? & an à Sæculo & Olympiade diſtinguatur?* ibid.b
SECTIO XXX, *De Sneviâ, Ubinam illa jaceat? An Ruſſiæ adhæreat?* 53.a
Nota. *An in Comœdiâ, qui agit perſonam, quæ multis ante Chriſtum annis ex. gr. vixit, poſſit loqui de rebus, quæ multis poſt Chriſtum annis inventæ?* ibid.b
SECTIO XXXI. *De Caino, An à Lamecho fuerit occiſus?* ibid.
SECTIO XXXII. *De Lupo de Vegâ. An debeat Poëtis præcedentibus adnumerari?* 55.a
SECTIO XXXIII. *De D. Franciſco de Quevedo. Qualis fuerit; & an laicis aliis Poëtis ſimiliter ſit accenſendus?* 59.b
De Julio Scaligero. 61.a
De Petro de Abano. 62.a
SECTIO XXXIV, *De Joanne Trithemio, Obſervantiſſimo & Doctiſſimo Ordinis S. Benedicti Religioſo, & Abbate.* ibid.b
ARTICULUS V. De Ineffabili & Indicibili Nomine universim, Quid & quotuplex ſit? 67.
SECTIO I. *De nominibus, verbiſque, quibus ſolemus uti, cùm de indicibilibus agimus?* ibid.b
SECTIO II. *De rebus indicibilibus. An res aliquæ nomen non habeant? An & aliquæ, quæ id habere non poſſint?* 68.b
Nota. *An poſſit Deus per negationes explicari?* 73.a
SECTIO III. *De Mariæ Nomine & Prærogativis. An illud ineffabile & iſta indicibiles ſint?* ibid.b
SECTIO IV. *De S. Joſephi Paternitate. An ineffabilis ſit? An quantis prærogativis & privilegiis condecoretur, indicibile ſit?* 75.b
SECTIO V. *An ſint nomina, quæ hominibus imponi non poſſint?* 76.a
SECTIO VI. *An ſint Hominum nomina, quæ proferri non poſſint? De Immortalitatis deſiderio. An immortalem Famam, ſi non bonam, ſaltem magnam homines concupiſcant? De Templi Dianæ Epheſiæ incendio. De oblivionis pœnâ. Qualis apud Parthos & Nicænos ea fuerit?* 78.b
ARTICULUS VI. De Verbis laſcivis. An quæ nudam ob mentis oculos exponunt Venerem, ſint ſordida & indicibilia? An, & quomodo reſtringantur, & emaculentur? 79.
SECTIO I, *De obſcœnis & laſcivis vocabulis, Cenſeri an debeant apud ingenuos homines indicibilia? Et, an tunc alia à circumſtantiis reſtringantur, ut ſub honeſto velo res turpes & immundas ſignificent?* 80.b
ARTICULUS VII, *(malè VI.)* De Verbis Jocoſis, adeòque de Dicteriis, Carminibus, Novellis, Comœdiis & Fabulis, An Indicibilium adnumerari cenſui debeãt? An Eutrapelia, Virtus an Vitium ſit? 85.
SECTIO I, *An in humanis Actibus aliqua Bonitas aut Malitia ſit; an verò omnes ſint* ἀδιάφοροι *& indifferentes?* ibid.a
SECTIO II. *Adhuc de Humanorum Actuum Indifferentiâ. An Sententia, quæ Titio eſt utilis, Sempronio poſſit eſſe nociva? An Philippus Melancthon aſſenſum Luthero præbuerit?* ibid.b
SECTIO III. *De Jocis, Dicteriis, & Facetiis privatis, Quales ſint? An ſemper ſine officio, aut injuriâ dicantur?* 86.a
SECTIO IV. *De Jocis & Ludis publicis. An audire Comœdias, & Spectaculis ſolennibus intereſſe ſit malum?* 87.a
SECTIO V. *An claudi Theatra debeant, interdici tragœdiæ, & Comici univerſi proſcribi?* ibid.b
SECTIO VI. *De Poëtis veteribus, & eorum Metris. An eorundem laſcivia metro careat? An-ne viris ingenuiſque interdum liceat carmina laſciva componere?* 89.b
SECTIO VII. *De legendi Libros interdictos licentiâ. An concedi poſſit? & quid importet licentia poſtulata conceſſio, ſi periculum maneat?* 91.a
SECTIO VIII. *De Interprete. Quid fide illæſâ poſſit, aut debeat facere, ſi in locos, in quibus Venus propudioſè develatur, incidat?* ibid.b
ARTICULUS VIII. De verbis immundis. An præter laſciva & obſcœna adhuc alia ſordida reperiantur vocabula? Et an hæc, ſive reales ſive civiles ſordes importent, Indicibilibus adnumerentur? 92.
SECTIO I. *De Diſſimulatione, An ipſa in Silentio conſiſtat?* 93.a
SECTIO II. *An Tacere in Aulâ & Palatio ſit dimittere?* 95.a
SECTIO III. *An Silentii Interpretes Amplexus ſint?* ibid.b
SECTIO IV. *De vocibus Latinis* Volo & Nolo *(aut Hiſpanicis* Quiero & No quiero.) *An Politicè ineffabiles ſint?* 96.a
SECTIO V. *Quid verba hæc,* Nolo ſolvere, *in Beneficiarii ore ſignificent? An obſequioſa ſint? an veriùs animum ingratum præſeferant?* 98.a
SECTIO VI, *De eximiis vitæ Palatinæ miſeriis. An verbũ* Solve *expunctum ſit? Quid ſignificet in Dialecto Politica,* Me debitorem eſſe fateor? *An verbum* Do *futuro careat?* ibid.b
SECTIO VII. *De Peregrinis. Quomodo debeant loqui? An ſe eſſe Nobiles fateri poſſint? An autem præſtet ſe eſſe ignobiles dicere? Quomodo cum illis Viri prudentes agant? An, & quæ poſſint illos interrogare?* 100.a
SECTIO VIII. *Omnis in loquendo & agendo univerſim condemnatur Nimietas.* 102.b
SECTIO IX. *Nimia condemnatur in Palatio eruditio; & nimia dicitur, quæ Principem ſuperare videtur.* 103.a
SECTIO X. De *Nomine Semidicibili. An ſint vocabula ſimul Communia & Propria? quæ ut Communia, ſint abſurda & infamia: & ut Propria, generoſa & nobilia?* 105.b
SECTIO XI. De *pulchris Nominibus. An Fortunæ Jus dicant, & Fatis infelicibus prædominentur? An potius contra eventuum infelicium ſint cauſa?* 108.b
SECTIO XII. De *Civili Parentheſi, An indicibilia nomina alicujus verbuli interjectione emolliantur, & ſinantur proferri?* 110.a
SECTIO XIII. *Quid ſit illud, quod* Un no ſe que *ab Hiſpanis vocatur?* 111.a
Sec-

Sectio XIV. De Regio reſponſo. An verè tunc reſpondeant Principes, cùm nil omnino dicunt, ſed ut reſponſum habeant Oratores ad aliquem alium remittunt? ibid.b
Sectio XV. De Injuriis. An apud Viros probos infanda cenſenda ſint omnia calumnioſa vocabula? 113.a
Monitum Morale. ibid.b
Sectio XVI. An, quæ non ſunt ad rem, Indicibilibus debeant adnumerari? 114.a
Sectio XVII. An inter voces Politico condemnatas ſilentio Hebraica, Arabica, Græca, & aliæ omnes Orientalium Linguarum numerari debeant? ibid.b
ARTICULUS IX. De Inſcribibilibus. De rebus, quæ ſcribi non debent, quæ non poſſunt; quæ ſi fortè ſcribantur, inſcriptæ ab omnibus cenſeri debeant. 116.
Sectio I. De Propoſitione In. Quam intra & extra Compoſitionem vim habeant? ibid.a
Sectio II. De Particulis De, Di, Dis, & Re. Quam in Compoſitione vim habeant? Agit de Literis, oſtenditque olim fuiſſe pauciores, & aliquas temporis ſucceſſu accreviſſe; & nonnullas adhuc deſiderari, quas tamen ab alicujus Eruditi Principis providentiâ exſpectamus. 119.b
Sectio III. An ſint nomina, quæ ſcribi non poſſint? 121.a
Sectio IV. De Vocibus ſemiſcribibilibus. An ſint aliquæ, quarum primam ſcribi ſyllabam Pudor ſoleret, & tamen reliquas apponi non permittat? 122.a
Sectio V. De Palimpſeſtis. Quid ipſi ſint? & quibus uſibus ſervire poſſint? 123.a
Sectio VI. De Circumſtantiis, quæ in Inſtrumentis publicis pro non ſcriptis haberi debent. 125.a
RRTICULUS X. De erroribus contra Grammaticam. An Verba, quæ Canones Grammaticorum violant, apud doctos Indicibilibus debeant adnumerari? 130.
Sectio I. De Solœciſmo. Quid ille ſit, & quando, & à quibus committatur? ibid.a
Sectio II. An & quando liceat ſolœciſmos committere? 134.a
Sectio III. An non omnia cenſenda ſint ſolœciſmi maculari inſolentiâ, quæ Grammaticorum Canones violaſſe videntur? ibid.a
Sectio IV. De Barbariſmo. Quid ille ſit? & unde dicatur? ibid.b
Sectio V. De Pronunciationis Ametriâ. An ad Solœciſmum an verò ad Barbariſmum reducatur? 135.a
ARTICULUS XI. De Antiquatis Vocabulis. An omnia hoc ævo Criticè indicibilia ſint? an aliquando dici, aut ſcribi impunè poſſint? 136.
Nota I. De antiquatis, novandiſq; verbis. Ex Horatio. 137.b
Nota II. Ut verba abſoleta & antiquata, quibus nuper utebatur Calenus, intelligas, Indiculum ſequentem addimus. 138.a
Nota III. De Deorum Idiomate. An ſicut ætate, ſic etiam linguâ immutabiles ſint? An quæ apud nos in terris antiquata & abſoleta jam cenſentur vocabula, apud numina retineantur in Cœlo? ibid.b
ARTICULUS XII. De Silentio Potentiarum & Senſuum. De Ovidio & Interpretibus Caligulæ: an videndo ille, iſti audiendo peccaverint? Adduntur nonnulla de Reali & Morali ſenſuum, & interiorum Potentiarum ſilentio. 140.
Sectio I. De Ovidio. Cur tam ſubitaneâ ſententiâ proſcriptus & condemnatus fuerit? ibid.
Sectio II. De Reali ſenſuum exteriorum ſilentio. Mœror, Gaudium, & aliæ paſſiones animi, ſi nimiæ ſunt, obtundunt, aut ſuſpendunt ſenſuum operationes. 142.a
Sectio III. De Morali ſenſuum ſilentio. Exponitur Adagium Hiſpanicum, & Syrenum Fabula radiis Politicis dilucidatur. ibid.
Quando præoccupatur perturbatione aliquâ Animus, Oculi non ſolùm adlucinantur, ſed excæcantur. ibid.b
Sectio IV. De Timoris Imagine. An benè ſilente penicillo pingatur? Agitur obiter de Euthymemate: & quid illud ſit, breviter explicatur. 143.b
Sectio V. De Intellectûs Silentio. An ſe nihil ſcire, ſcierit Socrates? 144.a
ΣΙΓΑΛΙΩΝ Alter in quatuor diſtributus Articulos. 145.
ARTICULUS I. De Τοπολογίᾳ, ſive de Locorum Colloquutione. 147.
Sectio I. De Loci definitione moraliter conſideratâ. ib.b
Sectio II. De Motu Locali. 148.a
Sectio III. De Somno & Somnio. An debeamus imaginibus in ſomnio repræſentatis credere? ibid.b
Sectio IV. De Augurio. Quid illud ſit? & an illi credendum? 150.b
Sectio V. De Termino Locali. Explicantur Voces Donec, Quouſque, Uſque ad, & aliæ ſimiles. 151.b
Sectio VI. Quid Progredi & Regredi ſignificent? 152.a
Sectio VII. De aliquibus Loci proprietatibus. ibid.
Sectio VIII. De Mundo quà loco. 153.a
Sectio IX. De Cœlo quà Loco. ibid.
Sectio X. De Terrâ quà Loco. 134.b
Sectio XI. De Aëre quà Loco. 155.a
Sectio XII. De Aqua quà Loco. ibid.
Sectio XIII. De Igne quà Loco. ibid.
Sectio XIV. De Iride & de Nubibus pictis à Sole. 156.b
Sectio XV. De Nube quà Loco. 157.b
Sectio XVI. De Inferno quà Loco. 158.a
Gehenna Locus. ibid.b
Sectio XVII. De Inſulâ quà Loco. 159.a
Sectio XVIII. De Fluvio quà Loco. ibid.
Sectio XIX. De Fonte quà Loco. 160.b
Secctio XX. De Puteo quà Loco. 161.a
Sectio XXI. De Ciſterna quà Loco. ibid.
Sectio XXII. De Lacu quà Loco. ibid.
Sectio XXIII. De Foveâ quà Loco. 162.b
Sectio XXIV. De Spelunca quà Loco. ibid.
Sectio XXV. De Deſerto quà Loco. 163.a
Sectio XXVI. De Agro quà Loco. ibid.b
Sectio XXVII. De Campo quà Loco. 164.a
Sectio XXVIII. De Monte quà Loco. ibid.b
Sectio XXIX. De Colle quà Loco. 166.b
Sectio XXX. De Valle quà Loco. 167.a
Sectio XXXI. De Area quà Loco. ibid.b
Sectio XXXII. De Viâ quà Loco. ibid.
Sectio XXXIII. De Semitâ quà Loco. 168.b
Sectio XXXIV. De Petrâ quà Loco. 169.b
Sectio XXXV. De Urbe aut Civitate quà Loco. 170.b
Sectio XXXVI. De Vico quà Loco. 171.b
Sectio XXXVII. De Plateâ quà Loco. 172.a
Sectio XXXVIII. De Prætorio quà Loco. ibid.b
Sectio XXXIX. De Piſcinâ quà Loco. 173.a
Sectio XL. De Templo quà Loco. ibid.
Sectio XLI. De Altari quà Loco. 174.b
De Arâ, quæ cum Altari coincidit. 175.a
Sectio XLII. De Synagogâ quà Loco. ibid.
Sectio XLIII. De Muro quà Loco. ibid.
Sectio XLIV. De Suburbio quà Loco. ibid.b
Sectio XLV. De Domo quà Loco. 176.b
Sectio XLVI. De Tentorio quà Loco. 177.b
Sectio XLVII. De Tabernaculo quà Loco. 178.a
Sectio XLVIII. De Conclavi quà Loco. ibid.b
Sectio IL. De Cubiculo quà Loco. 179.a
Sectio L. De Cubili quà Loco. ibid.
Sectio LI. De Torculari quà Loco. ibid.
Sectio LII. De Vineâ quà Loco. 180.a
Sectio LIII. De Cathedrâ quà Loco. 182.a
Sectio LIV. De Tecto quà Loco. 185.a
Sectio LV. De Solario quà Loco. ibid.
Sectio LVI. De Pariete quà Loco. ibid.
Sectio LVII. De Maceriâ quà Loco. ibid.b
Sectio LVIII. De Sepe quà Loco. 186.a
Sectio LIX. De Horto quà Loco. ibid.

Sec-

Sectio LX. *De Theſauro quà Loco.* ibid.b
Sectio LXI. *De Menſâ quà Loco.* ibid.
Sectio LXII. *De Arcâ quà Loco.* 187.a
Sectio LXIII. *De Molendino quà Loco.* ibid.
Sectio LXIV. *De Portâ quà Loco.* ibid.
Sectio LXV. *De Oſtio quà Loco.* 188.a
Sectio LXVI. *De Limine quà Loco.* ibid.
Sectio LXVII. *De Feneſtrâ quà Loco.* ibid.
Sectio LXVIII. De *Gazophylacio quà Loco.* 189.a
Sectio LXIX. De *Carbonâ quà Loco.* ibid.
Sectio LXX. De *Hieruſalem quà Loco.* ibid.
Sectio LXXI. De *Sione quà Loco.* 190.a
Sectio LXXII. De *Civitate* David *quà Loco.* ibid.
Sectio LXXIII. De *Bethleem quà Loco.* ibid.
Sectio LXXIV. De *Bethel quà Loco.* ibid.b
Sectio LXXV. De *Galaad quà Loco.* ibid.
Sectio LXXVI. De *Charmelo quà Loco.* 191.a
Sectio LXXVII. De *Libano quà Loco.* ibid.
Sectio LXXVIII. De *Baſan quà Loco.* ibid.b
APPENDIX. Iterum de Τοπολογία, ſeu Locorum Eloquutione. 192.
Sectio I. De *Loco Natali. An ſingula Nationes proprias habeant Virtutes & Vitia?* ibid.a
Sectio II. *Quàm certa ſint Indicia, quæ à Patriâ ſumuntur?* 193.b
Sectio III. *Sæpè à Loco Vocis æquivocæ reſtringitur ſignificatio.* 195.b
Nota I. *Nonnulla de Loco ſubjiciuntur.* De *Muſeo Pontificio, in quo Epiſcopi Electi coram Suâ Sanctitate examinantur.* 198.b
Nota II. *Iterum de Loco. Quo ordine ſedeant, incedant, loquanturque Principes Electores in Comitiis Imperii.* 200.a
ARTICULUS II. Χρονολογία De Temporis Colloquutione. 204.
Sectio I. De *Carminibus extemporaneis.* 206.a
Sectio II. *Quomodò æquivoca & latiùs patentes* Dictiones *per circumſtantiam Temporis reſtringantur?* 207.b
Nota I. De *Didone & Æneâ. An-ne Tempus oſtendas, omnia, quæ de illorum amore à Virgilio cantantur, eſſe fabulas?* 209.b
Nota II. De *Sappho, & Platone. An hujus illa præceptrix & inſtitutrix fuerit?* 211.b
Nota III. De *Ceſio Baſſo. An ejus nomine Martialem Quintil anus intelligat?* 212.a
Nota IV. De *Epiſcoporum Sedibus, qui cum S. Auguſtino ad Papam Innocentium ſcribunt. An illas ratio Temporis poſſit indigitare?* ibid.
Nota V. *Corrigitur Cæſar Baronius.* 213.a
Nota VI. De *Idiotâ. Quiſnam fuerit, & quo floruerit anno?* ibid.
Nota VII. De *Subſcriptione Regiâ. An & cur Andronico, ut annum, menſemque in ſubſcriptione exprimeret, inhibuerit Imperator Palæologus?* ibid.b
Nota VIII. *An ad Urbanum IV. ſcripſerit Imperator Palæologus ut Pachymeres affirmat?* 214.b
Nota IX. De *Campana Horologiis.* 215.a
Nota X. De *Clepſydris, ſeu Horologiis Arenariis.* ibid.b
Nota XI. De *Clepſydrâ, in quâ deſluebat loco pulveris Cinis.* 216.b
Sectio III. *Tempus rebus in omnibus non mortales, & eſſe morituros inclamat; morteinque per Tempus, velut per linguam univerſa loquuntur.* 217.a
Sectio IV. De *Horologiis, Pede tacito mortem advenire Nomonent.* ibid.b
Sectio V. De *Tempore malè impenſo, ſeu perdito.* 218.b
Sectio VI. De *Nobilitate. Ipſa eſt Antiquitatis ſoboles: creſcit ætate; moritur; & ſi in memoriâ vivit, hæc etiam memoria eſt caduca & mortalis.* 219.b
Nota. *Cur Articuli ſequentes in hoc ſyntagmate ponantur?* ibid.
ARTICULUS III. De Εσθεματολογία, ſeu Veſtium Elocutione. 220.
Sectio I. *An Veſtes aliquando mentiantur? An Æquivoca à Linguâ prolatâ reſtringant?* 221.a
Sectio II. *Iterum de Mendaciis & Erroribus Veſtium.* 223.b
Sectio III. De *Veſtibus unius hominis propriis. An ipſæ tacitè vociferentur, Hic eſt talis? An in bello, & periculis prudenter Principes Regiis ornamentis utantur?* 224.a
Nota. De *Veſtium mendaciis. Roſam in pileo* Willelmus *gerebat adamantibus pretioſis conformatam. Per hanc à cæteris Principibus ſecernebatur. Mutat cum Leontio pileum. Et Balthaſſar, qui Principem occiſurus irrepſerat, pilei roſâ deceptus, Leontium occidit.* 225.b
Sectio IV. *An plumæ ſint Fœminis, quæ illis ornantur, clementiores?* 226.a
Sectio V. De *Veſtium modeſtiâ & abuſu.* ibid.b
Sectio VI. De *laceratarum Veſtium ſignificatione. Cur tam ſint honorificæ in Collegiis Univerſitatum Hiſpanarum? Quid è Regis Saulis pallio; quid è Regis Alphonſi VI. paludamento importent exciſa laciniæ.* 229.b
Sectio VII. De *Regularium Veſtium* Colloquutione. *An ipſæ aliquando etiam mentiantur?* 232.b
Sectio VIII. De *Veſte vilè. An Virum modeſtum dedeceat?* 234.a
Sectio IX. De *Fœminarum veſtibus & ornamentis.* ibid.b
Sectio X. De *Medicinâ faciei, & de hujus medicinæ mendaciis.* 235.b
Sectio XI. *Iterum de Veſtium mendaciis.* 237.a
Sectio XII. De *Reſtrictione verborum generalium per Veſtes.* 240.b
Sectio XIII. De *rerum inſenſibilium ornamentis. An ipſa loquantur?* 243.a
ARTICULUS IV. De Οργανολογία, ſive de Inſtrumétorum, & præcipuè Militarium Colloquutione. 245.
Sectio I. De *Cornu. Loqui illud oſtendis, ſive pro Tubâ, ſive pro arcu, aut aliâ re qualicumq; accipiatur.* ibid.b
Sectio II. *In caſtris exercitui Imperia notificant* Στρατηγοτος *: in ſolennitatibus, funeribus &c. pompam adaugent.* 246.b
Sectio III. *Poëtas recognoſcit Hiſpanos & ex iis ſubtiliora deducit.* 249.a
Sectio IV. De *Tubicinibus, Quales ipſi cenſendi ſint?* 250.b
Sectio V. De *Enſibus. An loquantur? an dicant? an reſpondeant? an mentiantur? an aliquando eloquantur æquivoci? & an ſubeant Reſtrictiones Mentales?* 251.a
Sectio VI. De *Arte Gladiatoriâ. An ad lineas, angulos, & circulos reduci poſſit?* 254.a
Sectio VII. De *Gladiatoriæ Sectis. Interior-ne debeat Exteriori proferre?* ibid.
Sectio VIII. *Adducuntur adhuc aliqua de Gladiorum Idiomate.* 255.a
Sectio IX. De *lethiferis vaſis. An ex argillâ vili, an potiùs è pretioſo metallo fuſa ſint?* ibid.

Digitized by Google

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

IOANNI CARAMVELI

Magno Viglevanenſi Antiſtiti, nova in dies ſingulos Typis emandanti.

O D E.

ADeſte ſaeri fluminis Arbitræ,
Adeſte Collis duplieis incolæ:
Tymbræus adſit laureatus
Aoniis ſocius Camænis.
Adeſte Vati, dignaque Apolline
Et digna Muſis mellea earmina
Afflate: Verba enim ſonora
Grandia eonveniunt canenti,
Modis Thalia non mihi metricis
Dicenda ſubſunt ludicra, inania;
Sed quæque pervigil Sophia
Sollicito ſtudio elaborat.
Quaquâ per Orbis ſingula climata,
Sol fundit ardens aurea lumina,
Sat nota quæque litteratis
CARAMUEL calamo notarit.
Scripſiſſe nee dum plura volumina
Contentus ardor, ſcribere plurima
Adhuc anhelat; eruditos
Ut magis erudiat legentes.
Mirare lector, Mentis ab unieæ
Deprompta pœnn, tot ſapientiæ
Inventa eonditæ. Noviſque
Artibus ingenium ſcatere,
Doctrina quidquid Cæliea de Deo
Sermone clamans diſſerit arduo:
Areana quotqnot jam Stagyræ
Frugiferum docuit lycæum:
Qnidquid Poëſis florida duleibus
Et eincta lauro verſibus exprimit:
Et quidquid Orator polito
Blandulus eloqnio ſuader:
Complexus olim multiplici tomo,
Novas ut artes proferat in dies,
Morale promit profuturum
Moribus ingenuis volumen.
Dies Poetæ deficeret rudi
Si cuncta vellem carmine perbrevi
Narrare, quæ fælix ab uno
Poſteritas habuit JOANNE.
Dixiſſe tantùm ſuffieiat mihi:
In Orbe nil eſt non tibi eognitum
Nil cognirum tibi qnod Orbem
CARAMUEL renuas docere.
Laudata Virtus attigit ultimas
In te Columnas: GRANDIOR HERCULE
Scribendo NON PLUS ULTRA Achivæ
CARAMUEL ſtatuit Minervæ.

Don Valerianus Madius C.R.S.P. plaudebat.

Ad Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum D. D.

IOANNEM CARAMVELEM

Præſulem ſuum, plura ſemper volumina Typis imprimentem.

EPIGRAMMA.

FAma pererrati, toties per Climata Mundi
Quid memoras Veterum ſcripta notata manu?
Quid memoras libros, Muſas, aut carmina Homeri
Ludicra queis laudant, vilia ad aſtra ferunt?
Ah ſileas quotquot, non falſa volumina Mundo
Prompſere, & celebra grandia ſcripta virûm,
Si deſunt, celeres volitans huc dirige curſus
Huc virtus, non te languida pluma vocet.
Nec tibi ſi centum linguæ ſint oraque centum
CARAMVELEM unum, fama loquêre ſatis
Quot tibi ſunt linguæ, tot libros edidit ille,
Quot tibi ſunt plumæ, tot dabit ipſe Tomos.

Thomas Joſeph Curtus Reth.Stud.& Sem. Vigl.Alumnus.

Ad multiplicis eruditionis libros noviſsimè exaratos & evulgatos

Per Illuſtriſſimum & Reverendiſſimum D. D.

IOANNEM CARAMVELEM EPISCOPVM VIGLEVANI.

ELOGIVM.

Lumina ne claudas LECTOR,
Suſpici meretur Phoſphorus ab Heſperio proveniens Auctore;
Ne prænuntium Apollinis ambigas, Scholaſticus eſt:
Fixum-ne ſydus ſit, an mobile, hæreo,
Tam de incertitudine agit, quàm de certitudine:
Hoc indubium
Innumeris illud ſtadiis coruſcare, ſi de Artibus agit universim
Cæca impoſterum ne labatur voluntas,
Verborum & Intellectus lux eſt,
Ut Naturæ ſcruteris Arcana
fax eſt:
Cælicum fatêre ingenium, quod Phoſphorum edit in lucem:
Scholarum Solem deprædica, ſchnlaſticum præ ſe Phoſphorum præmittentem.
Ne me tam citò Multiloquii arguas Polymneia.
Semper brevia ſunt, quæ de Magno dicuntur CARAMUELE.
Nullâ ibi opus Reſtrictione, ubi ſingula ſuum merentur Encomium.
Manum ori admovebo, ſi ju.ſeris
Harpocrates,
At vel ipſum pro me loquetur ſilentium:
Quæ importunâ ego obvolvam taciturnitate,
Ingemiſcens edicet prælum, muta acclamabunt volumina.
Haplotem ſequar
Sincerè potius dicere jubentem, quàm invidè ſilere:
Tunc in Encomiis ſinceritas eſt, abeſt tunc adulatio,
Cùm encomiis major eſt qui laudatur,
Si Crites eſſe volueris,
Juſtus videlicet Judex, aut Arbiter,
Nullâque abuti Reſtrictione Mentali,
In ipſâ Praxi
Minora fateberis quæ dicuntur iis, quæ promeretur
CARAMUEL.

Don Valerianus Madius C.R.S.P.

Digitized by Google

PROOEMIVM.

Difficilior omnino, & laboroſior eſt, (ut ipſamet experientia teſtatur) Tacendi Ars, Arte loquendi, & eloquendi: hanc ob rem Veteres duo diverſa Numina Ori claudendo præfecerunt: alterum, ut ſuadendo; alterum, ut compeſcendo, loquendi cacoethes comprimerent.

Quam ſit difficilis tacendi Ars?

Primum erat Σιγαλιών, & ἀπὸ τῆ σιγᾶν, hoc eſt, *à tacendo* vocabatur. Alio nomine appellatur Ἀρποκράτης. audiri poterit P. Athanaſius Kircherus *Archetypi Politici lib. 1. cap. 6. §. 1.* Numiſma exponens, in quo Virago exprimitur indicens ſilentium proſpectantibus. De illa ſic loquitur. *Virago nodum in capiſtri formam adaptatum ori inſertum geſtat, quo arcani conſilii ſilentium ritè exponitur: quæ Virtus tantopere ſapienti Principi neceſſaria eſt, ut ſine ea nil recti confici poſſit. Quot Regna, quot Reſpublicas, quot Vrbes inſuperabili calamitate, ex inconſiderata verborum loquacitate in ultimam ruinam deductas legimus? Vnde nulla major in ſapiente Principe Virtus, quam ſecreti conſilii* [*] *tenacitas, & eſſe poteſt, & debet teſte Ariſtotele* in Politicis. *Rectè igitur Virago noſtra Myſtica, globum ori inſertum geſtat, digitoque ſilentia ſuadet; quo ſymbolo Sigalionem, ſeu Harpocratem, ſilentii apud Ægyptios Numen ſcitè & eleganter Author indigitaſſe videtur; quem, uti* in Obeliſco Pamphilio fol. 415. *docuimus, ſupra Loti florem, ſua nudi pueri forma ſedentem, levo digito ori admoto, ſilentium ſuadentem ſignificabant.* Porrò ad Ægyptium morem Kircher duabus figuris æri inciſis (nempè, iterum ſub forma pueri prorſus nudi, pag. 21. & ſub forma pueri veſtibus exornati, pag. 79.) Sigalionem proponit.

Duo erant Silentii Numina.

Harpocrates, Silentii Deus, ſeu Sigalion, dicatur? Taciturnitatis Imago apud Kircherum.

*] In Regiis Conſiliis ſecretum tam neceſſarium eſt, ut Bruxellis in Belgio Supremum Regium Conſilium *Secretum* dicatur.

Figura Harpocratis. Nudus ne, an veſtitus pingatur?

Interim, quia pleræque omnes Fabulæ, ortæ ſunt ab Hiſtoriis, moneri hic debet Lector, Arpocratem, qui propter ſilentium, quod ſuos Auditores docebat, *Sigalion* dicitur, fuiſſe Græcum Philoſophum, cujus Dogma Morale erat,

Quæ reliqui faciunt, audite, videte, tacete.

Vnde deductum eſt Politicum apud Hiſpanos Lemma, *Vèr, Oir, y Callar.*

Quis Harpocrates fuerit?

Ejus Dogma.

Quia autem ita eſt humana Lingua intemperans, ut compeſci vi debeat, nam ratione non poteſt, finxerunt Angeronā Deam, quæ loquaces, anginæ (d) morbo invecto, mutos redderet. Kircher *libr. 1. cit. pag. 21.* ſic ſcribit *Figmentum porrò hoc totum Ægyptiacum fuit, quod digito labris impreſſo ſilentium ſignificaret de Diis immortalibus habendum: in quos ne licentioſi ſimus, à Platone legibus monemur. Sigillum hujus Numinis in annulis geſtari ſolitum à Veteribus, ea de cauſa tradit Plinius, ut ſilentium de agendis rebus indicaret. Vnde & Angeronæ effigies, obtecto, obſignatoque ore, uti in noſtra Viragine patet, fuit apud Romanos, ut ſilentio involvendam ſupprimendamque innuerent, in cujus tutela Numinis Vrbs Roma eſſet, ob eam nimirùm ſuperſtitionem, ne Tutelares Dii ſacris quibuſdam avocarentur, devoverenturque. Hinc Valerium Soranum neci traditum conſtat, quòd arcanum hoc propalare auſus eſſet: eaque de cauſa de Roma loquens* [a] *ait*, Cujus nomen (*lege* Numen) alteri dicere arcanis cæremoniarum nefas habetur. *Hujuſmodi ſilentium, & taciturnitas in arcanis Principum conſiliis ita etiamnum viget, ut ad id* [b] *ſummo rigore tenendum etiam jure jurando obligentur.* Et mox. *Rectè igitur Virago noſtra globo ori inſerto ad neceſſariam ſilentii obſervationem indigitandam exprimitur juxta illud,*

Lingua intemperans compeſci debet.

Non eſt, *inquit Plato*, de ſecretis Divinis diſputandum.

Harpocratis ſigillum in annulo.

Valerius Soranus, quòd Sacra arcana Numina, ſub quorum tutela & præſidio Roma erat, detexiſſet, ultima fuit ſententia condemnatus.

Nunquam pœnituit tacuiſſe, ſed eſſe loquutum. [c]

Innumera hoc loco de Pythagorici ſilentii cuſtodia, variis hiſtoriis comprobata adducunt Autores. Rectè Philoſophus in Politicis, Regem ſapientem ſcire, bonum eſt; ſed magis ſilentio linguam continere. *Et Plautus in Epid.* Plus ſcire ſatius eſt, quàm loqui: hæc enim Sapientia eſt.

An Silentium nocere alicui poſſit?

An Principes taciturni eſſe debeant?

Digitized by Google

Qualis Dea fuerit Angerona? Cur illi Romani ſacra fecerint? An Silentium loquatur?

Erat autem Angerona, quæ morbo anginæ præerat, cui Romana Vrbs ſacra inſtituit, quia cùm anguina plerique vexarentur, ab hac, ut exiſtimabant, Dea fuerint recurati. Erant igitur in hujus Deæ manu fauces [d] hominum; ita, ut liberè loquerentur, ſi vellet; & tacere deberent, ſi vellent, præcluſis anginæ morbo faucibus.

Interim, quia multum loquitur opportunum ſilentium, ſyntagma hoc addr debuit, in quo de ipſius ſilentii voce, & eloquutione diſſeratur.

Opinatio Gentilium de Diis Tutelaribus nō revelandis.

a] Mirabilis & valdè erat ſtupida Veterum Romanorum Theologia, & præcipuè in dedicatione Civitatis. Alto illam ſecreto tali nuncupaverunt Numini; præcaventes, ne illud reſcirent, aut cognoſcerent hoſtes. Supponentes, poſſe eos ſi reſcirent, ſibi illud devincire muneribus, & impedire, ne Civitatem propugnaret.

*] Iberia hæc eſt quæ vulgò nominatur *Mengrilla*.

An Sancti per Miniſtros ſuos indulgere poſſint licentiam pejerandi?

Non multum ab hac opinatione abeſt Iberorum [*] in Aſia error, qui in litibus frequenter ad jusjurandum probationes reducunt: & qui jurare debet, non permittitur ſcire, per quem Sanctum ſit in tribunali juraturus: nam, ſi ſciat, pretio ab illius Sancti Sacerdotibus licentiam emit, ut poſſit licitè pejerare.

An, & quo modo, qui Reipublica ſecreta revelant, puniantur?

b] Iuvat hic hanc hiſtoriam referre. Tres in Belgio erant ſub annum ɔɔɔɔ. qui ſumma negotia tractabant. Archidux Albertus, Marchio de Spinula, & D. N. Et Marchio ſic in illo ſecretiori conſeſſu peroravit. *Ante quindecim dies de obſidenda tali Hollandorum Civitate fuit hic à nobis habita reſolutio. Statim id reſciverunt hoſtes; ut conſtat ex hoc epiſtola, quam à meo Penſionario recipio. Ergo inter nos tres unus eſt proditor Regis Hiſpaniæ. Ergo vel ego Regem prodo, vel veſtra Celſitudo illum, vel hic Dominus prodidit.* Et fuit tam efficax Trilemma hoc, ut ille tertius dolere capite ſit juſſus, & proditionibus finem imponere.

An aliquis ob taciturnitatem puniatur?

c] Inter alia pulchra D. Franciſcus de Quevedo ad laudem ſilentii ſic cecinit.

Santo ſilencio profeſſo,
To no tengo mas de hablar,
Porque a nadie por callar
Se le ha formado proceſſo.

An, & quando aliquis teneatur loqui?

Cæterùm, quia ubi agitur de pernitie Reipublicæ, qui rem ſciunt, revelare tenentur, contra illos agi criminaliter poterit, qui perfidè & iniquè tacuerunt.

Angina, quid?

d] Angina ab *ango* dicta morbus antiquus eſt, quo fauces anguntur & ſtrangulantur.

οἰνάγχη.

Sunt qui vino ſuffocentur, & hi vinaria angina (Græcè *οἰνάγχη*) laborare dicuntur. Feſtus Pompejus.

NOTA I.

An ſilentium loquatur?

DIſputaturi ſumus de Silencii eloquentiâ & Rhetoricâ, & ſtatim occurrunt, qui ἄπιςα (incredibilia) exiſtiment, ἄλογα (rationi diſſentanea) eſſe aſſerant, quæ argumentum promittit. Ecce vociferantur.

In quonam Cōtradictio conſiſtat?

Privatio & Forma (inquiunt) *nec componi, nec coincidere poſſunt; ſunt enim termini repugnantes.*

At Silentium in Vocis privatione & in ejus poſitione Eloquentia conſiſtit.

Forma & Privatio non repugnant in diverſis Syſtematis.

Repugnat igitur, ut Silentium loquatur. Sed parciùs, obſecro, inſultent Argumēto hujus Libri: nam in Majori illi, terrena cæleſtibus, parva magnis, ima ſummis hoc eſt, Realia Moralibus, eruditione cœcutiente confundunt. Porrò forma & Privatio in Syſtemate eodem repugnantiā involvunt; in diverſis non item. [Eſt autem Syſtema omnium Prædicamentorum ſub uno Ente, alicujus Generaliſſimi Attributi (puta Infiniti, Finiti: Supernaturalis, Naturalis: Spiritualis, Corporei: Realis, Moralis: &c.) denominatione affecti Coordinatio.] Quam ob rem, tametſi impoſſibile ſit, ut realiter loquatur homo, quamdiu realiter ſilet; poteſt nihilominùs moraliter & virtualiter loqui, quando realiter tacet.

Quid Syſtema, & quotuplex ſit?

Iuris Pontificii Regula XLIII.

An conſendus ſit conſentire, qui tacet?

Cognovit, ſuppoſuitque ut indubitatam hanc doctrinam Bonifacius VIII. cum num. XLIII. hoc Protheorema Canoniſtis præſcripſit, *Qui tacet* (videlicet, quādo loqui poteſt, & debet) *conſentire* (verbis expreſſis aſſenſum præbere) *videtur*, (& cenſetur.)

Quid ſit loqui virtualiter?

Eamdem Corpora Cæleſtia & Sublunaria manifeſtè perſuadent; ubi enim maximè tacent, tunc ſuo ſingula modo (virtualiter, ſcilicet) altiùs vociferantur. Sanè Pſaltes aureâ corona redimitus ſic cecinit.

Pſalm. 18. 1.

An Cæli laudes Divinas canāt?

השמים &c.

*] Hunc Pythagoras Pſalmum legiſſe & non intellexiſſe videtur; hinc enim, ut exiſtimo, omnia, quæ de Cælorum Muſica opinatur, extraxit.

Hodie Rabbini legunt ſic. HASAMAIN MESAFRIM KEBVOD-EL: VMAHASE JADAIR MAGID HARAQIAH. IVOM LIVOM JABIAH OMER, VLAILA LELAILA JEHAVEH DAHATH.

Cæli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus adnunciat (Expanſio) *Firmamentum. Dies diei eloquitur ſermonem;*

&

Digitized by Google

& nox nocti indicat ſcientiam.

An Hebræorum ספר, & Hiſpanorum Contar concedant?

In linguâ Hiſpanicâ, & vix in aliâ poterit verbi ספר Safar, ſignificatio, latè patens, exponi: nam ſicut ספר Safar, apud Hebræos *enarrare* & *numerare* ſignificat, ita & verb. *Contar* apud Hiſpanos, utrumque importat.

An nomen Cæli accipiatur pro Angelis?

Sanè *Calorum* nomine Cæleſtes intelligentias (Angelos) S. Leo Papa intelligit; nam *Serm. 2. de Epiphan.* ſic perorat. *Iam tunc Cæli enarraverunt gloriã Dei, & in omnem terram ſonus Veritatis exivit, quando & Paſtoribus exercitus Angelorum Salvatoris editi Adnunciator apparuit.* At, quia videtur David, non de Intelligentiis Cæleſtibus, quæ loqui poſſunt, quam de ipſiſmet Cælis, qui voce carent, pſalmo in illo differere, ſubjunxit, *Tunc Calos enarraviſſe gloriam Dei, quando Magos ad eam* (Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum) *adorandum, Stella* (quæ linguâ & voce caret) *pravia* (qua & quo itinri eſſent, indicens) *perduxit; ut à Solis ortu uſque ad occaſum Veri Regis Generatio coruſcaret; cùm rerum* (quæ in Chriſti infantiâ ſuccedebant) *fidem, & Regna Orientis per Magos diſcerent, & Romanum Imperium* (Occidentis Provincias eadem) *non lateret.*

Quando, & quomodo Cæli loquantur?

An etiam eloquantur Sublunaria Elementa?

Et S. Gregorius Papa *Homiliâ in Evãgelium decimâ* eumdem Pſalmi verſum dilucidans, mutam hanc Cæleſtium Corporum Eloquutionem ad Sublunaria Elementa propagat; inquit enim. *Omnia Elementa Auctorem ſuum veniſſe teſtata ſunt* (Ecce teſte Gregorio Elementa loquuntur; ſi enim tacerent, teſtimonium perhibere non poſſent.) *Vt enim de eis quiddam uſu humano* (ſenſu Virtuali) *loquar, Deum hunc* (Chriſtum videlicet) *Cæli eſſe cognoverunt* (& enarraverunt) *quia protinus Stellam miſerunt. Mare cognovit,* (& liquidò manifeſtavit) *quia ſub plantis ejus ſeſe calcabile præbuit. Terra cognovit,* (& ſolidè univerſis perſuaſit) *quia eo moriente contremuit. Sol cognovit,* (& clariùs tenebrarum caligine, quàm aliàs ſplendoribus dilucidavit) *quia lucis ſua radios abſcõdit. Saxa & parietes cognoverunt* (& inſolenti proclamarunt ſtrepitu) *quia tempore mortis ejus ſciſſa ſunt. Infernus agnovit,* (& voce altiore demonſtravit) *quia hos, quos tenebat, mortuos reddidit. Et tamen hunc, quem Dominum omnia inſenſibilia Elementa ſenſerunt,* (quem etſi muta ſuo ſingula modo eſſe Deum proclamarunt) *adhuc infidelium Iudæorum corda Deum eſſe minimè cognoſcunt* (minimè confitentur) *& duriora ſaxis ſcindi ad pœnitendum nolunt.* &c.

An Iudæi duriores lapidibus ſint?

Ecce Cæli, & cum eis quatuor alia Ele-

Sigalion.

menta (nam D. Gregorius cum Ariſtotele & Peripateticis quinque numerat) quãdo realiter tacent, virtualiter vociferantur: Examinemus ergo nunc, An & ſileant? An in ipſis Morale etiam Silentiũ reperiatur?

An quintum Elementum, & à quatuor diverſum Æther ſit?

In acerrimo ſanguinolentoque verſabatur conflictu contra infideles & ab Æterno condemnatos Imperatore Ioſue; & quia jam occaſurus Sol in horizontem feſtinabat, fide & Deo plenus, exclamavit, & dixit.

&c. השמש

Ioſue Iſraelitarum Imperator præcipit Soli, ut ſtet.

Hasemes beGabaon, veahireah bee-meq Aialon

Sol in (contra) *Gabaon ſta* (ſile) *& Luna in* (contra) *vallem Aialon.* Vulgatus. *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon.* Et ſequitur Hiſtoriographus Sacer, & ait.

&c. וידם

Vajidvom hasemes vhaireah amad ad jiqom goi oibain.

Silet ille: hoc eſt, obedit.

Et ſtetit (ſiluit) *Sol, & Luna ſtetit donec ulciſceretur Gens* (exercitus) *de inimicis ſuis.*

Ecce Hebræorum copiarum Στρατηγὸν alloquitur Solem, & Lunam. Et quo illi modo reſpondent? Obediendo & ſilendo. Obedientia enim tacita, ſine murmuratione, ſine curioſa rationum cauſarumque diſcuſſione, optima Reſponſio ſemper eſt. Ab Obedientiæ actibus omnem murmurationem Lycurgus Caſſinenſis excludit; inquit enim, *Hæc ipſa Obedientia tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hominibus; ſi quod jubetur, non trepidè, non tardè, non tepidè, aut cum murmure, & cum reſponſione nolentis efficiatur.* &c. *Et cum bono animo* (Obedientia) *à Diſcipulis præberi oportet; quia hilarem datorem diligit Deus. Nam cum malo animo, ſi obedit Diſcipulus, & non ſolùm ore, ſed etiam corde ſi murmuraverit, etſi impleat juſſionem, tamen acceptum jam non erit Deo, qui cor reſpicit murmurantis. Et pro talè facto nullam conſequitur gratiam, immò pœnam murmurantium incurrit, ſi non cum ſatisfactione emendaverit.* Et excludit omnem ab Obedientia diſſertationem Melleus Doctor, Carnotenſibus Religioſis ſcribens. *Verus Obediens mandatum non procraſtinat, ſed ſtatim parat aures auditui, linguam voci, pedes itineri, manus operi, & ſe totum intus colligit, ut mandatum peragat imperantis* &c. *Non attendit quale ſit quod præcipitur; hoc ſolo contentus, quia præcipitur.*

Silere eſt obedire.

S. Benedictus in Regulæ cap. 5.

Obedientia leges non poſtulans, ut multa loquaris, ſed ut taceas & rem præceptam præſtes.

Bernardus de præcept. & diſpenſ.

Subdito ſufficit ſcire rem juberi non eſt neceſſarium, ut cur illa præcipiatur, intelligat?

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, exclamabat Davides, ut ſe profiteri ſinceram Obedientiam oſtenderet: quæ

Bernardus in Cantic.

idem Bernardus verba hoc ſcholio dilucidat. *Bonus Obediens dat ſuum velle, & ſuum nolle, ut poſsit dicere, Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Paratum, quodcumque praceperis facere. Paratum ad nutum citiùs obedire. Paratum tibi vacare, proximis miniſtrare, meipſum cuſtodire, & in Cœleſtium contemplatione requieſcere. Amabilis ſociis, omnibus officioſus, & nulli oneroſus; devotus ad Deum, benignus ad proximum, ſobrius ad Mundum, Domini ſervus, proximi ſocius, Mundi Dominus. Superiora habet ad gaudium, aqualia ad conſortium, inferiora ad ſervitium.*

Quantum debeat habere ſubditus reſignationem?

Et hæc tacita Veræ Obedientiæ Idea, tam eſt connaturalis, ut eiſdem coloribus eam Virgilius expreſſerit; introducit enim Iunonem Æolo Moderatori procellarum legem hanc indicentem.

Incute vim ventis, ſubmerſaſq; obrue puppes.

Virgilius Æn. 1.

Et Æolus, non obmurmurat; & cur hoc ſibi debeat, aut poſſit mandari, non examinat; ſed ut paratum animum ſuum oſtendat, ait.

—— *Tuus, o Regina, quid optes,*
Explorare labor: mihi juſſa capeſſere fas eſt.

Et *fas* conſultò dixit, ut legem Divinam innueret: nam inter *Fas* & *Ius* hoc videtur intereſſe diſcrimen, ut *Fas* legem Divinam, *Ius* humanam importet.

Perfecta obedientia conceptum Antiqui Ethnici habuerunt.

Ex Cœlo deſcendamus ad Terram. Ajo idem eſſe prorſus in ipſa *ſilere*, ac *obedire*: hoc enim ſenſu *Eccl.* 43. 25. *Iſaia* 14. 7. & 1. *Mach.* 1. 3. & 7. 50. & 9. 57. & 11. 38. & 11. 52. & 14. 4. & 2. *Mach.* 14. 4. & alibi, *Siluit omnis Terra in conſpectu ejus*, dicitur, hoc eſt, *ipſi obedivit*.

Quid ſit in Sacra Scriptura, Terra ſiluit?

SI rhetoricari volueris, doceberis ab experientia magnam eſſe, & ſummè efficacem eloquentiam ſilentii. Nam in genere deliberativo Amici ſilentium efficaciùs perſuadet, quàm Oratio erudita, & profuſa. Et aſſentior Nicolao Cauſsino ſcribenti, [Si nihil obſtiterit; ſi ſapientia, ſi integritas, ſi fida in ſuadente benevolentia, magni ſunt ad omnem perſuaſionem aculei, & qui his fultus adminiculis ſuadet, σιγῶν πλέον δύναται τῶν πλέον λαλοῦντων· συνήρμοσται γὰρ ἐντολαῖς καὶ τοῖς δικαιώμασιν ὡς χορδα'ν τῇ κιθάρᾳ, (ut Author eſt D. Ignatius Martyr in Epiſt. ad Philadelphenſes) *Silentio plus poteſt, quàm alii verboſa Oratione; mandatis enim Dei, & Iuſtitia præceptis congruit, ut fides* [*] *cithara.*]

De ſilentii efficacia.

Cauſinus de Eloquent. Sacr. & Human. lib. 11. cap. 8. in fin. pag. 766. b.

*] Nomen *Fides*, dum ſingularem non habet: at hic in ſingulari debuit poni, alias ſententiā Græcam non exprimeret, nam χορδα' etiā ponitur in ſingulari.

Hanc viam ingreſſi ſunt Recentiores nonnulli, qui commiſere erudito Silentio, ut glorioſa tacendo conformet Panegyrica, illos celebratura, quorum vox laudes dignè celebrare non ſufficit. Inter alios Pater Ludovicus de S. Franciſco in Globi Linguæ Santæ Præfatione, convertens ad P. Ludovicum de Leone oculos, dicebat mente.

P. Ludovicus de Leon laudatur.

Non mihi ſi lingua centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox omnes poſſim comprebendere laudes
Doctoris tanti. &c.

Et hanc ob rem linguæ diffidens, ſumpſit calamum, & lineas ſequentes ſcripſit. *Conſultò prætereo, Erudìtiſſimum, & in omni linguarum genere verſutiſſimum, ac præſtantiſſimum Theologum P. Adm. Rev. Fr. Ludovicum Legionenſem meritiſſimum, perpetuumque Sacrorum Bibliorum Cathedraticum, apud Salmanticenſem florentiſſimam Academiam: cujus quidem, & Auguſtinianorum Heremitarum ingens decus, & rarum eſt ornamentum: tutius namque exiſtimavi in tanta laudum ſuarum ubertate ſilere, quàm pauca colligere.* [Et hic obiter nota, *Leon* apud Hiſpanos eſſe nomen Animalis & Vrbis: illudque *Leonem*, & *Legionem* hanc à Latinis vocari. Ab Vrbis nomine P. Ludovicus alterius Ludovici cognomentum deduxit, at Hiſtoriæ ab Animali nobiliſſ. hanc Familiam denominant.]

Vox Leon duo ſignificat.

Quid in P. Ludovici cognomento concernat?

Apud D. Leonem curis anxia clamabat Amarillis.

Eſtoy ſin occaſion deſconfiada,
Zeloſa ſin Amor, aunque ſintiendo
Debo de amar, pues quiero ſer amada. [a]
Ni me dexo forzar, ni me defiendo,
Darme quiero a entender ſin dezir nada.
Entendame quien puede, y yo me entiendo.

a] Adludit ad illud Ovidii, *Vis, ut ameris, ama.*

Et apud D. Sebaſtianum de Villavicioſa.

Helen. *Señor Don Pedro el Amar*
Nunca conſiſtiò en ſabèr,
Muchos callando aman mas.

An Amor ſilentio intendatur?

Etiam Silentium loquitur teſte D. Auguſtino Moreto; ſic enim ſcribit.

Leon. *Porque engañas a Violante*
Y a Don Lope a un miſmo tiempo,
Con disfraz tan importuno,
Con tan eſtraño ſilencio?
Carl. *Porque todo es neceſſario*
Para lograr tu eſcarmiento.

An ſilentium aliquando decipiat?

Olivenzanam Obſidionem pulchris carminibus quidam Iunior deſcripſit, Heroeſque celebrat, quà per notitiam licet; cæteroſque, quorùm, vel egregia facinora, vel nomina reſcire non potuit, Silentio decantanda committit. Sic enim ait.

Interdum generoſa Militum invictorum facinora, quæ dignè eloquentia non poteſt, ſilentium glorioſiſſimè celebrat.

Don Alonſo Cañizares,

Va-

Valiente como atrevido,
Su cuerpo en heridas dize,
Lo que al Silencio remitto.

Et poſteà, quia infinita materia eſſet ſingulorum geſta generoſa ediſſerere, ſic inquit.

An Fama à ſilentio proveniat?

El explicar de cada uno
Las haZañas y primores
Claro eſta, que es impoſſible.
El Silencio los coloque
En el Templo de la Fama
Con immortales renombres.

In ſimili occaſione D. Franciſcus Salcedo.

Sera la muda Eloquencia.
La Fama mas eminente.

b] *Et cætera* vox Latina, videtur jam eſſe Hiſpania donata.

D. Franciſcus de Roxas, Comœdiam, quam *En Madrid y en una caſa* inſcripſit, clauſit tandem his verbis.

Gabr. Y *vos, en cuyo ſilencio,*
Dueño hermoſo, prenda cara,
Apprendo a callar fineZas,
Por no ſaber ponderarlas.
Eſtad cierta que he de sêr.
Ortiz. *Et cætera: que eſto baſta.*

Eloquentiam Silentii in alia etiam Comœdia percipio. Illi eſt titulus, *No hay amar como fingir*: Autorque Mag. Leo.

An, & quàm efficacia indicia ſint, quæ à ſilentio ſumuntur?

Iuan. *Mira, que ſon iluſiones,*
Que te ha fingido la idea.
Helen. *Ya ſon tantos los indicios,*
Que ſe paſſan a evidencias. &c.
Ay de mi, que aunque el deſmayo
A Fernando deſvaneſca,
Si para verdad no baſta,
Sobra ya para apparencia.

Ecce indicia, quæ à ſilentio proveniunt, apparentium & veroſimilium argumentorum virtutem ſuperant, & analogiſmorum efficaciam affectant.

CONSTAT evidenter ex dictis Silentium loqui, immò rhetoricari, & etiam eloqui. Sed quâ ipſum utitur linguâ? an ex antiquis aliquâ? an novâ & propriâ?

An ſilentium Idioma propriũ habeat?

Hoc ultimum eſſe verum ſciebat, & ſupponebat, D. Ferdinandus Zarate, qui in Comœdia quæ inſcribitur, *A lo que obligan los Zelos*, ſic ſcribit.

Guil. *Tal viZ galan y diſcreto*
Apelaba acia el ſuſpiro;
Y de quando en quando haZiendo
Lugar en el pecho miſmo
Con la Idioma del ſilencio
Alargaba los ſuſpiros
Como ſi fueran conentos.

An, qui nil omninò dicat, multum dicat?

Nuper, ut audiiſti, exclamabam; *Multum dicit, qui nihil dicit.* Et id in Soſibiano, miræ taciturnitatis homine, Silentii leges plusquam Samiâ Religione obſervante notavit Antonius Guzzius Agrophili pag. 151. dicens,

Nugari Arpocratem minùs eſt mirabile, quàm te
Quatuor in toto fundere verba die.
Ieiunus retices, retices poſt fercula: ſive eſt
Sors adverſa tibi, ſive ſecunda, taces.
Vis conſulta loqui? nil te prudentius, ipſo
Dignum habeas aliquid Neſtore, ſed loquere.
Maxima res hæc eſt, vix ulli cognita ſæclo;
Aut loquere, aut tandem, Soſibiane, tace.

De taciturnitate Soſibiani.

An ſilentii lingua declinationes & conjugationes etiam habeat?

Ergo, ſiquidem Silentium, ut ut realiter in vocis privatione conſiſtat, moraliter & politicè proprium Idioma habet, operæ-pretium erit id addiſcere, & per quas inflexiones decurrant ejus verba, perpendere, & calamo curioſo adnotare.

NOTA II.

Quis, & qualis fuerit D. Petrus Varaus?

DOctrinæ ſimilitudo poſtulat, ut huc hanc apponã Epiſtolã, in qua Silentio juſſi, ut quẽ ſatis nõ valebat collaudare Eloquẽtia, dignis encomiis celebraret. In eâ perẽnabit memoria D. Petri Varais, integerrimi Viri, qui quoniã nec flecti precibus poterat, nec corrũpi muneribus, *La Ira de Dios* ab æmulis appellabatur. Cauſæ difficiles, in quibus reorũ timebatur potentia, ſemper illi committebantur, ſciebant enim Proreges, nec ſpe illum contra Iuſtitiam adlici, nec metu retundi, ſed Deum unum reſpicere, ſententiamque ſincerè ad apices Iuris pronunciare. *Omnium ſermone percrebuiſſe*, inquit Cicero, *non apud Romanos tantùm, verùm etiam apud exteras nationes, in Iudicio pecunioſum, quamvis ſit nocens, neminem condemnari.* At non viderat Varaiſium Cicero, non eum Romani, aut exteræ nationes cognoverant, cum contra Iudices conquerebantur; nam pauper ille erat, pauper obiit, potuiſſetque ditescere, ſi voluiſſet pecunioſos Principes non condemnare. Viri tales ſunt maximè neceſſarii in Republica; &, quia pauci & rariſſimi, & inter paucos Varaiſii eminebat Integritas, hæc ſemper meruit in Hiſpania à Catholicis Regibus, & à Proregibus in utraque Sicilia honorari. Fuit meus in Grammatica, Rhetorica, & Philoſophia Condiſcipulus; ſemper optimus Amicus, dum viveret; & jam in Empyreo, ut ſpero, optimus Tutelaris. Ejus Memoriam Maneſque venerare, & literas ſequentes interlege.

An poſſit Vir pecunioſus condemnari?

Honoraria & ſtipendia Officiorum, ut Miniſtri modeſtiſſimè vivant ſufficiunt, non ut diteſcant. Ergo miniſter, qui divitias ex miniſterio cõgerit non eſt integer.

Il-

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET CLARISSIMO D.

D. PETRO VARAIS,

Senatori & Conſiliario Regio &c.
Domino, Condiſcipulo, Amico, &c.
Laudem, & Reverentiam.

Ad Empyreum.

Primus verſus Pſalmi LXIV. dilucidatur.

SVmpſit Pſalterium David, & poſtquam magna fide & ſpe cecinerat ſexaginta, aut plura Panegyrica, ut Charitatis incendia quibus æſtuabat, Cęleſtia celebrando aperiret, attemperavit fidibus digitos: dubitans tamen, tacendo-ne, an cantando, digniùs laudaturus Deum eſſet? exclamabat.

&c. לך

Varia Verſiones proponuntur

Leka dumia Thehila Elohim be-ſino
Te ſpectat laus Deus in Sion.
Tibi ſilentium, vel conquieſcentia,&c.
Σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν Σιών.
Te decet Hymnus Deus in Sion.

Et ſenſus verſus eſt, ut video obſcurus & indiget aliquo Commentario.

Quid dicat Vatablus?

Explicans vocem דמיה *Dumia* Vatablus [*Tibi ſilet, vel tacita eſt*, &c. quod eſt dicere, *Tanta ſunt opera tua, ut te nemo dignè laudare poſſit*: quidam, *Tibi ſilentium eſt laus in Sion*, id eſt, *Quod alibi ſiletur, hoc laudatur in Sion: cumque alibi in toto Orbe Terrarum ſit perpetuum ſilentium, laudes tamen tua exaudiuntur in Sion*. Alii *Tibi ſilens eſt*, ideſt, *te manet & exſpectat laus in Sion*: id eſt *Tu ita munificus es in tuos, ut novum quotidie illis materiam laudis ſuppedites*.]

D. Petrus etiā in pueritia & adoleſcentia fuit magnus.

Hoc ego conceptu præventus (Illuſtriſſime Petre) dum Te laudare in votis habeo, dubito omninò, ſilendo-ne an loquendo, poſſim conſequi, quod deſidero, & tuum Nomen Immortale meretur. Volebam à pueritia incipere, & recenſere lauros, quas in arena literaria obtinuiſti; triumphos, quos reportaſti; gloriam, quam fuiſti in tenera ætate promeritus: ſed inopem me copia facit, & quia omnibus dignè celebrandis non ſufficeret liber, ſingula tacendo dilaudo, & ad paginam brevem reduco: quoniam, ſi labio, & calamo præſcribat Sinceritas,

La gloria, que alcançaſte en edad
tierna,
Digna de fama eterna
(Hablo como teſtigo)
Caber no puede en quanto yo no digo.

Crevit ætas, & ex Vniverſitate ad Regia Conſiſtoria promotus, Deo & Regi tanta integritate ſerviviſti, ut ubi multi theſauros opulentos adquirunt, à ſumma fueris paupertate laudatus. Vniverſalis illa incriminatio, *Omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones; pupillo non judicant, & cauſa vidua non ingreditur ad eos*, te non tangit: nam fuiſti pater pupillorum, viduarum fautor, & extorſionum innocens. Proſtat in Areopago Imago Senatoris ἀχειρὴς: & te ille Apelles depinxit, cum Iudicem integerrimum voluit. Multas habuiſti manus, ut innocentes traductos per invidiam defenderes; multas, ut nocentes ſupprimeres; ut autem reciperes munera, flaviſſas augeres, & familiam ditares, fuiſti ἀχειρὴς, manuum exſors. Aut fallor, aut Genium tuum ſpeculabatur Horatius 4. *Carm.* cum Senatorem Iuſtum æquumque his coloribus pinxit.

Iſaia cap. 1.

Vindex avaræ fraudis, & abſtinens
Ducentis ad ſe cuncta pecunia,
Conſulq; non unius anni,
Sed quoties bonus atq; fidus
Iudex honeſtum prætulit utili, &
Rejecit alto dona nocentium
Vultu per obſtantes catervas &c.

Athenis in Areopago erat Statua, quæ Senatorem & Iudicem repræſentabat: carebat illa manibus, ut moneret Miniſtros, manibus, quibus recipiant dona, debere univerſos carere. Perorabat coram Philippo IV. Catholico Hiſpaniarum Rege, D. Angelus Manrique, Salmanticenſis Doctor, Primariuſq; Profeſſor Theologiæ, & hanc ipſam ſtatuam expoſiturus, inter alia prudenter & ingenioſè dicta, exclamabat. *Errarunt profectò Athenienſes in hoc ſymbolo. Non eſt cur Senatorum frangantur, & excidantur manus à ſcindi & rumpi manus Senatorum deberent; dum enim illi ſub hypocriſeos colore nil recipiunt, univerſa recipiunt; & ſi non dentur, poſtulant; & niſi dentur, indignationem Thamidae inſolenter minantur. Tacere præſtat, quàm glorioſos Heroes parcè laudare & celebrare.*

Singula verba recognoſco, & cum Ideam ab Horatio deſcriptam mente exprimo, te ob oculos habere videor.

Vt igitur & Amoris mei, & Integritatis tuæ habeat publicum teſtimonium Poſteritas, hunc in Regulam Sancti Franciſci Commentarium Nominis tui memoriæ conſecro: nulli enim digniùs Vitæ Regulam, quæ in ſumma Paupertate conſiſtit, aut potuit, aut debuit nuncupari, quam Miniſtro pauperrimo: quoniam voluntaria Paupertas eſt gloriæ, & Famæ Cydaris, quæ Iudicum redimit Integritatem.

Et hic, ne hoc meum ſilentium loquax potiùs judicetur, quàm eloquens, ſicut D. Ioannem de Chaves, D. Garcias Salzedus, Coronelius, & D. Franciſcum Borgiam Principem de Eſquilache Marchio Alenquerius & Lupus de Vega celebrarunt, prædicabo tuas laudes ad Taciturnitatem confingens. Vtar Salzedi verbis, & edicam. *Que lengua baſtara a celebrar los aciertos de V. S. Illuſtriſs. ſi la mayor ponderacion es corta alabanza ſuya? Ellos miſmos publiquen lo que no puede mi inſufficiencia: que yo aggradecido confeſſare en mi cuerdo ſilencio lo que mi voz no ha conſeguido por humilde.* Et denique cum Lupo de Vega exclamabo,

Coronel in Epiſtola Dedicatoria.

El Marques de Alenquer honrarte puede,
Quando tierno y ſuave
A ſi miſmo ſe excede,
Diziendo a quien tan alto loor merece,
Alabeos el callar, que no enmudece.
Y aſſi lo miſmo en tu alabanza ofrezco,
Pues callando te alabo, y no enmudezco,

Lupus de Vega in Lauri Apollineæ Sylva V. pag. 51. b.

Que

Digitized by Google

Que quando en tu alabanza hablar quiſiera,
Mas mudo que callado pareciera.

Pracipua D. Varaſſi Virtutes.

Silendo igitur (Illuſtriſſime Domine) celebro tuas Virtutes (Pietatem, Integritatem, Vigilantiam) nec enim eſt neceſſarla mea vox, quando Pupilli, Viduæ, & Pauperes, ſemper à Te protecti, Pietati Tuæ & lachrymas litant & laudes: quando Parthenopęa Nobilitas parentat Integritati Tuę, Heroicaſque Tui pectoris prærogativas laudat, & celebrat etiam poſt fata: quando Catholicus Hiſpaniarum Rex, Te de Italia optimè meritum fuiſſe fatetur, Domum Tuam Auguſta dignatione ſub ſuū præſidium recipit, & jam de facto oſtendit Regium erga Miniſtros ſuos Amorem non ſpeculativum tantum eſſe, ſed practicum. Interim, qui apud homines ſileo, ad Deum convertens oculos, Miſericordiæ Omnipotenti commendo Tuos juſtiſſimos Manes. Clamabo igitur. At ſilere ſtatueram. Ne in re tanta decipiar, conſulam Auguſtinum. *Cùm oras*, inquit, *clama*. Sed quomodo? *non voce, ſed mente; nam & tacentes exaudit Deus*. Et iterum. *Multum opus, Deum, quem precamur, diuturna & pia cordis ciatione pulſare; nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur; plus fletu quam affatu*. Clamo igitur mente & animo; & inter lachrymas, Cœlitum ſuffragia interpono apud Numen, infinitam ſuam clementiam exorans, ut ſiquidem pro Iuſtitia contra ſcelera ſtrenuè dimicaſti, dum viveres, in Empyreum evecti Tui Manes [*] requieſcant in pace.

Regis erga ejuſdem ſuperſtitem Familiā dignatio.

D. Auguſtinus in quodam Sermon.

Idem in Epiſt. ad Dioſc.

*] Qui *Manes* à manendo dici exiſtimant, videntur Metricam ignorare: nam *Maneo* primam corripit, & *Manes* protrahunt. Et hanc ob rem vocem *Manes* à manando deducunt, voluntque, ut Intellectum, & Voluntatem, Rationales potentias ſignificent, primam enim producit verbum *Mano*; & à Philoſophis Potentiæ ab Anima promanare dicuntur.

Manes, qui ſint & unde dicantur?

ARTICVLVS I.

De Σιγολογίᾳ ſive Silentii Elocutione.

Silentium etiā vocatur σιγὴ.

GRæcis σιωπὴ, ſilentium eſt, & ספר ſapar, *narrare*, & ספר, ſeper, *Liber*, Hebræis eſt, ut nemo neſciat, multa narrari & dici, ubi multa tacentur. Sanè Pythagoræ Philoſophia, Græciā inutrâque celebris [*] exordium à Silentio incipiebat, & Taciturnitatem quinquennalem annorum ἐχεμυθίαν vocabat, præmittebat. Similem legem ſuis diſcipulis præſcribebat Iſocrates; nam cùm Careo, garrulus adoleſcens, cuperet erudiri, *Duplicem*, ait ille, *mihi adſignavi à te mercedem poſco, alteram, ut te ſilere doceam; alteram, ut loqui eruditè*. Stobæus. Sunt, qui exiſtiment, revera toto illo tempore Pythagoræos tyrones in ſcholâ tacuiſſe, at contrà ſtatuit in Florilegio Langius qui ſcitè & prudenter ſic inquit. [Silentium, ſive Taciturnitas, non eſt ſimpliciter nihil loqui, ſed ſanè eſt, diſpenſatio, ſeu compenſatio ſermonis & ſilentii; ſive Scientia tacendi, ubi tacito opus eſt. De iis, quæ neſcio, ait Creon, tacere amo. &c. Apud Numam tanti fuit hæc tacendi Diſciplina, ut is unam Muſam, præcipuè ſit veneratus, cui *Tacita* nomen fecerat. &c. Quoties Vir prudens aliis loquentibus tacet, non de nihilo tacet; ſed tunc Sapientia, ſine ullo vocis uſu ſeſe efficaciùs edit, quàm ſi clamaret. &c.] Et, ut oſtendat ſicut tacendi, ſic etiam & loquendi, aut etiam vociferandi eſſe tempus, ſubjungit. [Virginis aut matronæ ſilentium, cujus pudicitia pollicitationibus tentatur, nihil aliud eſt, quam ipſe aſſenſus [a] ipſe adnutus. Nam quoties ea, quæ eſſe debet conſtantia reſponſi, improbâ taciturnitate eliditur, in eo verè eſt ipſa flagitii appetitio confeſſi. &c.] Et ut univerſim & in genere quanta Taciturnitas hominibus præſtet cognoſcas Iacobi Bilii Numeros opportunos ſubſcribam.

*] Adjectiva tertiæ Declinationis in *er*, ſic decurrunt, *Hic acer, hic & hæc acris, & hoc acre.*

Quid apud Pythagoræos fuerit ἐχεμυθία?

An nihil prorſus loqui permitterentur?

Sunt aliqua, quæ non debent taceri.

a] Et huc pertinet Moralis Regula, Qui tacet conſentire videtur.

Conticuiſſe nocet nunquam, nocet eſſe loquutum:
Linguam ergo imperio ſedulus uſque tene.
Lingua parens media ſcelerum eſt certiſſima partis:
Hac domita, media crimina parte ruunt.
Vtque ſuum ſenſim perdant hypocauſta calorem,
Ni ſtudeas clauſas ſemper habere fores:
Sic quoque, quàm par ſit, ſi ſæpiùs ora recludas,
Paulatim è medio pectore fervor abit.

Silentium eſt innocens.

Maxima peccatorum pars lingua committitur.

Et

Et his præmiſſis armemus Ethicæ teleſcopio Mentis oculos, ut ſilentii naturam paſſioneſque meliùs & accuratiùs proſpectemus.

SECTIO I.

Silentium eſſe vocem moraliter.

Canon de Silentio obſervādo.

SAnè de Silentio obſervando, & interpretando ſanctiſſimas leges reperio. In Conſtantienſi Synodo Seſſ. XV. *Sacroſancta Synodus præcipit, & mandat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam contravenientes incurrere vult ipſo facto: & ſub pœna carceris duorum menſium, & fautoria hæreſis* [a] *ne aliquis cujuſcumque ſtatus, authoritatis, gradus, ordinis, præeminentiæ, aut conditionis fuerit, etiamſi Imperiali, Regali, Cardinalatus, Archiepiſcopalis aut Epiſcopali præfulgeat dignitate, in hac præſenti ſeſſione, Deo authore, hodie celebranda, ipſam ſeſſionem, ſeu pronunciantes & eloquentes in eâdem perturbet, murmure impediat, aut quemvis ſtrepitum voce vel manibus aut pedibus faciat*, &c. *Eadem Sancta Synodus ſub ſimili pœnâ aut fautoriæ* [a] *hæreſis, nequis clamare, contradicere, aut etiam ſurgere, diſputare, vel defenſare, aut alta voce loqui audeat, niſi ad hoc ſit per ipſam Sanctam Synodum deputatus.*

a] Non dicit, quod cenſebitur Hæreticorum fautor ſed ea puniendum eſſe pœna, qua fautores Hæreſeos.

Ecce, realiter tacere eſt moraliter & virtualiter loqui.

Legeram in Seſſ: XIII. ſub fin. *Dominus Ioanes Epiſcopus Oſtienſis, Preſidens: propoſuit: quod ſi aliquis eſſet ibidem præſens, dicta Sententia Definitiva contradicere volens, ſeu ejus Pronunciationi, ſurgeret & diceret: &c. Et in caſu, quo non ſurgeret habebitur talis pro conſentiente. &c. Tunc nemine reſpondente ſive loquente, ipſe Dominus Oſtienſis habuit reſpondere nomine Collegii Cardinalium, quod* (tam ipſa definitiva Sententia, quàm ejus Pronunciatio) *placet*. Nota illud *habebitur*.

De Ente Morali, ſeu Virtuali. Quid ſit?

Quoniam, ſi Entis Moralis ſeu Virtualis nomine illud intelligimus, quod revera & realiter non eſt quale dicitur, prudentum tamen ſuppoſitione & judicio (hoc eſt, quoad prudentes) ita ſe habet, ac ſi quale dicitur eſſet; in illa Concilii Conſtantienſis Seſſione Silentiū erat Affirmatio Moralis ſeu Virtualis, quoniam ſub illis circumſtantiis, qui tacebant, cenſebantur aſſenſum præbere & *Placet* dicere; licèt enim realiter *Placet* non dicerent Patrum ſuppoſitione & judicio ita ſe habebant ac ſi dixiſſent *Placet*. Et tunc profectò illa Iuris Pontificii verificabatur Regula, *Qui tacet, conſentire videtur*; quæ in noſtrâ Morali Logicâ accuratè explicatur.

De Morali, ſeu Virtuali cōſenſu.

Ex Epiſcoporum Conciliis ad Principum Aulas transeamus: multa enim Principes & Privati, cùm maximè tacent, loquuntur. Attende.

Regula XLIII.

D. Andreas Gil Henriquez in Comœdia *El Lazo, Vanda, y Retrato*. [Et eſt trigeſimæ-quartæ Partis prima] pag. 11.a.

Porque no hallo mejor
Coroniſta[*] *que el Silencio.*

*] In vocabulis, quæ habēt Græcam originem, neſcit Hiſpanus ſcribere literam χ: nam *ch* apud ipſum pronunciationem aliam habet: &, ſi ſcribitur *qu*, ut manuteneatur pronunciatio, tollitur etymologia. Interim *Coroniſta* hic, non *Chronologum*, ſed *Encomiaſtem* ſignificat.

Et in ejuſdem libri pag. 410.a. nota hanc ingenioſam Hyperbolem.

A Don Ventura recibo
Entre mis brazos contento;
Y el con los ſuyos enlaza
Mi libertad y mi cuello:
Quedando los dos aſsi [::]
Tan mudos y tan ſuſpenſos,
Que por arboles del monte
Nos tuvimos algun tiempo.

::] *Hyperbole.*

An unum & idem Poema à pluribus componi poſſit?

Trigeſimum Librum aperio, qui præter alia, quæ aut neſciebamus prorſus, aut aliter didiceramus, ſtatim in principio nos docet, ſicut una & eadem veſtis à pluribus farciri ſolet, ſic unum & eumdem filium gigni poſſe à diverſis parentibus: vel quod in idem recidit, nam carmina ſunt mentis ſoboles, unum & idem Poëma poſſe à Muſis inſpirari diverſis, & Authoribus diverſis concini. Quoniam prima Comœdia, cui *El Bruto de Babylonia*, titulus, à tribus (videlicet, D. Ioanne Matos Fragoſſo, D. Auguſtino Moreto, & D. Hieronymo Cancro) fuit elaborata. Sed hæc obiter notata ſunto. Venio ad Silentium, cujus energiam & efficaciam dilucidant ſatis clarè iſti verſus: qui Dialogum inter Prophetam Danielem & Nabuchodonoſorem, Chaldæorum Monarcham proponunt.

Nabuchodonoſor Babyloniorum Monarcha, Danielem ad ſupremum in Imperio ſuo Miniſterium promovit.

Daniel. *Advierte, que ſoy tu eſclavo.*
Rex. *Yo quiero hazerte mi hechura,*
Por tu Dios quiero que logres
De mi mano eſta ventura.
Virrey ſeras de mi Imperio [a]
Manda, gobierna, conſulta [b]
Leyes a tu voluntad:
Eſte Sello, en que ſe funda
Mi Poder pongo en tu mano,
Porque mi Corona Auguſta [c]
Viva ſegura a tu arbitrio.
Y agora tus hombros cubra
De Virrey la Inſignia. Aſſyrios
Daniel viva edades muchas
Propheta de los Hebreos.
Omnes. *Viva en edades futuras,*
Daniel. *Con el Silencio reſpondo*
Y con obediencia ſumma
Me preciare de tu eſclavo,
Deſde agora mas que nunca.

In Tragœdia, que *El Principe de Orange* inſcribitur, datâ Madritenſi Theatro à Doctore Mirademeſcua, & parte XXXIV.

num.

Miſerrimam VVillelmi, Auriaci Principis, [qui ab obedientia, debita ſuo Principi naturali (Philippo II. Regi Hiſpaniæ) defecit, Hollandiam, Zelandiamque perturbavit] vitã & mortem repræſentat.

num. 10. anno 1670. in lucem miſsã, verſus ſubſequenter interlego.

Princeps. *A la Princeſa pido*,
Entre cuyo eſplendor ciego y rendido,
Amante vivo y muero.
Aggradeſca las honras, que refiero.
Blanca. *Las que tu pecho infiere*
Mejor es que el Silentio las venere,
Que el labio las profane. &c.

Sicut interdum beneficiorum magnitudo eloquentiæ terminos ſuperare videtur, ſic etiam aliquando injuriarum atrocitas tanta eſſe ſolet, ut non poſſit verbis opportunis exponi. Et hue Leoncius reſpiciens exclamabat.

Etiam injuria poſſunt tam eſſe atroces, ut verbis non poſſint exponi.

A tanta deſcortezia
Reſponda el cuerdo ſilencio
Haſta prevenir caſtigo
De locos atrevimientos.

Ita parte XXX. Comœd. pag. 83. a. apud Auguſtinum Moretum, Poetam celebrẽ, cujus eruditi numeri cum applauſu leguntur.

Virrey, quis ſit?

a] Qui vices Regis gerit, *Virrey* à nobis dicitur: & quia non habemus vocabulum quo gerentem Imperatoris vices ſignificemus, illum hic *Virrey* (hoc eſt *Proregem*) nominarunt.

An in eorum promotione, qui admoventur ad regimen, conſulendus ſit Populus?

An, ut Leges obligent, Populi acceptatio requiratur?

b] Si dicas leges ferri, non conſuli; reſpondebo Regiminis prudentiam & ſuavitatem poſtulare, ut in conſulto populo nullæ ferantur, immo ut nullus ſine populi conſcientia & conſenſu ad Dignitatem, cui juriſdictio adnexa, promoveatur. Conſtitutionem hanc proponit & cauſam exponit Liber Pontificalis in Preſbyteri conſecratione: ibi enim ait Epiſcopus. *Neq; enim fuit fruſtrà à Patribus inſtitutum, ut de electione illorum, qui ad regimen Altaris adhibendi ſunt, conſulatur etiam Populus; quia de vita & converſatione præſentandi, quod nonnunquam ignoratur à pluribus, ſcitur à paucis; & neceſſe eſt, ut faciliùs ei quis obedientiam exhibeat ordinato, cui aſſenſum præbuerit ordinando*. Ac propterea agendo de Legibus inquam Ego, *Nec enim fuit fruſtra à Regnorum Conditoribus inſtitutum, ut cùm agitur de Legum latione, conſulatur etiã Populus: quia inconvenientia quæ ſuboriri ex illis poſſunt, licèt interdum ignorentur à multis, ſolent præſciri & prævideri à paucis: neceſſe eſt ut faciliùs ſinguli obedientiam Legibus exhibeant ordinatis, quibus aſſenſum præbuerunt ordinandis*. Et hinc diſſolvitur quæſtio illa celebris, quæ inquirit, *An in Legibus, ut obtineant & obligent, Populi acceptatio requiratur?*

An, & cur Imperatores Cæſares & Auguſti vocentur?

An antiqui Cardinales Eminentiſſimi dicendi ſint?

c] Ante Octavianum Auguſtum, epitheton hoc Monarchus non adtribuebatur. At ſicut poſt Iulium Cæſarem omnes Imperatores dicti ſunt *Cæſares*; ſic poſt Octavianum omnes *Auguſti* nominantur. Et, ſicut hodie paſsim Scriptores, Cardinales antiquos vocant *Eminentiſſimos*, tametſi hic illis titulus adtributus ſit ab Vrbano VIII. ſic Chaldæos, Perſas, & Græcos Impetatores *Auguſtos* dicimus, etſi fuerint ante Imperium Romanum.

SECTIO II.

De Oculis.

An loquantur, an taceant? & quid tacendo indicant?

EX Auribus transeamus ad Oculos. In illis non habet locum ſcita illa Iuris Regula, *Qui tacet, conſentire videtur*. *Sigalion*. nam, cùm tacent, abſolutè diſſentiunt. Libr. 4. Æneid. Virgilius.

Diverſi Oculorum affectus.

Talis dicentem jam dudum averſa tuetur &c.
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur &c.
Num fletu ingemuit noſtro? num lumina flexit?
Num lachrymas victus dedit, aut miſeratus amantem?
Quæ quibus ante feram? jam jam *nec Maxima Iuno*,
Nec Saturnius hæc oculis Pater adſpicit æquis.

Phraſes nonnullæ proponuntur.

Succurrunt in his verbis phraſes aliquæ, quæ indigent commentario. Et ſunt, *Flectere oculos, Oculis averſis conſpicere, Vti æquis oculis. Dicta intueri*. Habere *oculos tacitos*, & *Fletu alieno ingemiſcere*.

Quid oculos convertere ſit?

Convertere ad aliquem oculos, eſt favere: unde, ut paulò antè vidimus, Anchiſes, Iovem orat, & ait, *Adſpice nos tantum*, ſciebat enim Deum adſpiciendo proſpicere, & ideò infert, *Da deinde auxilium* &c. Et hinc Eccleſiaſtes poterit verba illa Evangelii *Chriſtus reſpexit Petrum* dilucidare: tam enim erant potentes, & efficaces Chriſti oculi, ut eodem temporis momento reſpectus, & converſus Petrus fuerit: ſtatim enim *egreſſus eſt* (intelligo, ex ſtatu peccati) & *flevit amarè*.

De Petri lachrymis.

Averſi oculi, averſionem reſtantur, non enim amamus illos, quos averſi adſpectamus.

De averſis oculis.

Sed qui dicuntur *æqui oculi*? An ſolis oculis iniquitas poteſt committi? Poteſt: renuunt enim, & adnuunt oculi, & ſive bonis renuant, ſeu malis adnuant, ſunt iniqui. Interim oculi æqui ſunt indifferentes, nullo animi præjudicio præventi, quales Iudicem decent, cujus adſiſtentia imploratur.

An, & qui oculi vocentur æqui?

Proderit etiam exponere, cur *intueri dicta* Regina à Virgilio jubeatur. Paulò antè dixerat,

An, & quæ verba proſpectare poſſimus?

Nunc etiam Interpres Divum, Iove miſſus ab ipſo
(Teſtor utrumq; Caput) celeres mandata per auras
Detulit. Ipſe Deum manifeſto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemq; his auribus hauſi.

Verba profectò Æneæ auribus haurire Dido debuit, non autem oculis proſpectare. Reſpondeo eſſe verborum plura genera; nam & ſunt verba mentis, verba oculorum & verba linguæ; illa prima non niſi mente poſſunt percipi: ultima audiuntur: at oculorum verba ſicut oculis proferuntur, ſic

An etiam oculorum ſint verba?

Digitized by Google

De Ænea.

ſic oculis etiam auſcultantur.

Hinc ad Æneam. Sciſſo ille carmine ſuum diſcurſum concluſerat; voce enim dixerat,

Italiam non ſponte ſequor.

Et hemiſtichium quod lingua ſiluerat, oculi ſubjunxerunt. Et ideò partem carminis quam lingua expreſſerit, hauſit auribus propriis; ſed eam mendacem eſſe in altera parte carminis quam Æneas dictabat oculis perſpicaciſſima Dido intuebatur. Quando enim dicebat lingua,

Italiam non ſponte ſequor. Mens verba refellit,

Clamabant oculi. [*]

*] Quæ curſivo Italico charactere ſcribuntur, dicebantur lingua: cætera oculis nictabantur. Virgilius Æn. 4.

Prior ergo hujus carminis pars audiri debuit: videri autem poſterior, non audiri non potuit.

An Iuno, ubi maximè, quo modo Venerem poſſet decipere, fuerat præmeditata, quæ mentiebatur lingua, oculis denegaverit?

Aliquid ſimile alibi apud eumdem Principem Poetarum reperio: Iunonem enim introducit, blanda ſanè & veræ-ſimili oratione loquentem. Ex qua Venus, ſi auri conſideret, honeſtam & ſeriam ſibi propoſitionem fieri crederet: at quia quæ Iuno affirmabat labiis, negabat oculis, ipſa etiam oculis fraudem percepit. Verba Regiæ Divæ ſunt hæc.

Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?
Quin potiùs pacem æternam, pactoſq; Hymenæos
Exercemus? habet tota quod mente petiſti.
Ardet amans Dido, traxitq; per oſſa furorem.
Communem hunc ergo populum, paribuſq; regamus
Auſpiciis, liceat Phrygio ſervire marito,
Dotaleſque tuæ Tyrias permittere dextræ.

An eodem Venus aſtu Iunonem, ſibi inſidias præparantem, fefellerit?

Honeſta, ſincera, & amica hæc Iunonis cenſeretur oratio, & tamen nihil ſibi ſuaderi Venus voluit, nam fraudem ſimulationemque ſibi propinari percepit. Fatetur id Poeta; inquit enim.

Olli (ſenſit enim ſimulata mente loquutam &c.)
Sic contra eſt ingreſſa Venus. Quis talia demens
Abnuat &c.

Et mox.

—— Non averſata petenti
Adnuit, atque dolis riſit Cytherea repertis.

a] *Deſmentir* eſt dicere alicui, quod mentiatur.

Ecce aliud Iuno labiis, & aliud loquebatur oculis. (Hiſp. *mentian aquellos, eſtos* [a] *los deſmentian*). Et Venus, quæ ſi ſola verba contemplaretur, decepta fuiſſet, ab oculis Iunonis monita, *ſenſit eam ſimulata mente loquutam*. Iuno autem, quæ, ut Venerem deciperet, venerat, fuit decepta: nam illi altero mendacio Venus adnuit, & Iuno ſe fefelliſſe falſa credidit. [Et hic non ſine ſtupore obſervo talia Ethnicorum ſententia fuiſſe Numina, quæ decipere vellent, & falli poſſent.]

Qualia Ethnicorum fuerint Numina?

Tranſeo *ad Oculos Tacitos*, & hinc aſſero tam eſſe eos loquaces, ut ſi vel ſemel ſileant, hoc ipſum, velut inſolens circumſtantia, notetur. Et hæreo ſanè, tam enim ſunt garruli Oculi, ut neſciam, quid facere debeant, aut non facere, ut dicantur tacere. Clauſis, apertis; elatis, demiſſis; quietis, motis; &c. ſemper homines aliquid ſignificamus: aliquid ergo dicimus. Nunquam igitur Oculi tacent. Sæpè dum in hoc dubio lucem quæro, occurrunt hi Naſonis Numeri,

Quàm loquaces ſint oculi?

Oculi taciti.

Intereà tacito paſſu labentibus annis.

aut etiam hi

—— Tacito pede lapſa vetuſtas.

Paſſus taciti. Pedes taciti.

Currit profectò tempus pede & paſſu præcipiti: & pede & paſſu tacito dicitur currere, quod ejus curſus humanitùs non percipiatur. Ergo *Oculi Taciti* illi nuncupari debebunt, qui ita ſe habent, ut quid mens cogitet, ex eorum quiete, aut motu humanitùs reſciri nequeat.

An Generalis Iuris Regula, Qui tacet &c. in oculis verſetur?

Et huc iterum redit Iuris utriuſque Regula, *Qui tacet conſentire videtur*. Anne locum habet in oculis? Negat abſolutè Virgilius: illa enim verba,

—— Iam dudum averſa tuetur
Luminibus tacitis,

non conſenſum, ſed averſionem & diſſenſum important.

SECTIO III.

De Vulnere, & Gemitu.

An poſſit quis alieno fleri vulnere, & alieno gemitu vociferari?

SVpereſt adhuc unum Dubium, quod ab illo Hemiſtichio, *Num fletu ingemuit noſtro* Excitatur. *An-ne Æneas debuit, aut potuit, non jam fletu proprio, ſed alieno ingemiſcere?* Aut fallor, aut ſic Annam ſororem ſuam adloquebatur Dido. [Ille (nec enim dignus eſt nominari) ſeſe ſubduxit ſiccis oculis, nec habuit unde propriis lachrymis ſuffunderetur; ſi noſtros ſaltem gemitus emiſiſſet, non omninò deſtituerer ſolamine. At ipſe, nec fletu lachrymatus eſt proprio, nec noſtro ingemuit!] Supponit ergo poſſe hominem gemitus alienos emittere. An-ne bene ſupponit? Breviter explicabo.

De alieno fletu.

An poſſit quis fletu alieno lugere?

Echo, quæ apud Auſonium ait, *Aeris, & linguæ ſum filia, mater inanis* generatur (hoc eſt, refertur) hoc modo. Ingreſſus in vallem Hercules, *Hylan* montem verſus in-

Valerius Flaccus libr. 3. Argonaut.

Digitized by Google

inclamat. Et Echo,

Rurſus Hylan, & rurſus Hylan per longa reclamat

Avia, reſponſant ſylvæ, & vaga certat imago.

De Echo. Quo modo refringatur?

Sed quis reſpondet, aut reclamat? An montes? an ſylvæ? an echo? Non illi; nam carent voce montes. Non hæ; non enim habent linguam ſylvæ. Non echo; nam deſtituitur corpore, & eſt mera vocis imago. Quis ergo? Dicam.

Cur vox interdum non refringitur?

Profert Hercules *Hylan*. Hæc vox ab ore loquentis emiſſa, & in ſaxa propulſa, quia molle corpus, cui imbibatur, non reperit, refringitur, & repercutitur, & ad proferentem revertitur. Et ecce montes non propria, ſed Herculis voce loquuntur; non proprio, ſed Herculis fletu ingemiſcunt. Gemitus enim quos audimus, & voces quas auſcultamus, non ſunt montium, aut ſylvarum, ſed Herculis.

Alienis verbis ſaxa reclamãt.

De alieno vulnere.

Sicut alienis verbis ſaxa, tametſi ἄλογα; & ſicut alieno fletu montes, tametſi ἀναίσθητοι; clamant & lachrymantur: ſic & aliqui alieno vulnere percuſſi ſunt. Et Anthor exemplo nobis eſſe poterit, cujus infauſtam mortem his lachrymis pingit Virgilius.

Virgilius Æn. 10.

Ænea dixit [b] *ſtridentemque eminus haſtam*

Iecit: at illa volans clypeo eſt excuſſa; proculq; [c]

b] Synalœpha in diverſis carminibus.

Egregium Anthorem latus inter, & ilia figit.

Herculis Anthorem comitem, qui miſſus ab Argis

c) At hic non obſervatur: videtur enim licentia eſſe verius, quàm regula.

Hæſerat Evandro atque Itala conſederat urbe.

Sternitur infelix alieno vulnere, Calumque [b]

Aſpicit, & dulces moriens reminiſcitur Argos.

Mulierum Genius.

Hinc ad Dido revertor: quæ, ut paulò antè vidimus, cum Anna, ſorore ſua, colloquebatur; & ut exiſtimo, pergebat dicens. [Malumus, ubi amamus, mulieres, mendaces auſcultare Gratias, quam veras Diras. Cur ille non me ingratus amavit? Eſt in oraculo, *Vis, ut ameris, ama*. Amavi demens: ſi erat igitur homo, humanus eſſet, nec odio haberet, à qua tenerè diligebatur. Ergo

Filii ſunt virtutum Paternarum hæredes.

Non huic Diva parens, generis nec Dardanus author;

non enim divum, nec Principum animos inficit ingratitudo.

Quo modo hinc argumentum formetur?

Sed neque eum Daris genuit mons cautibus horrens [*]

Caucaſus, Hyrcanæ-ve admorunt ubera tigres.

*]Interim monet Petrus della Valle Caucaſi incolas eſſe humaniſſimos & ſuaviſſimos homines. Non ergo Virgilii tempore erat ſatis nota illa regio.

Sigalion.

quoniam Caucaſus, immò & tigres, me haberent & tractarent benigniùs. Ille, ſi nollet, aut non poſſet, verba ſuavia proferre, Echus favore adjutus mea mihi redderet; ſucclamaret mea voce, fleret meo gemitu, meo tandem ſterneretur vulnere, aut aureis ſaltem meæ pharetræ jaculis vulneraretur. *Hæc* ſcirent, ſe benè *Tigres* dici, quod ad cenſum ſagittarum pertineant, quas Medi, idiomate patrio, *tigres* vocant. Ergo ſi amore caruit, & non habuit ſagittas proprias quas in meum cor exploderet, cur non aureas à me projectas clypeo excuſſit. Ego enim ultrò putarem eſſe ſuas, & ita cum ſolamine, ſi non ejus vulnere, ſaltem jaculis meis, proſterni poſſem.] Plura dictura erat; ſed vocem interrupit angor, qui in ſingultus, & ſuſpiria tranſivit: quibus, tametſi dictiones non articularet, mihi viſa eſt clamare, & adhuc inter tacitas lachrymas proferre hos numeros.

Vox tigris eſt ſagitta apud Medos.

Dolor vocem intercidens deſcribitur.

Señora yo te llame
(El dezirlo no ſe eſcuſa)
Para poder aqui a ſolas
Contarte mi deſventura.
Direla en una palabra,
Que no puedo dezir muchas.
Fueſſe Eneas: fueſſe Eneas. [d]
Aqui la lengua ſe turba,
Aqui la voz ſe entorpece,
Aqui la viſta ſe anguſtia,
Aqui el coraçon ſe paſma,
Aqui la pena ſe offuſca,
Aqui el dolor ſe reprime,
Aqui el aliento ſe añuda,
Aqui las manos ſe eſtienden,
Aqui los brazos ſe cruzan,
Aqui finalmente todo
El cuerpo ſe deſcoyunta,
Todo lo padece el Alma:
Todo el Amor lo diſculpa.

Didus Regina ad Annam, ſororem ſuam, intercadentiis pulchrè laborans, Peroratio.

Deſumpta eſt ex verbis Blancæ, Mariſchalci de Viron, Sponſi ſui, in Theatro per ſententiam publicam decapitati, mortem infauſtam referentis.

A notulâ [d] ſunt verba Blancæ, quibus præbuit occaſionem hic verſus,

Llego al cadahalſo el Duque.

& in Tragœdia, quæ inſcribitur *El Mariſchal de Viron*. pag. 38. b. leguntur. Author eſt Doct. Ioannes Perez de Montalvan, cujus libri ſunt ab Hiſpanis cum utilitate & applauſu ſuſcepti.

SECTIO IV.

Vt meliùs intelligantur præcedentia, aliqua de Echûs natura & ingenio interſeruntur.

De Echo multi viri docti ſcripſerunt. Virgilius *libr. 4. Georg.* illam deſcribit dicens.

— *Vbi concava pulſa*

Digitized by Google

Quid ſit Echo?

Saxa ſonant, vociſque offenſa reſultat
imago.

Illumque imitatur Horatius *libr.* 1. *Carm.*

Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago.

Et *ibid.*

Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

An hic Fabula Veritate ſit prior?

Et ſanè, quid Echo ſit, ignorarunt Antiqui: &, ut exiſtimo, Hiſtoriam hîc præceſſit Fabula. Qui illam primò audiverunt, inquiſierunt; & quia non comparebat, eſſe Deam aut Nympham aliquam exiſtimarunt. In antris illam & montibus habitare aſſeruerunt. Augurellus.

Vbinam Echo habitet?

——— *Nemorique canora*
Vmbrifero, & vitreis reſpondet vocibus
Echo.

Et iterum idem Scriptor ſibi conſonans,

Fontibus, atque antris, gaudens, & montibus Echo.

Cur ultimas tantùm reponat ſyllabas?

Balbutire, & tantùm ultimas ſyllabas dictionum pronunciare, *Transformationum tertio* Ovidius cecinit,

Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis
Echo.

Qui cauſas Echus cognoverunt?

Crevit cum tempore Scriptorum curioſitas, & re bene perſpectâ cauſam germanam invenerunt. Illam *libr.* 4. Lucretius eruditè dilucidat. Vnde Flaccum Valerium *Argonaut.* 2. Ovidium *Metam. libr.* 3. & alios, qui de hoc argumento cecinerunt. Auſonius *reſonabilem* illam cũ multis, & *penetrabilem* cum paucis nominat. Et ipſa apud Virgilium alioſque *ſonat, inſonat, reſonat, reboat, remugit, remurmurat, reclamat, reſultat, refertur, redit, referitur, reſpondet, reſponſat*, & *volutat.*

Ovidius *loc. cit.* non auſus eſt illi corpus negare, & ideò dixit,

Corpus adhuc Echo, non vox erat, & tamen uſum
Garrula.

An corpus habeat?

Auſonius autem non ſolùm illi corpus negat, ſed in audientium auribus aſſerit eſſentialiter vivere,

Vbinam verò ſit?

Auribus in veſtris habito penetrabilis
Echo.

unde Ego ante annos plurimos Auſonii conceptum propagans, de fœminis univerſim ſic cecini.

De eſſentia de la Muger
Es la voz; no tiene duda;
Que Muger no ha havido muda,
Aunque la ha havido ſin sêr.
En Echo [*] *ſe puede vêr,*
A quien de Amor la violencia
El sêr le quitò y preſencio,
No la voz incontinente.
Porque el ſer le es accidente,
Pero el hablar es ſu eſſencia:

*] Hæc apud Hiſpanos litera *ch* duplicem habet ſonum, alium in propriis vocibus, alium in Græcis. *Echo* enim aliter ſonat, ſi ſit ἠχώ, & aliter, ſi ſit *Hecho*, Lat. *Factum*.

Et hęc ſunto per Hyperbolen dicta, & matronas ingenuas & modeſtas non tangant.

SECTIO V.

Præcedens doctrina de Echûs conformatione in Concionatorum gratiam Moribus adpropriatur.

VSus ſum Romæ apud S. Iacobi [a] in Concione, ut oſtenderem non omnes, qui in articulo mortis dicunt, *Domine, Domine*, intraturos in regnum Cælorum. Sunt enim multi homines propriæ ſalutis deſides, qui putreſcunt in vitiis, & in culpis petreſcunt, & hi tametſi actus videantur veræ contritionis elicere, fletu alieno ingemiſcunt, & verbis alienis implorant Summi Numinis Miſericordiam. Inſtat mors; impræviſa, improviſa. Adeſt ægroto Presbyter, qui ultimã ejus confeſſionem excipiat, & inclamat in aurem. Dicat Deo, *Domine miſerere mei.* Et pluries æger repetit *Domine miſerere mei*. Et adſtantes ædificantur. At non S. Auguſtinus, cui illa verba innoteſcunt, & infirmi non eſſe cum ratione & dolore opinatur. Sed neque Ego, qui ſum fidelis Auguſtini diſcipulus, & ſuſpicari audebo, infirmum fletu alieno ingemiſcere, & verba, non ſua, ſed aliena proferre. Et, ne caſſa videatur mea ſuſpicio, ejuſdem fundamentum propono.

a] Sicut in hac oratione *Sum Romæ*, ſubintelligitur *in civitate*, ſic & in hac *apud S. Iacobi* ſubintelligi debebit templum. Ergo ἐκλειπσις committitur, & reſtringuntur & prædeterminantur aures, ut verba, quæ tacentur, ſubaudiat.

An multi moribundi ingemiſcant & doleant luctu alieno?

An verbis alienis loquantur?

Verba illa. *Domine miſerere mei.* à Confeſſario dicta, & per ægroti aures immiſſa, ingrediuntur in pectus, & perveniunt ad cor. Si id eſſet carneum, eidem imprimerentur, & in ipſo conſervarentur. At cor ſaxeum inveniunt, & in illo frangunt, refringuntur, excutiuntur, reſiliunt, & per os infirmi revertuntur: unde ille, qui omnino tacet (lapideus enim eſt, & lapides loqui non poſſunt) quoniam putatur loqui, Divinam creditur implorare clementiam: at decipimur; nam illa verba moribundi non ſunt, ſed Confeſſarii. Sunt monitionis prolatæ à Presbytero ἠχοί: nec ideò ſuas faciet preces infirmus, quod ſemel à Sacerdote dictas pluries repetat, nam in Olympiã porticu camdem Echo dictionem ſepties repetit: quo reſpiciens Lucretius exclamat.

Cur Sacerdotis verba in corde moribundi frangantur?

ἠχοί, quæ ſint?

De Echo Polyphona.

Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere
voces,
Vnam cùm faceres: ita colles collibus
ipſi
Verba repulſantes iterabant verba re-
ferre.

Et quinam iſti ſunt in peccatore colles?

Me-

Cur Confeſſarii vocem per moribundi et Animæ potentia remittant?

Memoria, Intellectus, Voluntas. Vt Divinæ inſpirationes imprimantur, eſt memoria in ægroto hoc marmorea; & ut deleantur, cerea: inſtar jaſpidis Intellectus eſt varius, & Voluntatis pondera ſunt ſaxa immania, quæ eam in abyſſum præcipitant. Et, quia illa ipſa oratio ab Intellectu ad Memoriam, ab hac ad Voluntatem repulſatur, pluries repercutitur, & pluries auditur, & tamen ſemper Confeſſarii, & nunquam Pœnitentis eſt. Vbi enim magis devotus hujuſmodi moribundus oculis inſipientium videtur, eſt alter Anthor, nam & ipſe

Et cur talis ægrotus mori alieno vulnere cenſendus ſit?

Sternitur infelix alieno vulnere, cælum
Perdit, & obſcurum moriens deſcendit ad Orcum.

SECTIO VI.

Tres ingenioſi inſinuantur Conceptus, quos uberiùs olim, ſi tempus ſuppetat, dilucidabimus.

An inter tacere & loqui detur medium?

LOquar-ne, an tacebo, quæ occurrunt? Cenſebor digredi, & tripudiare extra chorum, ſi dixero: invidebo autem Concionatoribus Conceptus curioſos, ſi taceam. Vt ergo neutram Cenſuram ſubeam, inter *loqui*, & *tacere* inveniam medium; & quæ olim copioſè, Deo auſpice peroraturus ſum, paucis verbis, impræſentiarùm inſinuabo.

An & quo ſenſu Chriſtus mortuus alieno vulnere dicendus ſit?

Dicam igitur primò, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum alieno vulnere eſſe mortuum. Quod ſic perſuadeo. *Stipendium peccati mors.* At in ipſo (fuit enim hominum Fidejuſſor) debita erant aliena, culpæ alienæ; fuerunt igitur etiam aliena vulnera, & mors aliena, tulit enim innocens, quam nos ſontes debebamus perferre.

An divites, qui dona pretioſa Templis nuncupant, offerant dona aliena?

Dicam ſecundo, pulcherrimam eſſe illam Concionem, quam in Palmarum Dominica meus Bernardus ad ſuos Monachos habuit. Ibi inter alia noto, aliquos triumphanti Chriſto veſtes ſtraviſſe ſuas, alios non ſuas; ſuas enim nonnulli clamydes ſuppoſuerunt; & alii, ut ſternerent viam, arbores denudarunt. Et hinc infero, dona plurimos Templis erogare non ſua. Vel attende. En candelabra argentea (aut, ſi malis, en aurea) conſecrata Angelorum Reginæ. Sed quis ea dedicavit? Principis N. Devotio. Id ſonant Dedicationis verba. Ergo dedicavit non ſua: illa enim ſuperbiæ ſunt, & Vanæ-gloriæ, quæ in eiſdem habitant &c. Quo reſpiciens Altiſſimus dicet Principi N. *Recepiſti mercedem tuam.*

An in hac ipſi vita receperint mercedem ſuã?

Dicam, & tertiò, illa Domini verba, *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me*, apud me excitare varias Difficultates: nam Petrum non ſemetipſum, ſed Chriſtum negaviſſe legimus; & Cirenæum Simonem, non Crucem ſuam, ſed alienam tuliſſe. An-ne in Eccleſia aliqui, non Chriſti, ſed boni Latronis; an fortè Latronis mali alii Crucem ſufferunt? An Chriſti aliqui, & nihilominùs alienam Crucem bajulant? An denique, ut Crux Chriſti ſit mea, debeo converti in Chriſtum priùs & ejus virtutes induere?

Aliqui non ſe, ſed alios in ſe negant: aliqui bajulant Crucem alienam, & non ſuam.

Sum in Schola modò, & è cathedra loquor, & non permittor concionari: cras ad Eccleſiam ibo (alium ſcribam librum) & tunc verborum, & phraſium uberiori profluvio conceptus, quos inſinuo, illuſtrabo.

Redeo ad lineã, & de ſilentio iterum diſputo.

SECTIO VII.

Iterum de Silentio.

An Nihil ſignificet Aliquid, & An per Nihil Aliquid reſtringatur?

An ſilentium aliquando ſit phalerata oratione eloquentius.

HAbet porrò ſilentium linguam eloquentiſſimam; & multa interdum clariùs, & explicatiùs tacendo dicimus, quàm ſi copioſè eloquerremur. Noverat id Plutarchus, eximiæ authoritatis Scriptor inter Ethnicos. *Vt Myſteria*, inquit, *cum ſilentio ſpectantur; ita quædam meliùs laudantur ſilentio, quàm oratione.* Et inter Orthodoxos Davides, Deum collaudaturus uſus fuit voce, quæ *ſilentium* & *panegyricum* ſignificaret. Ejus verba ſunt hæc.

Pſalmi LXIV. verſus dilucidatur.

&c. לך

Leka dumia thehila Elohim bezion.

Cur ſilentium cum laude cõponatur?

Et ex Hebræo vertunt nonnulli, *Te exſpectat laus Deus in Sion.* Et è Græco Vulgatus, *Te decet Hymnus Deus in Sion.* Reperiuntur & aliæ plurimæ hujuſce verſus interpretationes, quarum præcipuas collegit Varablus, qui hoc ſcholio eum illuſtrat. [*Tibi ſilet*, vel *tacita eſt*, quaſi diceret, *Tanta ſunt opera tua, ut te nemo dignè laudare poſſit.* Quidam, *Tibi ſilentium eſt laus in Sion*, id eſt, *Quod alibi ſiletur, laudatur in Sion: cumque alibi in tota Orbe terrarum ſit perpetuum ſilentium, laudes tamen tuæ exaudiuntur in Sion.* Alii. *Tibi ſilens eſt, te manet, te expectat laus in Sion.* videlicet, *Tu ita magnificus es in tuos, ut novam quotidie illis materiam laudis ſuppedites.*] Et quidem duplicans דמם, DAMAM (unde ortum fuit דומיה DVMIA) *ſilere* eſt. Et meritò hoc verbo Propheta coronatus eſt uſus, quoniam ſupernaturalia, & Humanæ Mentis tenuitatem

De Radice Duplicante Damã.

trans-

Digitized by Google

Cur ſequentes ſubſcribantur paragraphi?

tranſcendentia myſteria, tacendo digniùs, quàm eloquendo celebramus. INTERIM quia ſilentium in varias ſpecies diſtribuitur, & ſingulæ diverſam ſignificationem nactæ, nonnullas è multis adnotabimus.

SECTIO VIII.

Quo perfidi Hæbrei modo Sanctiſſimum Domini noſtri Ieſu-Chriſti nomen, nil prorſus ſcribendo ſcribant?

Quomodo Iudæi ſcribant nomen Chriſti?

IVdæi novitii, ut in Chriſtum debacchentur liberiùs, & impugnari à Chriſtianis non poſſint, ejus nomen non ſcribunt, ſed ſpatium relinquunt; & illo ipſimet viſo nomen Chriſti ſubaudiunt. Er hac fraude & verſutia, ſibi licere putant ſacrilegas blaſphemias evomere, non enim probari poteſt liquidò, de qua tunc perſona ſcabiosè & indignè loquantur.

SECTIO IX.

An graviſſimè minetur, qui ſilet?

PLura ſilentium complectitur, quàm diffuſæ orationes: & injuria recepta, plus qui tacet, quàm qui clamat, minatur.

Dolorem Animi meliùs exprimit ſilentium, quàm vox: unde quidam Vir prudens, cùm maximè eſſet anxius, dicebat.

An plus prudentes homines, ſilendo, quam clamando loquantur?

Solo el ſilencio es teſtigo
De mi dolor y tormento:
Y aun no cabe, lo que ſiento,
En todo lo que no digo.

Vt enim Menander cecinit.

Ille qui iniuſtè læſus,
Διά γὰρ πικρότερον κατηγορεῖ
Per ſilentium amariùs, & acerbiùs accuſat.

Minas profectò effundere hominum impotentium & imprudentium eſt; quibus ſtatim datur ex Homero reſponſio. Quoniam,

Homerus Iliad. a.

Τῶ μοι δοῦρατα ἐστὶ, κὶ ἄσσιδες ὀμφαλοίοται
Καὶ κόρυθες, γὰρ θώρηκες λατρὸν γανοντες.
Et mihi ſunt haſta teretes, clypeique rotundi,
Tum galea, thoraces procul igne micantes.

Minæ nocivæ, & utiles ſimul ſunt diverſorū reſpectu.

reponit ille, cui ſuggeſtæ ſunt minæ. *Sunt,* inquit, *haſta,* &c. *Et, ſi non ſunt, erunt; admonitus enim de propugnatione cogitabo.* Hinc ſcitè Chilon, ſcitè Polydorus Alcamenis filius, ſcitè & alii, minas ſimul officioſas & pernitioſas eſſe, aſſeverarunt, proſunt enim audienti, quem monent, ut ſibi proſpiciat, & caveat; dicenti nocent, cui ulciſcendi ſe poteſtatem auferunt, aut imminuunt.

SECTIO X.

An loqui, quin loquamur; & audire, quin audiamus, poſſimus?

De ſilentii eloquentia. An rhetoricetur?

NON ſunt contradictoria, de quibus dubitatur in Titulo: quoniam ſilentium loquitur, immò eloquitur, & dialecticatur: quod exemplis plurimis confirmari adhuc poterit. Apud D. Petrum Calderonem in Comedia, quæ inſcribitur, *Tambien hay duelo en las Damas* (& habetur *par. 3. fol. 257 col. 2.*)

Felix. *Con vueſtra licencia: dime*
Simon. Simon. *Dime tu primero,*
Que te hizo Don Pedro para
Reñir con el? Felix. *Dexa eſo:*
Que aunque has de ſaberlo, no
Soy yo del que has de ſaberlo,
Si ya no es, que ſin mi voz
Te lo diga mi ſilentio.

N.B. Petrus debet hoc ſcire: Ego illi dicam: *non eſt bona conſequentia: ſunt enim, quæ debeas ſcire, non autem per te, ſed per alium.*

Et ibidem, *fol. 261. col. 4.* Felici ſuo Violantia.

An loqui poſſis, quin loquaris; & audire quin audias?

Pues ya que vos ſin decir
Deciz lo que no quereis,
Eſcuchadme, porque haveis
De oir ahora ſin oir
Felix mis obligaciones, &c.

Et apud M. Tirſum de Molina in Cigarralium primo (ſic vocantur) *lib. 1. fol. 64. col. 3.* amaſiam ſuam Mirenus, non loquendo, ſed tacendo concelebrar.

Madalena. *Pudiera ſervires,*
Segun fue buena, de materia
Para hablar en ſu loor.
Mireno. *Con callar la alabo.* [x]

x] Deficit aliquid, non enim verſus hi per numeros congruentes defluunt.

Et Cigarralium quarto *lib. 1. fol. 173. col. 2.* D. Manriquus, ut dignas haberet Regi gratias, ſic inquit.

Silentium Encomiaſticum. Silentium Eucharisticum.

Con callar pago mejor
Tantas mercedes, &c.

Et tandem Cigarralium quinto, *fol. 197. col. 2.* inter dotes, quæ Virginem pulchriorem reddunt, Taciturnitatem recenſeri debere innuit Fisbertus, his verbis.

Inter Virginum prærogativas Taciturnitas eſt numeranda

Diana, Conde, es diſcreta,
Y con migo ha conſultado,
Quan bien dize con ſu eſtado
Vueſtra edad ſabia y provecta [&]
Y reſpondiendo por ella
A vueſtra eſcuſada duda,
Que en tal accion el ſer muda
Haze la Novia mas bella.

&] Provectiorem ætatem non vult *ſenectam*

SE-

lem dicere, ne exosâ reddat; ſapientem, & diſertam vocat, ut illam vocabulo græco ſignificet.

SECTIO XI.

De Rhetorica, & omnium Scientiarum Figura? An, & cur habere debeant Taciturnitatem in centro?

Sũt in circumferentia ſcientiæ omnes, & ſilentium in centro.

PIngebat Iunior quidam Rhetoricam, & ſcientias cæteras, quæ Encyclopædiam conſtituunt figurâ ſphæricâ, quæ omnium eſt nobiliſſima. Sunt ſanè univerſæ concentricæ, nam inter ſe convenientem proportionem obſervant. Et omnes habent commune centrum, quod *ſilentium* vocamus. Quia ut vetus Poëta cecinit.

Ἡ μεγάλη παίδευσις ἐν ἀνθρώποισι σιωπή
Μάρτυρα Πυθαγόραν τὸν σοφὸν αὐτὸν ἔχω.
Ὅς λαλέειν εἰδὼς, ἑτέρους ἐδίδασκε σιωπᾶν.
Φάρμακον ἡσυχίης ἐγκατὲς δυράμυος.

Εἰς σιωπὴν Παλλάδα. Dicebat Dion, *probè egiſſe Naturam, cùm geminas aures, & ſimplicem hominibus linguâ præbuit, ut eſſemus ad audiendum promptiores, quàm ad loquendum. Stobæus.*

Quos numeros Thomas Morus (cujus cum reverentiâ nomen ſcribo) ſic Latinè repoſuit.

Rebus in humanis magna eſt doctrina tacere.
Teſtis erit ſapiens hîc mihi Pythagoras.
Nempe loqui doctus, reliquos docet ille tacere,
Magnum hoc ad requiem pharmacon inveniens.

Nec longè abeſt à conceptu præcedenti hoc diſtichon.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν.
Τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἰσχρότατον.

N. B. Athenienſi Philippidi, ob præclaras virtutes ſibi charo, Rex Lyſimachus iubet, ut à ſe gratiam, quam velit, poſtulet. Et ille? *Peto*, inquit, *ò Rex, nequid arcanorum tuorum mihi concredas.*

Quod Ioannes Iordanus ſic reddidit.

Dum tacet indoctus, tum eſt prudentiſſimus; atque
Turpe velut vitium pectore verba tegit.

Cui adludens, liberiori ego calamo lineas ſubſequentes ſcribo.

Rebus in humanis, ſeu Mavors culmina montis
Parnaſſi invadat, Caſtaliaſque fuget;
Seu minus impatiens permiſerit otia Muſis.
Vt fidium modulis carmina pulchra canant,
Pontice, crede mihi, ſumma eſt doctrina ſilere:
Pauca loquens dixit; plurima, qui tacuit.
Namque tacent, Muſas inter cenſetur Apollo;
Et Mars, in caſtris qui movet arma ſilens.

SECTIO XII.

De Apoſiopeſi.

Abrumpit, & ſupprimit orationis partem poſteriorem Silentio. Ejus vi plura tacendo dici, quàm profuſa eloquutione diſcerentur.

ET quidem milites arrogantes, quorum ſingula verba minis æſtuant, potiùs ridentur, quàm timentur. At, qui multa dictuus, linguæ vim infert, & abrumpendo orationem, ſe in ſilentium præcipitat, relinquit illis, quorum intereſt, occaſionem cogitandi & timendi. Habemus pulchrum exemplum in Virgilio, qui libro Operis Divini primo, poſtquam procellam, quam paſſæ ſunt naves Trojanorum deſcripſit, ſic infit.

An minæ graviores ſint, quæ paucioribus verbis concepta?

Nec latuere doli fratrem Iunonis, & iræ,
Eurum ad ſe, Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?
Iam cælum, terramque meo ſine Numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. Sed motos præſtat componere fluctus: [a]
Poſt mihi non ſimili pæna commiſſa luetis.

a] Putarem ſignificantius potuiſſe dici *Vos ego*. Et fortè, ſic ſcripſit Virgilius.

Illa verba *Quos ego.* continent propoſitionem integram, in quâ ſubintelligitur verbum activum. Sed quod? Sanè, ſi illud expreſsiſset Virgilius, illud unicum intelligeremus: nunc autem, quia verbũ ſubticuit, plura dixit, quia liberum Lectori reliquit, ut ſubaudiret verbum illud quod vellet. Authores Latini paſsim imitantur Virgilium: & inter Iuniores ſuccurrit Iuſtus Lipſius, qui *cent.* 1. *Epiſt.* 10. Iano Lernutio ſic ſcribit. *Quid multa? vivimus, & vigemus. Tu viciſſim, quid valeas, quid facias, cum Vectore, cum uxore, cum amicis, niſi ſignificas, ſcito ſeriò me. Sed deleo, ne cadat in Amorem noſtrum unquam hoc verbum.* Minatur. Sed quid? *ſcito ſeriò me.* ait: cætera omittit, eaque Lernutii ſuſpicioni aut conſiderationi relinquit. Hanc figuram Cicero, & ex eo Quintilianus *lib.* 9. vocat ἀποσιώπησιν, Celſus *ſubticentiam*, alii malunt dicere *Interruptionem*. Multum efficaciæ præ ſe fert, & ideò Poëtis Iunioribus eſt familiaris. Ea delectatur, & theatra delectat Petrus Calderon, nam pluries apud ipſum interruptas cum gratiâ minas & in-

ἀποσιώπησις. Subticentia. Interruptio.

increpationes reperio. In Comœdia, quæ inſcribitur, *Los hijos de la Fortuna*, act. 1. ſic Admeta Regina Petoſiri. [b]

Eſtas ſon de vueſtro hermano
Las generoſas hazañas [Ironicè]
Que eſpero, que han de iluſtrarme
En las lides que me aguardan.
Y, ſi vos, a quien mas tocan
Los deſdoros de ſu infamia
Por la ſangre, por el pueſto,
Y porque fuiſtis la cauſa,
De emendarlas no tratais,
Tratare yo de emendarlas
Tan a veſtra coſta, que.
Pero eſto, que digo, baſta.

b] Ἀδμήτην Oceani & Tethyos filiam jubet eſſe Heſiodus *in Theogonia*.
Ἄδμητος, ut vult Suidas fuit Rex Theſſaliæ: cujus armenta novem annis Apollinem paviſſe ferunt.
Πετοσιρις Ægyptius Mathematicus, de quo Plin. *lib.* 3. *c.* 23. & *libr.* 7. *c.* 49.

Illud *que*, quod ponitur in penultimo verſu eſt initium minarum, quæ abruptæ & non dictæ, magis terrent.

Etiam ultra modum ſuccreſcit exprobratio, cùm interrumpitur. Apud eumdem Calderonem in Comœdiâ, *Mañanas de Abril y Mayo*, act. 3. quidam Paranymphus ſuæ Phyllidi.

Exprobratio, qua interrupta vehementior.

Calla, Calla: que me acuerdo
De una noche. Mas aqui,
Mas, que yo, dize el ſilencio.

Caret vehementiâ ἀποσιώπησις, cum eſt ab extrinſeco & involuntaria interruptio. Exemplum habes in alterius Comœdiæ Actu II. ait enim Chariclea. [c]

c] A *Gratia & gloria* dicitur Χαρίκλεια. nam χάρις *eſt gratia*, & κλέος, ſeu ἄκλεια. *fama, gloria, celebritas*: unde CHARICLEA *Gratia glorioſa*, aut *Gratioſa gloria* poſſet verti.

Como quien dize, No baſta,
Que de eſſa Inſcripcion entiendas
Para que eſperes felize,
Que es don, que te dexo en prendas
De fe y palabra de eſpoſo
El que. Mas Caricles entra.

Illud *El que*. eſt initium propoſitionis, quæ abrumpitur: quoniam Caricles ſupervênit. Et paulò pòſt militiæ Princeps Orodantes generoſo Theagenæ, jam, jam moribundus, [d]

d] Tres Θεαγένας fuiſſe Suidas aſſerit: & duos alios addidit juniorum diligentia. Primus de Homero ſcripſit: alter nos monet, ut ſciamus, quo loco eos habere debeamus, qui multa promittunt, & nil præſtant; hoc enim vitio iſte laborabat Theogenes, & ideò fuit καπνός *fumus* cognominatus. Tertius erat liberalis, & dives. Quartus teſte Pauſania fuit Athleta: & Quintus Suetonin Mathematicus.

Theagenes, ait, *a quien yo*
Crie deſde ſu infancia tierna,
Cuyo amor me hizo tener
Por no perderte, encubierta
Tu iluſtre proſapia tanto
Que ay Dioſes, de quien deſciendas.
Eſte agravio, que te he hecho,
Te reſtituyo en mi hazienda,
De que unico heredero
Te dexo: y para que puedas
Blaſonar de lo que eres,
Sin nota de que no ſeas
Alto, y legitimo, toma
Eſta medalla, con ella
Vè a. a. Y ſin poder dezir
A quien, ni a donde la lengua
Travada troco la voz:
Con que mi vida ſuſpenſa
Quedo cierta en ſer verdad,
Pero en que verdad incierta,
Pues ſolo, quien era ſupe,
Para no ſaber quien era.

Ecce illa verba *Ve a.* hoc eſt, *Vade ad* abruptæ propoſitionis ſunt initium, & audientem ſuſpendunt, & ſuggerunt centenos modos, ut illa poſſit conſummari & compleri.

Dixi Calderonem ἀποσιώπησις maximè delectari: interim etiam, quæ pulchra, ſi crebrò recurrant, ſunt tædio. In eâdem Comœdiâ. act. 2.

Brevis eſſe debet Legatorum ad Principes & Reges oratio.

Adm. *Como?* Idaſp. *Como traygo orden*
De que la paz honeſtada,
Y no admitida, os proteſte,
De que ella no es quien la raſga.
Quando. Adm. *No mas, y acortemos*
De palabras; que palabras
De los Reyes con los Reyes [e]
Solo ſon. Nunca las caxas
A mejor tiempo ſe oyeron.
Y aunque no ſe quien las cauſa
Agradeſco, que me eſcuſen
Hablar yo, donde ellas hablan. [f]

e] Reginæ Admetæ verba tubæ & tympana militaria interpellant.

f] *Loquuntur inſtrumenta bellica.*

Bis in his paucis numeris admittitur ἀποσιώπησις: nam Idaſpem Æthiopiæ Reginæ Legatum, plura dicturum Admeta Ægyptiorum Princeps interpellat: & tubæ & tympana militaria ſuo inconcinno clangore hujus ratiocinium abrumpunt. Conſidera illud *Quando*. & illud *Solo ſon.* ſunt enim rationum ſciſſarum initia.

Et poſteà act. 3. pag. 89. 2. Perſina Regina Æthiopiæ, quæ erat nigra, & tamen filiam albã pepererat; &, ne adulterii argueretur, expoſuerat, & abortum ſe feciſſe finxerat, exclamat. [g]

g] *Perſina* fœmininum videtur Poëta derivaſſe à maſculino *Perſena*. Eſt autem Πορσήνας nomen Hetruſci Regis, de cujus pronunciatione ne vacet hæc margo, ſic inquam. Habet penultimam acutam, & brevem, qualem non poſſunt proferre Latini: nam Martialis *lib.* 1 ut quantitati ſatisfaceret, mutavit accẽtum, & dixit, *Hanc ſpectare manum Porſena non potuit*, &, ut accentũ retineret Virgilius, protraxit brevem ſyllabam dicens: *Nec non Tarquinium ejectũ Porſenna jubebat Accipere.* Hiſtoriam *lib.* 2. *ab Urbe* narrat Livius.

Que todo el coro celeſte
De los Dioſes es teſtigo,
De que el atomo mas leve,
La imaginacion mas vaga,
El penſamiento mas debil,
Iamas offendio a mi Eſpoſo,
Paraque el temor me hizieſe,
Que. Mas que digo? La voz
Enmudeſca, el labio ſelle;
Que a decoro como el mio
Aun la diſculpa le offende.

Poſt illud *Que*. deberet integra propoſitio proferri: quam propelleret dolor, niſi pudor orationem abrumperet: unde ipſa ſubiicit.

Y aſſi perdoname, pues
Ves, que a un miſmo tiempo quieren,
Que lo cuente, mi dolor;
Y mi error, que no lo cuente.

Iterum poſt unam aut alteram paginam ejuſdem Perſinæ dictionem in ſe ſeducta interrumpit Prudentia: inquit enim.

Eſtas ſon joyas y cifras,

Que

Digitized by Google

Que mande poner con ella,
Quando. Mas que es lo que digo?
Arrebatome la fuerça
Del alborozo de ballarla.

Illud *Quando* eſt integræ narrationis initium, quam ſalubrius conſilium intercidit. Sunt & aliȩ in eâdem Comediâ Interruptiones, ex quibus unam *num.* 74. *d.* jam dedi. Plures non volo addere: interim ſi legere placeat *fol.* 80. *b.* 89. 92. *b.* 130. *b.* 134. *b.* 135. *b.* 181. *a.* *b.* 218, 4. 220, 3. 225, 4. 245, 1. 258, 1. 260, 4. 262, 2. *b.* 266, 1. &c. alias interruptiones eruditas reperies.

SECTIO XIII.

An nulla Reſtrictio ſit Reſtrictio?

An etiam per ſilentium voces communes reſtringantur?

SIlentio itaque inter circumſtantias conſignificantes recepto, nemini mirum videri poterit, ſi etiam ſilentium voces latiùs patentes & univerſaliùs ſignificantes reſtringat. Et accidit Reſtrictio hujuſmodi, quando generali nomini nihil additur; tunc enim Reſtrictio eſt ipſamet Reſtrictionis omiſſio. Conſidera verba ſequentia. *Ius quidem Civile ex unaquaque Civitate appellatur, veluti Athenienſium; nam ſiquis velit Solonis vel Draconis leges appellare Ius Civile Athenienſium, non erraverit, ſic enim & Ius, quo populus Romanus utitur, Ius Civile Romanorum appellamus: vel Ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à Romulo, & Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen* (N.B.) *cujus ſit Civitatis: noſtrum Ius ſignificamus: ſicuti, cùm Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos Egregius Homerus, apud nos Virgilius.* [Sicut quando apud Theologos, *Apoſtolus* dicitur intelligitur Paulus.] Ecce voces *Ius*, *Poëta*, *Apoſtolus*, communes ſunt; quæ, ſi contrahuntur, contrahuntur; &, ſi non contrahuntur, contrahuntur: nam ipſamet non contractio eſt contractio. Si hodie in Galliâ *Madama talis*, aut *talis*, dicitur unaquæq; Princeps: Regina verò ſine ullo addito *Madama* vocatur. Comes talis aut talis (& idem de aliis titulis dicito) per provinciam, quam gubernat, contrahitur, & ſemper eſt unus in regno, qui *Comes* ſine epitheto per antonomaſiam vocatur, ad quem nomen commune *Comes* per carentiam epitheti reſtringitur. Sic ſimiliter nullius ſyncategorematis poſitio eſt etiam ſyncategorema, nam ſyncategorema *Omnis* conſtituit Univerſalem poſitionem, ut, *Omnis homo eſt animal*: & nullum ſyncategorema, conſtituit Indefinitam, ut, *Homo eſt animal*. Et hic obiter nota ipſam ſyncategorematis negationem etiam eſſe ſyncategorema, & ſuam propriam claſſem Propoſitionum conſtituere.

Ita Iuſtinianus in inſtitut. libr. 1. c. 2.

Unde Romani, & unde Quirites ſint dicti?

Poeta quis? Apoſtolus, quis?

Madama.

Comes.

An terminus indefinitus ullo ſyncategoremate affectus ſit?

Sigalion.

SECTIO XIV.

An nullum Signum, Signum ſit?

Iubentur apud Foxam greges & armenta ſignari.

HInc habere ſolutionem poteſt Caſus, qui aliunde decidi non poteſt. Catholicus Hiſpaniæ Rex in regno Neapolitano apud Foxam paſcua pulcherrima & vaſtiſſima poſſidet, ad quæ greges & armenta è montibus & locis vicinis deſcendunt. Quia boves & oves erant multæ, & miſcebantur ſæpe, ſuboriebantur rixæ inter Paſtores, quæ poſteà tranſibant ad heros, qui majori potentiâ quietem publicam perturbabant. Ut iretur obviam huic incõvenienti, præceptũ fuit, ut ſinguli ſuas animantes ſignarent, additâ pœnâ perdendi illam, quæ ſigno careat. Nec novi quid ſtatutum hac lege; nam ſignari pecudes res eſt antiquiſſima, quæ jam olim ad Rei Ruſticæ providentiam pertinuit, nam Virgilius Agricolarum otia ediſſerens *Georg.* 1. ſic cecinit.

Sed cur?

Quàm ſit antiquum ſignare pecudes?

Frigidus Agricolam ſiquando continet imber,
Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno
Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem: cavat arbore lintres,
Aut pecori ſignum, aut numeros impreſſit acervis.

Legem profectò latam, utpotè opportunam & utilem, univerſi audiverunt, acceptarunt, laudarunt. Publicationem legis ſequuta eſt obſervantia: quoniam univerſi Paſtores, oves, & boves ſuas ſigillo opportuno inuſſerunt, ne cum cęteris confundi poſſent. Solus Blaſius voluit videri negligens, ut argutiam oſtenderet. Accuſatur, quòd pecudes habeat ſine ſigno. Negat. Deponunt teſtes; & ipſe illos vel falli, vel mentiri ſuccłamat: & ſic diſcurrit. [Eo tendit lex, ut pecudes non confundantur; &, ut unuſquiſque ſuas cognoſcat, jubet illas ſignari. Paſchalius oves rubro pigmento infecit: Menalchas ſuorum vervecum cornua perforavit: Gildius crucem in ſuorum fronte inuſſit: & ſic ſinguli elegerunt ſuas notas, quas *marcas* Hiſpanus appellat. Mihi liberum fuit eligere ſignum, quod vellem: & ideò, ut libertatem cœlitùs conceſſam oſtenderẽ, elegi pro ſigno *nullum ſignum*. Signum eſt, quod has oves verb. gr. à cæteris aliis

An nullum ſignum, ſignum ſit?

Varii modi ſignandi pecudes

Quid marca apud Hiſpanos ſit?

C dif-

diſtinguit: & ſiquidem meæ à cæteris aliis diſcernuntur,ſunt ſignatæ: quæ enim nullum ſignum habent, ſunt meæ.] Ergo Blaſii opinione, quando alii omnes greges ſignum habent, nullum ſignum habere, ſignum eſt. Et quid judicas? An ille perdere debebit ſuas pecudes?

Iudæi, ut cognoſcantur, ſignantur.

An tunc ſigni carentia ſignū ſit?

Iudæi in Germania, Bohemia, Italia, ſignum jubentur gerere: & etiam ibi carentia ſigni ſignum eſt: nam ſicut eos,qui tale ſignum portant, eſſe Iudæos cognoſcimus: ſic etiam cognoſcimus eos, qui illud non portant, non eſſe Iudæos, ſed Chriſtianos.

SECTIO XV.

De Argumento Negativo.

An, & quando ſit efficax?

An-ne aggravantes intra eamdem ſpeciem Circumſtantia in Sacramentali ſint Confeſſione aperienda?

An inter Propoſitionum Oppoſitiones admittenda ſit ſubcontraria?

An verba, quæ non dicuntur, etiam ſignificent?

VErba etiam, quæ non dicuntur, nihil ſunt, & tamen ſignificant; nam ratio quæritur ob quam fuerint omiſſa. Hinc naſcitur argumenti negativi energia; quod tam etſi, quando malè proponitur, elumbe ſit, quando bene proponitur, efficacia non caret. Perpende ſequens.

An, & quando argumentum negativum ſit efficax?

Tridentinum Concilium omnia, quæ debet pænitens facere, ut ritè confiteatur, expoſuit.

An circumſtantiæ aggravantes ſint in confeſſione exponendæ?

At circumſtantias aggravantes, etſi maximè aggravent culpam, modò novam non addant ſpeciem, eſſe in Sacramentali Confeſſione explicandas, non dixit.

Ergo in Sacramentali Confeſſione non ſunt neceſſariò explicandæ.

Eſt argumentum merè negativum: ſed tantæ virtutis nihilominùs,ut probabiliorem opinionem ſubcollet: quoniam *ejuſmodi aggravantes circumſtantias non forè in Confeſſione exponendas* affirmat hodie probabilior opinio. Sed cur? expendam.

Silentium ſecundum ſe conſideratum, nihil eſt. At ſilentium in ore hominum, qui tenentur loqui, eſt ſilentium contractum & reſtrictum, & habet ſignificationem ſpecialem. Hinc naſcuntur duæ de ſilentio Regulæ: *Qui tacet, conſentire videtur*, & *Exceptio firmat Regulam in contrarium.* Cenſetur enim aſſentiri, qui tacet,tunc enim hoc ſilentium eſt reſtrictum ad perſonam, quæ ſi non conſentiret, repugnare deberet. Et qui dicit, *Omne animal,excepto homine, eſt irrationale*,cenſetur aſſerere, *Equum eſſe irrationalem*, quoniam, ſi rationalis ille eſſet,etiam fuiſſet exceptus. Ergo, quando res omnes aliquis recenſet, & tamen aliquam ſilet, cenſenda eſt illa, non eſſe, & ille cenſendus eſt dicere illam non eſſe; nam, ſi illa eſſet, eam eſſe ille diceret. Et ad maiorem hujus doctrinæ claritatem præcedens ille ſyllogiſmus, qui de circumſtantiis intra eamdem ſpeciem notabiliter aggravantibus erat, poſſet ſecundo hoc roborari.

Quid ſilentium non reſtrictum, & reſtrictum ſignificet?

An qui tacet, conſentire cenſendus ſit?

An exceptio firmet regulam in contrarium?

Cur cogantur in Eccleſia Concilia?

An aliqua neceſſaria omiſerint?

Patres coacti Tridenti, fuerunt divinitus congregati, ut nos omnia ad ſalutem neceſſaria docerent.

Atqui malè nos docuiſſent, ſi aliquid neceſſarium omiſiſſent.

Ergo nihil ipſi, quod ad ſalutem neceſſarium ſit, omiſerunt.

An Argumentū negativum valeat in Philoſophia?

At non dixerunt, circumſtantias, intra eamdem ſpeciem notabiliter aggravantes, debere in Sacramentali Confeſſione explicari.

Ergo taceri à Pænitente tuta conſcientia poſſunt.

Hoc argumentum enervatur,ſi ad Philoſophiam transferatur: quoniam contra eos, qui probaturi, *Oppoſitionem ſubcontrariam non dari*, argumentabor ſic.

De illa nec verbum habet Ariſtoteles.

An detur Subcontraria Oppoſitio?

At,ſi daretur,illam Cap.de Oppoſ.*ſcripſiſſet, docuiſſet, tradidiſſet.*

Ergo Oppoſitio ſubcontraria non datur.

Ariſtoteles magnus fuit Vir, non tamen Angelus.

cum Hurtado, & aliis Viris eximiis Reſpondebo, ignorantiæ, oblivionis, & inadvertentiæ fuiſſe capacem Ariſtotelem; adeoque illum dari Subcontrariam Oppoſitionem, aut neſciviſſe, aut, ſi ſcivit, illam ibi vel ex inadvertentia, aut oblivione non dictaſſe.

Digitized by Google

ARTICVLVS II.

An nulla Reſponſio interdum ſit magna Reſponſio? An Dubium in Interrogatione propoſitum per non-Reſponſionem ad alteram contradictionis partem reſtringatur?

An, qui nihil reſpondet, multum reſpondere cenſendus ſit?

EST quæſtio jam olim à Græcis deciſa, & à Latinis uſurpata: illi enim dixerant,

Πολλοῖς ἀπόχετσις ἡ σιωπὴ τυς χάνει.

Pleriſq; *Reſponſi vice eſt ſilentium.*

Vnde in Calderonis Comœdia, quæ inſcribitur, *Tambien hay duelo en las Damas*, act.2.fol.157.2.

a] Eſt optimus modus ſubtrahendi à reſpondendi obligatione, reconvenire interrogantem, illum aliis interrogationibus prapediendo.

Felix. *Con vueſtra licencia. Dime*
Simon. Sim. *Dime tu primero,* [a]
Que hizo D.Pedro, para
Reñir con el? Fel. *Dexa eſſo,*
Que aunque has de ſaberlo, no
Soy yo del que has de ſaberlo,
Si ya no es, que ſin mi voz,
Te lo diga mi ſilencio.

Et poſteà fol.261.4.

Viol. *Pues ya que vos ſin dezir*
Dezis lo que no quereis,
Eſcuchadme, porque haveis
De oir ahora ſin oir,
Felix, mis obligaciones, &c.

Stat ergo ſilentium eſſe valdè loquax, & ſæpè interroganti hominem poſſe per ipſum ſilentium reſpondere.

SECTIO I.

De Epiſtolis.

An ad illas interdum non reſpondendo reſpondeamus?

An Amicorum ſemper literis ſit reſpondendum?

AB Aſſerente Parte ſto, & illam ſuado adducendo S. Hieronymi prudentiſſimam, & natam ad rem noſtram Epiſtolam. *Acceptis primùm literis tuis*, ait Sanctus Pater, *non reſpondere ſuperbia eſt: reſpondere temeritatis: de his rebus enim interrogas, quas & proferre, & audire ſacrilegium eſt.* Et quid hic Sanctus Pater? inter *reſpondere*, & *non reſpondere* non eſt medium: &, ſi eſſet, diceret, *Poſitus in medio, quo me vertam neſcio.* Et ſi alterutrum faceret, ſe exponeret manifeſto periculo, in hoc enim caſu,

Sigalion.

Dextrum Scylla latus, lævum implacata
Carybdis
Obſidet.

De Scylla & Charybdi. Virgilius Æn. 3.

Et tandem, ſeu loqueretur, ſeu taceret, deberet neceſſariò exclamare Τὴν Χάρυβδιν ἐκφογών, τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον hoc eſt, *In Scyllam cecidi, cupiens vitare Charybdim.* Cæterùm mutatis circumſtantiis verſa fuit in prudentiam temeritas; quæ enim ſuperbè omitterentur, & ante examen temerè reſolverentur, poſt debitam conſiderationem potuerunt prudenter decidi. Et quid, ſi non reſpondiſſet Sanctus, & Eruditus Presbyter? Silentium illud vociferaretur, & etiam ejuſdem opinione inclamaret, *Hieronymus eſt homo ſuperbus, & contemnit Riparium*: ait enim Poeta Græcus: Εὖ καταφρόνητό ἐστι σιγηρὸς τρόπος. *Taciturnitas eſt plurima contemptus.*

Quid importet nolle reſpondere ad Epiſtolas, opinione Hieronymi?

Aliter vocē ſilentii interpretatur Melleus Doctor, quoniam *Viro illuſtri Haymerico* (hic enim erat Cardinalium titulus ante quingentos annos) proponenti Controverſias Theologicas, neſcit Bernardus, An, & quo reſpondere modo debeat? terret enim ſcripturientem propoſiti argumenti gravitas, ſuſpendit rationum ſuccurrentium varietas; adjicit, quæ prudenter ſpectatur, utilitas: & tandem, ne tacendo cenſeatur, *Ego ſum Philoſophus*, dicere, ſumit calamum, & ſcribit has lineas.

Quid autem opinione Bernardi?

ORationes à me, & non quæſtiones poſcere ſolebatis: & quidem ego ad neutram idoneum me eſſe confido. Verùm illud inducit profeſſio, etſi non ita converſatio. Ad hoc verò (ut verum fatear) ea mihi deeſſe video, quæ maximè neceſſaria viderentur, diligentiam, & ingenium. Places tamen, fateor, quod pro carnalibus ſpiritualia repetitis, ſi ſanè apud locupletiorem id facere libuiſſes. Quia verò doctis, & indoctis pariter in iſtiuſmodi excuſandi mos eſt; nec facilè ſcitur, qua ex imperitia, quave ex verecundia excuſatio prodeat, ſi non injunctì operis obeditio probat: accipite de mea paupertate, quod habeo, ne tacendo Philoſophus puter. Nec tamen ad omnia ſpondeo

Ad reſolvendas Quæſtiones requiritur diligentia & ingenium?

An loquatur, qui tacet?

me reſponſarum. Ad id ſolum quod de diligendo Deo quaritis, reſpondebo, quod ipſe dabit. Hoc enim & ſopit dulciùs, & tractatur ſecuriùs, & auditur utiliùs. Reliqua deligentioribus reſervare.

Quid loquatur?

Conſidero illa verba, *ne tacendo Philoſophus putet*. Ergo tacere realiter, eſt virtualiter loqui: & Epiſtolæ non reſpondere realiter, eſt virtualiter aliquid reſpondere. Sed quid? Illud *aliquid* eſt res generaliſſima, quæ per loci temporis, & perſonarum conſignificantes circumſtantias reſtringitur, & ad ſpecialem ſignificationem determinatur.

Circumſtantia adiacentes conſignificant.

Addam aliam Epiſtolam, quæ doctrinam præcedentem adfirmet, & quàm multa tacendo dicantur exponat.

An Vicarius contra Principalem ſuum ſentire poſſit in materia probabili?

Eram in Bohemia, & quia Eminentiſſimi Principis Cardinalis ab Harrach nomine vaſtiſſimum Archiepiſcopatū gubernabam, plurimos debebam ad audientiam admittere, & plurium Epiſtolis honorari & vexari. Inter alios Cornelius, Reverendiſſimus Monaſterii N. Antiſtes, iterū, iterumque, imò etiam tertiò, me conſulit de Regularium Privilegiis: & quid circa hæc vel illa inſciis, aut invitis Epiſcopis poſſint Abbates facere, requirebat. Quid ad hæc Ego? Eram Abbas: non ergo negare ei debebam, quæ probabiliter videbatur aſſerere: eram Vicarius Generalis Eminentiſſimi Archiepiſcopi; non ergo in dubio aut probabilitate poteram Archiepiſcopalibus Iuribus præiudicare. Hoc ipſum mihi in ſua Sancta Regula D. Benedictus videbatur præcipere: nam expreſsè jubet, ut Præpoſitus, qui eſt Abbatis Vicarius, ſequatur ſententias proprii Abbatis. Ejus verba ſunt hæc. *Dum contraria ſibi invicem Abbas, Præpoſituſque ſentiunt, & ipſorum neceſſe eſt ſub hac diſſenſione animas periclitari. Et hi, qui ſub ipſis ſunt, dum adulantur partibus, eunt in perditionē. Cujus periculi malum illos reſpicit in capite, qui talis inordinationis ſe fecerunt Authores.* Cùm igitur eſſem Abbas, & Eminentiſſimi Principis Cardinalis Vicarius, ſicut quà Abbas habebam Præpoſitum, qui meis ſententiis in omni materia probabili adhærere deberet; ſic quà Vicarius habebam Archiepiſcum, à quo in omni dubio, in omni probabilitate, in omni controverſia ſtarem. Ergo nec pro Abbatibus contra Epiſcopos, nec pro Epiſcopis contra Abbates Cornelio poteram reſpondere. Ergo ſicut Bernardus, ne Philoſophus (*ſcientiæ oſtentandæ cupidus*) putaretur, reſpondit; ego, ut Philoſophus (*amorem ſciens*, amicitiam inter Epiſcopum & Regulares Prælatos eſſe neceſſariam cognoſcens, & illam conſervare deſiderans) judicarer, ſubticui, & Abbati, tametſi chariſſimo, nihil reſpondi. Interim, dum hæc omnia recogito, ſupervenit Religioſus, à Cornelio miſſus, qui obnoxius orat, ne ſine Reſponſo dimittatur. Et ego, cùm jam ulteriùs tacere nō permitterer, ſumpſi calamum, & ſcripſi has periodos.

S. Benedictus in Regula cap. 56.

An Prior teneatur habere ſententias ſui Abbatis?

An occurrant interdum Caſus, in quibus neutra ſit opportuna ſententia?

Φιλόσοφος dicitur, σ Φιλίας σόφος, & Φίλος Σοφίας Euripides.

Silentium ſapientibus Reſponſi loco eſt.

Recepi Reverendiſſima tua Dominationis Epiſtolas: primam, ſecundam, immò etiam tertiam: & nihil ad eas reſpondendo, me ſatis ſuperque reſpondiſſe putabam, quoniam nulla Reſponſio, ſi rem percallere velimus, eſt quædam valdè magna Reſponſio, quoniam, ut canit Poeta Ethicus: Πολλοῖς ἀπόκρισις ἡ σιωπὴ τυγχάνει: Pleriſque reſponſi vice eſt ſilentium.

Nullum Reſponſum magnum aliquando Reſponſum eſt.

Ego olim Reverendiſſ. Domine, antequam Archiepiſcopalia Iura manutenenda ſuſcepiſſem, Regulares Theologos, qui de Privilegiis diſſerunt diligenter & ſtudiosè lectitabam: & fortè illa omnia, quæ Veſtra Reverendiſſ. Dominatio proponit, apud ipſos inveni: at hodie quæcumque ab eorumdem libris eruditis didiceram, ſciens, & volens oblivioni mandavi. Sacros aſſiduè Canones, qui omnium legum Humanarum ſunt fontes, evolvo, & meditor: Exemptiones & Privilegia Regularium, quæ Iuris communis limitationes ſunt, & centenis ſubjacent limitationibus, quorum intereſt, propugnanda relinquo. In omni probabilitate, aut dubio ſum à noſtro Archiepiſcopo: & in hoc præjudicio, quamdiù ejus vices geram: permanebo. Dabit Deus, ut hac eandem onerosâ Dignitate defungar, & ab hoc ipſo præjudicio tunc eximar, & prioribus ſententiis reſtitutus ſentiam cum Veſtra Reverendiſſ. Dominatione, quam ſalvam, & incolumem Deus protegere dignetur multis annis. Pragæ 18. Septemb. 1651.

Regulares manutenere debēt Iura Regularia ſicut Epiſcopalia Epiſcopi.

Quid Epiſcopi Vicarius debeat facere?

Progrediamur ulteriùs, & duas Pontificii Iuris Regulas proponamus. Eſt XLIV. *Is, qui tacet, non fatetur, ſed nec utique negare videtur* (cenſetur:) antequam XLIII. præcedebat, videlicet, *Qui tacet, conſentire videtur* (cenſetur). Vtraque ſilentium conſiderat; ſed diverſimodè. Ponatur caſus.

Exponuntur duæ Regulæ Iuris Canonici.

An, & quando, qui tacet conſentire cenſendus ſit?

Vocatus à Conſule Heliodorus, An vellet recipere centum aureos ſibi à Clodio legatos? interrogabatur: & tamen tacuit. Quid cenſere debemus? An ex ſilentio inferre poterimus, aut debebimus, eum illud legatum acceptaſſe? an verò contra, repudiaſſe?

Silentium ſecundum ſe, ab omni circumſtantia conſignificante præciſum, conſiderat Regula XLIV. *Is, qui tacet*, &c. nam ſilentium, cùm realiter vocis carentia ſit, nec aſſerendo, nec negando reſpondet. At

Silentium in abſtracto ſumptum.

Re-

Silentium per conſignificantes circumſtantias reſtrictum.

Regula, XLIII. *Qui tacet*, &c. oculos ad circumſtantias legati, ad libertatem legatarii convertit: ſi enim ille poteſt & debet loqui, & legatum ſit utile, & nulla in eo appareat circumſtantia nociva, illud ſilentium, quod vim Reſponſi ſortitur, per has conſignificantes, eaſque favorabiles circumſtantias reſtrictum, convertitur in Reſponſum aſſerens, ut ſenſus ſit, *Illos centum aureos à Clodio legatos accepto*. Quam ob rem illa Regula XLIII. erit æternæ veritatis, ut loquuntur Dialectici, ſi ad verba ſequentia reſtringatur, *In favorabilibus qui poteſt & debet loqui, & tamen tacet, interroganti conſentire cenſetur*. Dixi *in favorabilibus*, nam in odioſis, non eſt cur tacens conſentire dicatur. Addidi, *qui poteſt, & debet loqui*: quoniam, ſi loqui nequit (puta, ſi metu, qui in virum conſtantem caderet, tacere per violentiam cogatur) ceſſat ratio, ob quam loqui virtualiter cenſeri poſſet. Et quidem, non ſolùm petimus, ut poſſit loqui, ſed ut debeat: qui enim non tenetur reſpondere, non eſt putandus aſſentiri, etſi taceat. Subjunxi *conſentire cenſetur*, quia conſenſum ab affirmatione diſtinguo; quoniam ſi ſim paratus aſſerere, ſi aſſeras; & negare, ſi neges, tibi non ſolùm aſſerendo, ſed etiam negando conſentio.

Repenitur, ſeu corrigitur Regula XLIII.

Latiùs patet conſentire, quã affirmare.

AN-NE huic Iuris Canonici Regulæ addere potero, aut debebo alteram Militarem, videlicet, *Qui tacet, minari videtur*. Silentium enim hominis honorati, ſi per demiſſum vultum poſt receptam injuriam reſtringatur, minas vociferatur: nã, ſi liceat Pacuvii numeros attemperare huic argumento.

An, & quando, qui tacet, minitari cenſendus ſit?

Suſpicione carte non criminis ille frequenter,
Demiſſo vultu qui ſedet, atque tacet.

Et unde id colligo? Quia

Sæpe tacens odii fœmina vultus habet.

Iraſcibili (Militari) addere potero Concupiſcibilem: nam Car. Paſch. *libr. de virt. & vitiis, cap. 32.* ſupponit hanc Regulam, *Fœmina, quæ a proco ſolicitata tacet, conſentire cenſetur*, & ait [Virginis aut Matronæ ſilentium, cujus pudicitia pollicitationibus tentatur, nihil aliud eſt, quàm ipſe adſenſus, ipſe adnutus. Nam quoties ea, quæ debet eſſe conſtantia reſponſi, improba taciturnitate eliditur, in eo verè eſt ipſa flagitii appetitio, & confeſſi profeſſio.] Ratio Regulæ eſt, quoniam tacendo

An fœmina, quæ tacet, conſentire cenſenda ſit?

Pugnaret Cloris, tanquam quæ vincere nollet,

Et ideò, ſi caſta eſt, contradicere debet poſitivè & conſtanter. Er cur? Quoniam, ut apud Calderonem ait Arſindus.

An velit vincere fœmina, quæ cum Amaſio pugnat?

En aventuras de Amor
Dize mas, la que mas calla.

Vide tom. 3. Comœdiæ, quæ dicitur, *Ni Amor ſe libra de Amor*. act. 3. fol. 182. col. 1.

SECTIO II.

De Legato ſine Reſponſo dimiſſo.

An, & quo modo injuria debeant tolerari?

ZEno Citicus, cum eſſet à quodam interrogatus, quomodo affectus eſſet erga convitia? Perinde, inquit, ac ſi Legatus abſque reſponſo dimittatur. Laertius *lib. 7. cap. 1.* Ergo hinc duo deduc. Alterum, non reſpondere, Zenonis ſententia, eſſe convitium: & alterum, convitia haberi debere pro indictis, (non dictis) & ideò nullo ipſa indigere reſponſo. Verumque firmat Apophthegma, quod de Xenocrate & Platone narratur. Nam ille ab hoc ingratitudinis inſimulatus, utut injuriam ſenſerit, non fuit commotus, nec ullum prorſus indignationis ſignum edidit: & nihil Platoni reſpondendo multum reſpondit. Inſtigabat eum, ut reſponderet ſocius: cui Xenocrates. Hoc quidem, quod facio, mihi bonum, & commodum eſt. Ælianus *lib. 14. variar. hiſt.* Et quidem commodum fuit prudentiſſimo viro nihil reſpondere Platoni: & bonum etiam: quoniam ſine loquendi incommodo plura tacitus vociferabatur, quàm ſi auras querimoniis oppleret. [Obtorque Apophtegma, quod Xenocrates diſcipulus eſſet Platonis, & ut Patrem venerabatur, & Parentum verba filium prægravare non poſſunt: & ideò cum inſultatione non retundenda, ſed cum patientia toleranda. Accedit, quod in Sicilia Xenocrates vitam pro Platone expoſuerat; & an eſſet ingratus ſua generoſitate demonſtraverat.]

An qui injurias contra prudentem virum evomit, tacere, ſeu nihil omnino dicere, cenſendus ſit?

An, qui tacent, cùm jubentur loqui contemnere cenſeantur?

Xenocratis ſũma modeſtia.

Verba Parentum, etſi acria, ſunt ſilentio, & patientia honoranda.

SECTIO III.

Aliqui producuntur Authores, qui Silentii Eloquentiam exponunt.

OCcurrunt, & multa alia Illuſtrium Authorum teſtimonia, quæ vocem ſilentio ipſi adſcribunt: unum, aut alterum ponamus.

An aliquem ſilendo laudare poſſimus?

Terentius *in Eunuch.* ſic ait. *Nunquid habes, quod contemnas? quid tu autem thraſo? Tacent! ſatis laudant.* Ergo tacere aliquando laudare eſt. Immò, quandò, Virtus eſt tanta, ut non poſſit dignè celebrari, & laudari, grandiùs ſilentio colitur, quam curtis laudibus. Hinc Deum adoramus, etiam quando ſilemus ejus laudes: unde

An ſæpe Deum tacendo veneremur?

Digitized by Google

unde Propheta Rex *in Pſalm.64.*dicit, *Te decet hymnus Deus in Sion*:vel ut alii vertūt, *Te decet ſilentium Deus in Sion*. Ergo & ſilendo infinitam Dei Majeſtatem celebramus. Præſtat tacere, quàm cum periculo loqui. Clemens Alexandrinus *lib.2. Strom.* appoſitiſſimè *Deus res quadam eſt, captu & venatu difficilis, ſemper recedens, & à perſequente procul ſe removens*. Legerat proculdubio Platonem, qui *in Timæo* exclamat. *Genitorem Vniverſitatis tam difficile eſt invenire, quam inventum impoſſibile dignè profari*. Conſonat S.Auguſtinus *libr.1.Trinit.* dicens. *Nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid invenitur quam Trinitas*. Ergo, ſicut Deum veneramur dicendo quæ de tanto intelligimus Nrmine: ſic & humili reverentia eum celebramus, cùm non dicimus, quæ non intelligimus.

Quàm ſint difficilia intellectu omnia æterna & divina?

Ci.ero *in Caton.* doctiſſimè. *Quid exſpectas authoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum percipis?* Ergo tacendo inſinuabant, quid vellent. Princeps non debet attendere, quid Candidati dicant: nam, qui adſpirant ad munera, aut mentiuntur prorſus, aut ſua ſervitia ſupra verum extollunt. Debet tamen audire Militis cicatrices, Senatorum pauprrtatem &c. Miles, qui nunquam vulneratus fuit: Senator, qui eſt in tribunali ditatus, &c.ſi ſe dignum præmio dicat, mentitur: nam integritas corporis, in illo ignaviam clamat; & in iſto divitiæ, etſi contrarium vociferetur lingua, integritatem mentis perurgant.

An loquantur merita?

An cicatrices, an integritas corporis in Miliso?

An divitia, an paupertas in Miniſtro?

Et iterum *pro Pompejo* idem Cicero. *Hi vos, quoniam liberè loqui non licet, tacitè rogant*. Et nova ſuffundir luce illā Iuris Regulā, *Qui tacet, conſentire videtur*. Sunt, qui loqui poſſunt, ſunt qui nō poſſunt. Illi qui poſſunt & debent loqui, ſi fortè taceāt, virtualiter loquūtur, & reſpōdere cēsētur, *Conſentimus*. Sed quid dicemus de illis, qui tacere coguntur? Non dicunr, *Conſentimus*, quia nolunt; non, quia non poſſunt; nam hoc poſſent dicere, ſine diſcrimine. Ergo illorum ſilentium, per timorem cadentem in virum conſtantem reſtrictum, loquitur, & dicit *Diſſentimus*. Vnde illam XLIII. Canonum Pontificiorū Regulam ad has quatuor, quæ dilucidant illam, redueo. (1) *In favorabilibus, qui tacet, conſentire cenſetur*. (2) *In odioſis, qui po eſt & debet loqui, & tamen tacet, conſentire cenſetur*. (3) *Qui autem contradicere nequit, ſi taceat, diſſentire cenſetur*. (4) *Qui poteſt, ſed non debet loqui, ſi tamen taceat, nec dicendus eſt conſentire, nec non conſentire*.

An, & quid in eo, qui loqui nō poteſt, ſilentium dicat?

Iuris Regula exponitur.

PRoderit poſt Ethnicorum teſtimonia Innocentium Papam prudentiſſimū, & doctiſſimum Virum adducere; ejuſque verba, quæ *cap.3. diſt.83.* & *cap.14. Tam Sacerdotes 24.qu.3.* ponuntur, relegere, & conſiderate. *Error, cui non reſiſtitur*, ait, *approbatur, & Veritas, cùm minimè defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis, perturbare perverſos, nihil eſt aliud, quam fovere. Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obviare*. Ergo prudentiſſimi Papæ judicio, vocem habet ipſamet contradictionis omiſſio: & ubi errores Eccleſiam Orthodoxam invadunt, illis virtualiter aſſentitur, qui poſitivè non reprobat. Et licet nihil realiter ſit Veritatem periclitantem non defendere: hic ipſe defenſionis neglectus, per adjacentes circumſtantias (neceſſitatem Eccleſiæ; & obligationem perſonæ, quæ cum poſſit ſe opponere errori, non vult) reſtrictus, virtualiter loquitur, & voce ſua opprimit Veritatem. Et ſe tacitus conſortem eſſe erroris fatetur, qui intermittit obſiſtere.

An, quando aliquis non contradicit Heretico, ipſamet contradictionis omiſſio loquatur, & hæreſim approbet?

An, qui non contemnit, favere cenſendus ſit?

SVnt ingenioſæ & eloquentes Calderonis Comœdiæ, & in illa, quæ inſeribitur *La fiera, el rayo, y la piedra*, fol.240. 3. quia Anaxarte Iſidi ſtrenuo militi juſſerat, ne de Amore vel verbum loqueretur, & ipſe poſt longa ſilentia monebat, ſi nihil de Amore dicere, An, ſie illam monendo, præceptum violari? diſputatur. Verſus ſubſcribo.

Quales ſint Calderonis Comœdiæ?

Iſis. *Hermoſiſſima Anaxarte*
Pon a quenta de mi Amor,
De que mi Amor no se hable.
Anax. *Hablar en que no hablas, ya*
Es hablar mas, que ſi hablaſſes.
Iſis. *Que calle un dolor no baſta,*
Sin que el que lo callo, calle?
Anax. *No que mudez, que ſe explica*
No dexa de ſer lenguaje.
Iſis. *Si dexa; porque no es voz*
La ſeña, que un no es del ayre.
Anax. *Dictamen, que habla por ſeñas,*
Es muy bachiller dictamen.
Iſis. *Eſſo es quererle quitar*
Sus idiomas al ſemblante.
Anax. *Claro eſta que las colores*
Ya ſon Rhetoricos phraſes. [a]
Iſis. *Quien le nego a un accidente,*
Que palido ſe declare?
Anax. *Quien quiſo hazer la fineza*
De ſufrirle. Iſis. *Aunque no es facil* [b]
Cuydado con mi ſilencio:
Anax. *Ni eſſe cuydado me encargues*
Que ya dice, que le tiene,
Quien dize, que le repare.
Iſis. *Pues ſolo, que no le tengas,*

An loquatur de ſalute, qui de illa ſe non loqui aſſerit?
Silentium loquax.
Loqui geſtu. *Hiſp.* Hablar por ſeñas.
An vultus ſua habeat idiomata?
An per faciei colorem ſyntomata interiora loquantur?

a] *Las phraſes* ſemper audivi, non *los phraſes*.

b] Aſſonantia carmina ſunt, in quibus concidunt ab ultimo accentu vocales. Anne coincidunt in vocibus *declare, es facil, encargue?*

Te

Te dire de aqui adelante.
Anax. *Ni aun eſſo me has de dezir,*
Que no dexa en un amante
De ſer acuerdo el acuerdo,
Que del olvido ſe vale.
Iſis. *Pues paraque no te offenda*
Lo que diga, o lo que calle,
Lo que acuerde, o lo que olvide,
Quitandome de delante,
Te ſervire de manera,
Que la noticia te alcanze,
Sin el ruydo de mi voz,
Ni el color de mi ſemblante.

SECTIO IV.

De Silentiaria Gtammatica.

An poſſint Homines tacendo loqui?

Hiſtoriæ quæ cogitantur, ab illis quæ acciderunt diſtinguuntur, & hæc de Semiramide in circumſtantiis pleriſq; omnibus eſt cogitata à Calderone, & cantata in Comœdia quæ inſcribitur La Hija del Ayre. Vide act.3.pag. 137. b.

OLim Menon & Semiramis (ſi Hiſtoriis cogitatis creditur) juſſi animi affectus non exprimere, habere deſiderabant methodum, quæ doceret, ut tacendo homines loquerenrur. Ille enim, cùm non auderet Regis Nini imperio impotenti reſiſtere: & illa cùm Irenes Auguſtæ ſororis Nini, lege præpediretur: labiis cogebantur aſſerere, quæ eſſe falſa mente, & animo proteſtabantur: & ideò doceri Artem volebant, cujus uterque auxilio ſine voce contra violentiam, quam ſubibant, poſſent vociferari: & ideò oculos ad cælos ſubrigentes muſſitabant.

Semir. *Pero el callar es forzoſo.*
Menon. *Pero el ſuffrir es precioſo.*
Semir. *No huviera un eſtilo como*
Hablar callando! Menon. *No haviera*
De callar hablando un modo.

De Chymicis, Aſtrologis, Philoſophis, an eâ multa loquuntur nihil dicētes.

Menonis voto, ut video, ſatisfecerunt Chymici, qui cum indoctis multa dicunt, doctis tacent. Et debebo Aſtrologos Chymicis accenſere, quibus veritas tacet: tametſi enim dixerint, & ſcripſerint plurima, prætermittunt ſilentio, omnia illa, aut ab aere pendere, aut arena fundari. Et utriſque, me jubente, adhæreſcent Philoſophi, qui iſtum corporeum Mundum eſſe naturæ librum ſciunt, & tamen Ariſtotelis ingenioſas acroaſes libro naturæ præferunt: & quod deberent expendere in experimẽtorum examine, in Commentariorum lectione tempus prodigunt: Hi ſunt, qui Orbem literarum perturbant, & nihil dicunt, ubi multa loquuntur. Poſſem, & alios addere, qui Menonis voto, ut judicio ſatisfecerunt. Sed Semiramidis animus eſt ardentior, & ideò ejus eſt votum magis arduum. Non tamen impoſſibile videri debet: nam poſſumus tacendo loqui, ut Articuli XII. & XIII. oſtendunt.

An Mundi potius liber, quam Ariſtoteles à Phyſicis legendus ſit?

SECTIO V.

De Silentiaria Dialectica.

An poſſit quis Præmiſſas, quæ non dicuntur, ſubaudire, & ex illis legitimas Conſequentias inferre?

POliticorum eſt hæc Dialectica, & hodie in Regnum aulis & palatiis communis. Illam in Apolyſi noſtra, quæ inſcribitur. *Reſpueſta al Manifieſto del Reyno de Portugal*, pag. 1. his verbis tradidi, & dilucidavi.

Author Manifeſtationem Regni Portugalliæ refellit.

Lingua eſt cordis interpres.

Enſeñome Ariſtoteles, que la lengua era interprete del coraçon. Fui de ſu parecer, haſtaque la experiencia me fue deſengañando poco a poco. Defenſable ſeria la Opinion del Filoſofo, ſi trataſemos materias Eſcolaſticas, que piden claridad, y certeza. En ſemejantes puntos.

Dogma Scholaſticum.

Scire tuum nihil eſt, niſi ſcire tuum
ſciat alter:

Ambiant gloriam & applauſum Philoſophi.

No ay docto, que no deſee porecerlo; ni Varon iluſtre, que no dicte y declare las ideas que enriquezen ſu ingenio: y de eſta ambicion nace, que no haya concepto retirado, ni penſamiento agudo, ni ſentẽcia curioſa, que dexe de dictarſe, eſcribirſe, imprimirſe. Es fiel la lengua en ſemejantes occaſiones; y a no ſerlo, no conſiguiera el applauſo y acelamacion, que ſolicita. En materias Politicas,

Dogma Politicum.

Si ſciat hoc alter, ſcire tuum nihil eſt:

No tiene la lengua authoridad, ni credito la pluma. Reſoluciones grandes no piden Rhetorica eloquencia, ſilencio ſi; aquella deſtraye los intentos que alaba, eſte fomenta los que encubre. Tratando con Politicos, pregunta, duda, y examina; Oye con atencion; no menoſprecies lo que te dixeren con llaneça, mas funda tu diſcurſo en lo que dexaren de decirte. Vna palabra dicha con poca advertencia, ſi ſe oyere con grande, dara luz a dudas eſcuriſſimas: porque poniendo por mayor una palabra preñada que ſe oyo, y conſiderando muy por menor lo que con cautela no ſe dice, ſe infieren conſequencias notables.

Loci Politici, ex quibus in rebus gravibus argumenta ſumuntur.

Et quidem in pleriſque materiis Prudentiam Practicam à Secreto pendere Politici univerſi teſtantur. Apud Tirſum de Molina *in Cigarralium quinto, libr. 1. fol.* 190. *col.* 2. Liſena Dianæ ſorori ſuæ, ſic infit.

Satisfagate a eſſa duda
Eſſe papel, que ya puedes
Ver diſcreta, y guardar muda,
Paraque ſegura quedes
Y Amor a mi dicha acuda.
Y ſin hazer mas eſpantos

Ca-

Digitized by Google

Callando tu Diſcrecion
Advierte en favores tantos,
Que es Carta de obligacion,
Pero no con Sepan quantos . [a]
Que en ſaberlo pocos creo ,
Que el fin , que eſpero , veras ,
Y de mi honra el empleo .

a] Politica Obligationum Inſtrumenta apud Hiſpanos incipere ſolẽt his verbis , *Sepan quantos vieren eſta carta de page, como yo,* &c.

De Tropis & Figuris Silentii

Sanè in Eloquutione (quæ tertia Rhetoricæ pars eſt) Figuræ velut Gemmæ ſcintillant, & inter omnes illæ præcipuum locum habent,quę Orationem amplificant Suas etiam habet Silentiaria Eruditio,multum enim dicit Latinus Orator , eum exclamat .

—— *Inopem me copia fecit .*

An in Silentii Rhetorica reperiantur Hyperbola ?

Et dum exaggerationem promovet Hiſpanus dicens .

Y aun no cabe lo que ſiento
En todo lo que no digo .

etiam nihil addendo, Hyperbolicè vociferatur.Sæpè ad hanc Figuram in ſua Apollinea Lauru debuit Lupus recurrere , niſi enim pleroſque celebraret ſilendo , nunquam ad metam in illo ſtadio , in quod fuerat ingreſſus perveniret .

Sanè Marchionem Alenquerium *Sylva VI.pag.*5 1.*b.* dignè commendatura Laura, Mançanaris Fluvii Madritenſis Galatea,ad ſuum liquidum Parentem verſa , numeris, quos undæ impactæ in Regium pontem excutiebant , attemperans Lyram , ſic cecinit . Commendat : inquit enim ,

Eſt *Manzanares* fluvius, qui apud Madritũ defluit , & per Segoviẽnum Pontem tráſit . Et quia tenuis eſt ipſe, & hic magnificus, oculos ad Madritum evertens , *O vende Puente , o compra Rio* , Cantaber Peregrinus exclamat .

Y ſi la Envidia ſatisfecha dexas,
Mira que dulce y grave
El Marques de Alenquer honrarte puede ,
Quando tierno y ſuave ,
A ſi miſmo ſe excede
Diziendo a quien tan alto loor merece ,
Alabeos el callar , que no enmudece . [a]
Y aſſi lo miſmo en ſu alabanZa offreſco ,
Pues callando le alabo y no enmudeſco ;
Que quando en ſu alabanza hablar quiſiera ,
Mas mudo que callado pareciera . [b]

a] Eſt ille verſus ab ipſomet Marchione Alenquerio compoſitus .

b] Eſt inter *Mutum* (Hiſp. *Mudo*) & *Tacitum* (Hiſp. *Callado*) diſcrimen : licet enim uterque taceat , ſilet hic quia loqui non vult ; ille autem,quia non poteſt.Vnde quia non ſatis laudaretur à Laura Marchio, ſi hæc dixiſſet,

Subiiceo nunc, plura licet ſubjungere poſſem .

Iuſſit Poeta,ut impotentiam ſuam publicè fateretur, & diceret ,

Non mihi ſi lingua centum ſit, oraq; centum,
Ferrea vox, omnes poſſem comprehendere laudes .

Quæ enim illa Hiſpanicè dixit , his Latinis æquivalent .

Et huc Elogium pertinet , quod *Sylva VII.pag.*6 1.reperitur ; quoniam per Idolopœam , quæ Figura notiſſima apud Rhetores eſt, hic Lupus ſe non ſufficere,ut dignè Niſſenus celebretur ſupponẽns introducit Silentium , ut laudes Viri Eximii peroret .

Quien tuviera Niſſeno [*]
(Iuſta de mi temor deſconfiança)
Tu ingenio celeſtial para alabarte ?
Pero es corto mi ſeno
Para el golfo del Mar de tu alabança,
Y reducir lo immenſo a breve parte,
Leerte y eſcucharte ,
Es oir a tu Padre el Gran Baſilio .
O ſi me dieras para ſer Virgilio [::]
Tu pluma y lengua de oro !
Tus Eſcritos adoro ,
Tu Virtud reverencio ,
Donde es fuerça callar, hable el Silencio .

*] In Lupi libro *Miſeno* pro *Niſſeno* male legitur.

::] Omnes Oratores & Scriptores celebres Carmina condiderunt . Multa Plato,aliqua compoſuit Demoſthenes . Phyſicam ſuam inter Grecos Empedocles, & inter Latinos Lucretius carmine delinearunt . Cæleſtia Aratus aliique . Omitto cæteros , & hic admoneo tantùm Patres Hortenſium,Niſſenum & Telleziom, celeberrimos fuiſſe Concionatores, & tamen politiſſima carmina concinnaſſe .

Et quid ſilentium loquitur ? tacet , nam ejus Idioma eſt tacere,& tacendo maximè vociferatur .

Fuit autem P.Niſſenus, Ordinis S. Baſilii Monachus, meus amicus & dominus; cum ſummo applauſu & fructu concionabatur, & edidit in hoc genere erudita Volumina , quæ jam ſunt in linguas Gallicam , Italicam , & Latinam translata .

Et quidem illud verbum *translata* tibi occaſionem præbet , ut ſupponens, Silentio eſſe ſpeciale Idioma , interroges , an quæ in ſuo Idiomate à Silentio dicuntur, à Fama poſſint transferri in Sermonem vulgarem ? Aſſero,& ut perſuadeam,Numeros ſubſequentes produco .

Callò Laura Gentil , llorando el Viento
A los jazmines de un jardin florido
Los Ecos de ſu aliento .
El *Silencio en Applauſo convertido*[c]
Por ultimas reliquias de ſu accento,
Qual ſuele el blando Zephyro en las ramas
HaZer manſo ruido
O el ſecco Monte al diſcurrir las llamas
De los dos Elementos combatido &c.

Ita Lupus *libr.cit.Sylv.*VIII. *pag.*77.

c] Ecce,quæ à Silentio in Dialecto Myſtica dicuntur , ab Applauſu (Famæ ipſe individuus eſt comes) in linguam ſolent maternam & communem transferri .

SE-

SECTIO VI.

De Silentiaria Rhetorica.

An ſilentium peroret? An per Figuras, Tropoſque ejuſdem Eloquentia luxuriet?

De Rhetorica partibus. Quæ, & quot illæ ſint?

QVinque in hac ſcientia partes recenſentur à Criticis: Inventio, Diſpoſitio, Eloqnutio, Memoria, & Pronunciatio. Et quidem licet ſingulę quietem & ſilentium requirant, primanam eſt præcipua,& ſine illo eſſe felix non poteſt. Silentium inventos ab Ingenio Conceptus, obſtetricari, fatetur Eruditus, & Numeroſus Lupus,qui *in ſua Apollinea Lauru*, *Sylva* X. Parnaſſi Comitia Generalia deſcribit; & quia Apollo Novitiorũ Poetarum immenſam colluviem faſtidiens illos dimiſerat; juſſeratque, ut in ſcriptis ſinguli ſua merita repreſentarent,*pag.* 102. *b.*his verbis eorum incolatum deſcribit.

Recentiores Poetæ à Parnaſſo dimiſſi.

La multitud confuſa
A la playa diffuſa,
Baxo del monte y ſe embarco en las naves,
Que con ſoplos ſuaves
El Viento conducia, ſin que dellos
El Mar ſupieſſe qual a qual llevaſſe,
Los Poetas a el, o el Viento a ellos,[a]
Aunque enojados ſuelen ſer peſſados. [b]
En fin como llegaſſe
Cada qual a ſu Patria venturoſa,
Previniendo papel a verſo, o proſa,
Del honor y la Fama los cuydados,
Para probar los meritos que tuvo,
Tomo la pluma, y en ſilencio eſtuvo [c]
Si bien ſuelen promeſſas de altas Plumas
Nacer Montañas, y morir Eſpumas. [d]

Quo modo Poetæ navigent?

Poetæ, ſi amici, parum prodeſſe poſſunt; ſi inimici multum poſſunt nocere.

a] Poëtarum Genium Lupus cognoſcebat medullitus, ſunt enim inconſtantes & leves.

b] Interìm, qui vulgò accenſentur volatilibus cœli, ſi pugnantur ſunt crudeliores beſtiis terræ.

c] Hic bene Lupus, Virum cogitabundum, qui mãnu tenet calamum, & in ſummo ſilentio, quid ſcripturus ſit, meditatur, depingit. Silentium ergo, ut dicebamus, ad Inventionem neceſſariò requiritur.

d] Hoc Monitum, tametſi Poetis dictum, convenit univerſis. Eſt hodie hominum in promittendo exſecranda temeritas, nam pollicentur montes aureos, qui nil poſſunt, aut volunt: unde vulgò repetitur,

Promiſſis dives quilibet eſſe poteſt.

quam ob rem, ſi quando indiſcretis immoderatiſque voluerint conſtare promiſſis,

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Genius Poetarum qualis? An, & quando moleſti & oneroſi ſint? An ad Inventionem Rhetoricam requiratur Silentium?

De nimia & inconſiderata promiſſione.

EXordium, Narratio, Amplificatio, & Epilogus Orationis ad Rhetoricæ leges conformatæ ſunt partes; & Exordium, ut partes cæteras præteream, à præcedentis Silentii cauſis eruditè deducitur. Quam ob rem ab exilio revocatus Cicero Orationem ſuam exorditur.

Rhetorica Orationis partes.

Diuturni Silentii (Patres Conſcripti) quo fueram his temporibus uſus, partim timore, partim verecundia, finem hodiernus dies attulit; idemque initium, quæ vellem, quæque ſentirem, meo priſtino more dicendi.

An Exordium poſſit à Silentio deſumi? Cicero.

Et hoc verborum contextu, vix uno mutato vel altero, utitur Franciſcus Harlæus, Archiepiſcopus Rhothomagenſis *in Apologia Evangelii pro Catholicis Lutetiæ Pariſiorum anno MDCXXV.* Aliquid etiam ſimile in illa erudita Epiſtola, quam D Michaeli de Solis Lupus de Vega ſcripſit: & ſuæ Lauro Apollineæ ſubjunxit, *pag.* 118. repetlo. Inquit enim.

Ciceronem imitatur Harlæus.

El largo tiempo, que en Silencio eſtuve, [a]
Temiendo fue, que mi ignorancia diera
Sombra a tu Sol entre tus rayos nube. [c]
Ya pues que como alegre reverbera
En fuentes claras y en amenos prados
Verde riſa; de Oriente Primavera &c.
Diſcurrir, inventar y eſcribir puedo [b]
Formas, Ideas, prevenir las Muſas
Pues de tu lumbre illuminado quedo. &c.

Etiam Lupus de Vega.

a] Verba hæc Lupi, *El largo tiempo, que en Silencio eſtuve*, & illa Ciceronis, *Diuturni Silentii (PP. CC.) quo fueram his temporibus uſus, &c.* ſi bene perpendantur, coincidunt. Et ab eis non multum abludunt hæc Græca.

Ῥῆξ' ἐν ἐμοὶ δέητε,
Ῥῆξ' οὖν ἐμοὶ προσήκει,
Πολὺν χρόνον κρεμέντος
Τὴν Βαρβίτου σιωπήν.

Rumpere ergo me oportet,
Rumpere ergo me convenit,
Longo tempore ſuſpenſi
Barbiti Silentium.

Verba Latina metro carent: Græca hoc obſervant. [ω - υ - υ - ȣ] Author eſt P. Ioannes Kreihingius in libro quem Poemata Apoſcolaſtica ſcripſit, pag. 218.

b] Propter illud verbum *inventar*, poteris, ſi volueris, hæc Triſticha ad Paragraphum præcedentem tranſponere: teſtantur enim Silentium ad Inventionem ingenioſam requiri.

c] Tubus Opticus percipit in Sole maculas, & has non eſſe in Sole, ſed in intermediis corporibus communis aſſeverat Opinio: & hanc ob rem in Theologia noſtra Fundamentali de Auguſtino, qui Eccleſiæ Militantis Sol eſt, maculis ſtatui dicens, illas Expoſitorum eſſe, Auguſtini non eſſe.

Diſcurrir, inventar, dicit Lupus; Diſcurſus enim debet Inventionem pręcedere: hæc enim ut apta & ingenioſa ſit, in ratione, & non in fortuna fundatur.

Solares maculas eſſe quædam corpuſcula circa Solem convolantia Malaapertius exiſtimat, & *Sydera Auſtriaca* illa nominat.

ARTICVLVS III.

De Hæreſibus. *An omnes indicibiles ſint? An propter Religionem Poetis juberi debeat, ne de re Religioſa Carmina, aut Comœdias ſcribant? Et hinc ſumpta occaſione Iuniorum Poetarum intolerabiles errores in omni materia adducuntur.*

Vnde dicatur Hæreſis?

HÆresis, Græcè αἵρεσις, dicitur ab electione quoniam unuſquiſque eligit ſibi diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Hieronymus *in Epiſt. ad Gal.* & habetur 23. *qu.* 3. Sed cur ab electione? Quia αἱρέομαι, eſt *volo & eligo.* Olim in bonam partem ſumebatur, inquit enim *in Paradoxis* Cicero, *Cato autem perfectus mea ſententia Stoicus, & ea ſentit, quæ non ſanè probantur in vulgus, & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur Orationis florẽ, neque dilatat argumentum; ſed minutis interrogantium oculis, & quaſi punctis, quod propoſuit, efficit.* Iam autem apud Catholicos ſumitur in malam partem, & ſententiam ſignificat quæ opponitur Fidei Divinæ. Interim Hæreſis addit aliquid ſupra errorem. Sed quid? *Quæſt.* 8. *de Malo artic.* 1. *ad* 7. reſpondit S. Thomas dicens, *quod Hæreſis ſupra errorem addit aliquid ex parte materiæ, quia eſt error eorum, quæ ad Fidem pertinent, & ex parte errantis, quia importat pertinaciam, quæ ſola facit Hæreticum: quæ quidem pertinacia ex ſuperbia oritur, magna enim ſuperbia eſt, ut homo ſenſum ſuum præferat Veritati revelatæ divinitus.* Et ſimilia reponit *in* 4. *ſent. diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.* 2.

An in bonam partem, an in malam ſumatur?

Quid apud Orthodoxos addat ſupra errorem?

An ſit indicibilis?

Sanè Hæreſes indicibiles ſunt; immò inaudibiles: nam Orthodoxi, non ſolùm debemus ſecundum Catholicæ Fidei normam loqui, ſed & aliter loquuturos non audire tenemur. Sic S. Ioannes præcipit, qui ſecundæ primo hæc ſcribit. *Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eam in domum, nec* Ave *ei dixeritis. Qui enim dicit illi* Ave, *communicat operibus ejus malignis.* Vnde Gentium Apoſtolus hæc Tito ſcribit. *Hæreticum hominem poſt unam & ſecundam correptionem devita, ſciens, quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cùm ſit proprio judicio condemnatus.* Quam ſententiam hoc Scholio S. Auguſtinus dilucidat. *Dixit Apoſtolus,* Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem devita, quia ſubmerſus eſt hujuſmodi, & peccat in ſemetipſo damnatus. *Sed, qui ſententiam ſuam, quamvis falſam atque perverſam, nulla pertinaci animoſitate defendunt: præſertìm, cùm non audacia ſuæ præſumptionis pepererunt, ſed à ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus acceperant; quærunt autem cauta ſolicitudine Veritatem, corrigi parati cùm invenerint, nequaquam ſunt inter Hæreticos deputandi.* Et habetur 24. quæſt. 3. [*]

2. Ioann. 1.

ad Tit. 3.

*] Hinc oritur Hæreticorum materialium & formalium diſtinctio: hi enim neſciunt Veritatem, quia volunt: illi, quia illam invenire non poſſunt.

S. Polycarpus Martyr Apoſtolicæ legi obediebat exactè, quoniam ut *libr.* 4. *hiſt. Eccleſ. cap.* 14. ait Euſebius, *ne verbi quidem communionem cum aliquo eorum, qui à Veritate declinaverat, habere patiebatur.* Quod confirmant, quæ *libr.* 5. *cap.* 19. idem Author recenſet. [*Si fortè impia Dogmata audiret, aures obturans continuò exclamabat,* O bone Deus, in quæ me tempora reſervaſti, ut hæc patiar? *atque ex eo loco, quo vel ſedens, vel ſtans ea audiviſſet, extemplo planè aufugiebat.*]

Qualem ſe D. Polycarpus erga Hæreticos geſſerit?

Stat igitur *indicibiles & inaudibiles eſſe Aſſertiones Hæreticas; debent enim à Viro Orthodoxo non dici; &, ſi fortè dicantur ab Heterodoxo, non ſunt audienda à nobis, aut ut minimum, non auſcultanda.*

Reſolutio.

AR-

ARTICVLVS IV.

De Poëtis Hiſpanicis.

An permittendi potiùs ſint Humanas Fabulas, quàm Sacra Myſteria concinere? An, dum, vel eloquentia ſtudent, vel conceptum dilucidare ſatagunt, in Hæreſes manifeſtas labantur?

An toleranda Comœdia ſint de argumentis profanis?

VOluerunt nonnulli Viri pii (neſcio an ſatis diſcreti) interdicere Comœdias humanas, & Poëtas cogere, ut cantent de rebus divinis. At petebam ab ipſis, quinam illi futuri eſſent Poetæ, qui has devotas Comœdias poſſent aut deberent ſcribere? Non enim illas component Theologiæ Profeſſores, qui habent prima ſubſellia in Clariſſimis Vniverſitatibus: quoniam iſti, nec genium, nec tempus habent, ut elegantiæ verſuum & rhythmorum ſtudeant. Cura igitur ſcribendi Comœdia manebit Viros laicos, qui Literis Humanis ſtudent. Et hi ſunt Ingenia florida & erudita, quæ converſantur in Parnaſſo; nimirum Amici familiares Apollinis, Muſarum Paranymphi; quorum theatra Metris dat ſine metro applauſus. At iſti incapaces ſunt ut hujuſmodi Comœdias ſcribant; ſunt enim (omnes, omnes) imperiti Theologiæ; & ideò loco Fabularum tradent Hæreſes, in vulguſq; doctrinas pernicioſas ſpargent. Eſt ergo dicendum cum Horatio

Et ex hypotheſi quod Sacra tantummodo ſint permittenda; quæritur, ut deſignetur nobis qui debeat, poſſit-ve illas, qua debent, majeſtate & elegantia ſcribere?

—— *Tractent fabrilia Fabri.*

Poeta poetica, & Theologi theologica tractent.

Et cum Ovidio

Navita de ventis, de bobus narret Arator

Enumerat Miles vulnera, Paſtor oves.

Et meritò Ariſtoteles inter concurſum per ſe, & per accidens diſtingui jubet: nam Alexander Macedo ex profeſſo erat Miles, & per accidens Muſicus: & ideò Artem Militarem ad ſummam perfectionem promovit, & in Muſicâ errores manifeſtos commiſit. Eſt pulchrum illud Apophthegma, cujus *lib.* 8. Eraſmus Rhoterodamenſis meminit.

Cauſa operantur, vel per ſe, vel per accidēs.

[Alexander enim etiam cum pubeſcens Citharæ operam daret, eumque Præceptor aliquando moneret, hanc, & non illā chordam pulſandam eſſe: parùm obſequens puer, correctionis impatiens, Magiſtro inſultans, ait, *Et quid, ſi hanc pulſarem?* Tunc illi Citharœdus ſubridens. *Si iſthoc quaris tanquam Rex futurus, nihil refert: ſi tanquam Muſicus futurus, plurimum refert.* Quo reſponſo ingenioſo nos monet, non debere Reges citharā cantare tanquam Principes, ſed, vel ſilere, vel concinare ut Muſicos.

Alexander Miles & Muſicus: militabat per ſe & cithara canebat per accidens.

Quia autem hanc multi capere doctrinam non volunt, aliud Apophthegma ſubſcribam, quod *in Babylonia Bruto* (Comœdia eſt, quæ tomo trigeſimo proſtat in primo loco, & ab Auguſtino Moreto, & Hieronymo Cancro fuit concinnata) invenitur; ibi enim Alcazerius ſic inquit.

Auguſtinus Moretus *in ſua Bruto*. [Sic debet citari, non enim debemus dicere *in ſuo Bruto*. ſunt enim fœmenini generis Comœdiarum & Fabularum omnia nomina.]

En un lugar (claro eſta
Que no era en dos) eligieron
Al Medico por Alcalde,
Como hombre de entendimiento.
Succedio, que el miſmo dia
A viſitar fue un enfermo,
El qual ſobre una moçuela
Le havia dado ciertos zelos.
Tomole el pulſo muy grave,
Y mando luego al momento,
Que le hechaſſen una ayuda.
A que replico reſuelto
El Enfermo, No hagan tal,
Señores, porque primero
Yo me dexare morir,
Que permitir tal exceſſo.
Como el Medico era Alcalde,
Vio la ſuya, y dixo luego,
Pena de veinte ducados
Mando que tome el remedio.
Applico agora. Rex. *No appliques,*
Alcaz. *Por Iupiter verdadero,*
Que me dexes applicarle,
Que me importa. Rex. *Ya eſtas necio.*

Medicus, in Pratorem electus, medicatur per ſe, & jus dicit, & pœnas imponit per accidens.

Eò tendit Alcazerius ut oſtendat Reges &

Principes Regia poteſtate & majeſtate utuntur per ſe, abutuntur per accidēs.

Sed quando exponitur?

& Principes, potentiâ & poteſtate (etſi conceſsâ cælitus) uti interdum, & abuti ſolere. Eos aſſerit operari, ut Reges, cũ publico bono proſpiciunt; operari ut privatos, cùm, aut libidini indulgent, aut res publicas negligunt, ut domeſtica lucra promoveant. Aliorum ſit illos monere; &, ſi poſſint, corrigere; nos Horatii, Ovidii & Moreti numeros Poetis, & carminum ſcriptioni applicemus.

De Poetis.

In quibus ipſi argumentis moduleutur per ſe & in quibus per accidens.

Cùm ſe intra Grammaticæ & Fabularum terminos continent, Poetæ operantur per ſe; cùm ad Theologiam tranſeunt, operantur per accidens. Et ideò ubi pulchris conceptibus hiſtorias à ſe cogitatas exornant, laudem & applauſum merentur: ubi autem infinita & immenſa Divinæ Majeſtatis myſteria, reducere gliſcunt ad numeros, ubique exorbitant; non enim pedibus & metris, quæ carent termino, ſunt menſuranda. Et, ut Pius Lector videat, eſſe id certiſſimum, locos nonnullos in examen vocabo.

SECTIO I.

De Monte Parnaſſo.

An invocare Muſas & Apollinem, ſit Idololatria? An Invocationes hujuſmodi, ut ut ab Ethnico dicta graviori cenſura ſubjaceant, in ore Chriſtiani reſtringantur, & ob circumſtantiam Perſonæ ab bonam ſenſum revocentur?

De Apolline & Muſis. An aliquando fuerint?

SVnt Apollo, ſunt Muſæ pura Nomina, ſunt ficta Numina: ille Deus quidam fictus, hæ Virgines nondum natæ, & tamen Poëtæ dicunt ab illîus calore, & harum influxu, verſuum omnium elegantiam pendêre. Antiqua eſt hæc perſuaſio, cecinit enim Maro,

Muſas Virgilius invocat.

Sicelides Muſæ paulò majora canamus.
Non omnes arbuſta juvant, humileſque merica:
Si canimas ſylvas, ſylva ſint Conſule digna.

Crevit cum ætate ſuperſtitio; irrepſitque in Chriſtianorum calamos, Comes enim Teſtius ſcribit.

Phœbi Comes Teſtius adſiſtentiam implorat.

Mentr' humile m' inchino al tuo gran Nume,
O Phebo, di divotì
Incenſi io ſpargo il riverito Altare
Dell' innocente cor le non avare
Preghiere, e i caſti voti,
Seconda tu con fortunato lume,
Ben ſoi, che non preſume
L'Alma gran coſe, e chi fra ſe contenta,
Mentre poco deſia, nulla paventa.

Phœbi Divinitatem, quam Comes Teſtius ſine formidine videbatur aſſerere, in dubium revocat Marchio Virgilius Malvezzius, inquit enim,

De ejuſdem Divinitate Marchio Malvezzius dubitat.

Phebo, s'egli è pur ver, che d'Hippocrene
Sù'l margine adorata
Spirti d'aura celeſte apran bell'ale,
Che ſian d'ambroſie l'onde, e d'or l'arene,
E vi germogli a lato
Fiori d'eternità, Maggio immortale,
Ond' è, ch'hoggi non ſale
Faſtoſa Nobiltà sù l'erte ſcime,
Ne piè di Cavaliere orma v'imprime.

Cancer, Poeta Hiſpanus, claruit ingenio, caruit arte. Vide noſtram Rhythmicam cap. 4. art. 5. pag. 180. Divina profanis immiſcet.

D. Hieronymus Cancer in feſtivis Pentaſtichis, quibus ſolemnitatem, quâ Anna Maria Antonia, Hiſpaniæ Infans (nunc Chriſtianiſſima Galliæ Regina) baptizatur deſcribit, ſacra profanis, vera falſis, & ſeria nugis involvens & immiſcens, ſic cecinit.

Invoco primeramente
La Virgen Santa Maria,
Con ſu Hijo Omnipotente:
Que, como dize la gente,
Es de peccadores guia.
Y le demando perdon,
Pues es clemente y es pio,
De aqueſta ſuperſticion,
Que invóco a Thalia y Clio,
Muſas de mi devocion.
Aunque [*] para aſſumpto igual
Es poca Muſa doblada
Invóco como mortal,
Poeta hecho de nada,
Toda la Corte Muſal.

*] Dele illud *aunque*, & ſcribe *porque*: ut enim ſenſus fluat debuiſſet dicere, *Licèt Muſa duplicata non ſufficiat ego tamen ex tali aut tali cauſa ſimplicem invocabo*; aut ſaltem ſic. *Quia Muſa duplicata non ſufficit, ego totum chorum invocabo.*

Sufficiant hæc pauca, ut innoteſcant omnibus tres differentes Apollinem & Muſas invocandi Modi, qui ſunt in uſu. Quibus perpenſis inquirit Erudita Chriſtianorum Devotio, *An Apollinem ſummum Parnaſſi Numen, Muſaſque, quæ verſus inſpirare dicantur, Orthodoxo Poëtæ implorare & invocare liceat?*

P. Gabrielis de S. Vincentio Cenſura.

P. Gabriel à S. Vincentio *in Conſiliorũ libro, Reſp. 89. pag. 186. a. num. 19.* decidit Controverſiam his verbis. *Etiam Poetæ magnam cauſam dederant Idololatriæ, dum ſuis laudibus adulatoriis, quibus plus æquo hominum perditorum ſcelera fictis fabulis occultarant. Hinc maximâ reprehenſione digni ſunt Chriſtiani Scriptores, qui ex inconſideratâ Veterum imitatione invocant fictas Muſas, vel falſos Deos, ut Iovem, Minervam, Martem, Palladem, &c. Sic enim tacitè invocant Dæmones, & quaſi Idololatriæ ſe ſuſpectos faciunt. Nec eos excuſat ignorantia, quia tenentur ſcire. &c. Doleant ergo ſuper præteritis erratis, & deinde ab imitatione Gentilium Poetarũ,*

&

& ab hujuſmodi imitationibus abſtineant. At condemnat Vir pius carminum ornamenta, quæ nullus Theologus incriminatur. Quam ob rem, ne quis ſine causâ præpediatur ſcrupulis, ſequentes Concluſiones ſcribo. Sit

Quid de Poetis dici debeat, ſi loquerentur ſeriò?

PRIMA. *Qui Apollinem & Muſas invocat, ſi seriò loqueretur, aut aliis præberet ſcandalum, peccaret mortaliter.* At Poeta Chriſtianus, in hujuſmodi invocationibus, nec ſeriò loquitur, nec aliquem ſcandalizat. Ergo non peccat.

An Lectores ſcandalizantur?

Major eſt certa: nam verba, ſi capiuntur, ut ſonant, ſunt ſacrilega, & hoc ſenſu meritò à Patre Gabriele damnantur. Minor habet duas partes: priorem probo. Quia ſcit Poeta Chriſtianus Muſas in rerum naturâ non eſſe, nuſquam fuiſſe: & Divinitatem, quæ Apollini attribuitur, eſſe *ſecundum dici* [a] à Poetis fictam, ut exornarent carmina. Poetam cum Pictore compone, quoniam

Poeta & Pictores conferuntur

— Pictoribus atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Pictores non credunt eſſe vera, quæ pingũt: ergo nec Poetæ, quæ cantant.

At Pictores cùm pingunt Satyros, & cùm *Semibobeſque viros, ſemiviroſque boves,* cùm Harpyas, Gryphes, & ſimilia delineant, ſciunt non eſſe talia in mundo animalia, ſed ad ornatum Tabularum depingi: Ergo ſimiliter, cùm Poetæ Apollines & Muſas modulantur, ſciunt non eſſe in mundo talia Numina, ſed ad ornatum Fabularum confingi. Poſterior ejuſdem Minoris pars naſcitur ex priori: quia cùm Poeta ſit Chriſtianus, & de hoc nemo dubitet, verba quæ ab alio dicta cenſerentur ſeria, & eſſent impia; dicta à tali perſonâ judicantur ironica, & hanc ob rem nullum ſcandalizant.

An liceat de Apollinis Muſarumque Divinitate dubitare?

SECVNDA. *Nõ ſunt tolerandi Poetæ, qui de Apollinis & Muſarum Divinitate dubitant.* Pater clariſſimè: nam eſt duplex Divinitas: vera & ficta: & de neutrâ dubium prudens moveri poteſt. Non enim dubito, an illi fictam habent; propriis enim oculis lego, propriis auribus audio, illis Poeticam Divinitatem in pluribus libris adtribui. Ergo habere eos fictam Divinitatem indubitatum eſt. Sed neq; de Divinitate verâ dubium moveri poteſt; omnis enim Vir prudens, etſi inter Garamantas & Indos fuiſſet natus, cognoſceret, Ethnicorum Numinibus non competere veram Divinitatem, Eos ergo non habere veram Divinitatem certũ eſt.

Eſt certum illam falſam eſſe: & eſt certum illam veram non eſſe. Ergo locus non relinquitur dubio.

Æquare vera falſis & Divina profanis eſt iniquitas.

TERTIA. *Sed neque tolerandi ſunt, qui Chriſtianorum Sanctos in Invocationibus ſuis cum Moſis & Ethnicorum Diis commiſcent.* Nam, ſi loquuntur ſeriò, quomodo Numina *ſecundum [a] dici*, Virgines nondum natas, Homines ſceleratos, aut Dæmones, qui coli volunt ſub illorum nominibus, invocant & implorant? &, ſi nugantur & jocantur, quomodo tremendum Dei nomen, & Beatorum memorias in vanum delirantes adſumunt.

a] Sicut de Entibus rationis, ſi talia darentur, ſcribi poſſet integra Philoſophia, ſic de alio Entium genere, quæ non ſunt, ſed dicuntur, concinnavi ſpeciale Syntagma, quod inſcribitur *Philoſophia ſecundum dici*. Eſt autem *Ens ſecundum dici*, cujus eſſentia eſt dici. Vnde ad rem noſtram veniendo, *Dii ſecundum dici* illi erunt, qui præter merum nomen, Divinitatis nihil habent.

Philoſophia ſecundum dici. Ens ſecundum dici. Divinitas ſecundum dici.

NOTA.

De Sacrarum Literarum abuſu.

An in Sacrarũ literarum abuſu detur materia levis?

CONtra Religionem ipſe eſt; & in re tam gravi & ſeriâ Petrus Lorca nec jocum, nec levem materiam admittit. At nimis rigida hęc ſententia Theologis univerſis videtur; cæterùm hunc abuſum nemo collaudat, aut à veniali culpâ excuſat.

Apud Auguſtinum Morerum & Hieronymum Cancer in Comœdia, quæ inſcribitur, *La Vigen de la Aurora* [& inter alias diverſorum Authorum part. XXXIV num. 8. proſtat] his verſibus Paulus vinum celebrat.

Ai, que Zaparrada diò
En aquel portal! Alaben
Todos al vino, pues tiene
Vna rectitud tan grande,
Que haze caer la Cabeza,
Y a los Piés que ſe levanten,
Con que enſalça los humildes
Y a los ſoberbios abate,

An elatos dejiciat & humiles Vinum exaltet?

Ecce illa à Deiparâ cantata verba, *Depoſuit potentes de ſede & exaltavit humiles*, vino appropiat. An & illis abutitur? Pendet Deciſio à Quæſtione, quæ interrogat, An hujuſcemodi Adluſiones ſine contra Sacræ Paginæ authoritatem? Si vel leviter Sacræ Scripturæ Majeſtati præjudicant, non debent à peccato, ſaltem veniali, excuſari: at interdum in illis ſplẽdeſcere ingenium, dignitatemque Sacrarum Literarum non lædi, apud Viros doctiſſimos indubitatum eſt.

An in rebus Politicis uſus Sacræ Paginæ ſit tolerandus?

SECTIO II.

De Dei Vnitate.

An apud Hiſpanos Vn Dios *ſupponat Deorum* pluralitatem?

Quid Vno ſignificet in Lingua Hiſpanica?

NON Vnum tantùm, ſed & Vnicum Deum adoro & veneror, & ſuſpicari

carl malo non ſcire Poetas noſtros loqui, quàm hanc indubitatam Veritatem decredere. Interim Hiſpanos Poetas hodie, nam Sol eclipſim patitur, ad Pædiam noſtram conduco, & interrogo, An ego bene loquar, ſic enim inquam.

Vn Sol. Vna Luna. Vna Tierra.

Os he llamado y conducido aquí Señores mios, porque eſta tarde ſenos ha de eclipſar un Sol, porque una luna ſe interpondra entre el y un globo de una Tierra.

Dicetis, & meritò, hæc verba mea ſupponere, plures eſſe Soles, plures Lunas, & plures Terras. Et addetis, quia Sol eſt unicus, Luna unica, & Terra unica, me articulum *uno* debuiſſe omittere, & loco ejus *el* ponere; adeoque dicere.

De Articulo El

Eſta tarde ſenos ha de eclipſar el Sol, porque la Luna ſe interpone entre el y el globo de la Tierra.

Hac doctrinâ præmiſſâ, quam nemo negaturus eſt, qui ſciat Linguam Hiſpanicam, aperiamus Partem XXXIV. Comœdiarum, quas varia concinarunt Ingenia, & inveniemus primo illam poni loco, cui Epigraphe, *El Bruto de Babylonia*. quam tres Authores laureati & ingenioſi compoſuerunt: videlicet D. Ioannes Matos Fragoſo, D. Auguſtinus Moreto, & D. Hieronymus Cancer, qui pag. 11. b. introducunt Prophetam Danielem de Monarchia Chriſtianâ delirantem his verbis.

An una & eadem Comœdia à pluribus Authoribus componi poſſit?

Vn Dios, *quid ſit?*

Eſte es el Reyno eſperado
De Gracia, que feliz triumpha
De todas las Monarchias,
Donde para gloria ſuya
Nacera de Virgen Madre
Vn Dios Humana criatura.
Verá portentos el Mundo,
Quando eſte Rey ſe deſcubra. &c.

Criatura *quot ſyllabas habeat?*

Ille verſus, *Vn Dios Humana criatura*, duriſſimus materialiter eſt: dictioni enim *criatura* jubet eſſe triſyllabæ: quod, etſi aliquando fiat, ſemper meo judicio in ſuavitatem prolationis peccatur. Sed & idē omninò verſus etiam eſt duriſſimus formaliter, nam articulus *un*, Dei videtur unitatem negare. Ergo, ſi recudatur liber (alios errores alii corrigant) ego hunc corrigo ſic.

Corrigitur metrum & ſenſus.

Nacerá de Virgen Madre
Dios humana Criatura.

hoc enim modo illæſa manet Divinitatis Vnitas, & vox *Criatura* permittitur habere quatuor ſyllabas.

SECTIO III.

De Ineffabilis Trinitatis Myſterio.

An Chriſtus ſit Deus Trinus & unus?
An Deipara fuerit Hæretica?

IN Comœdia, quæ *La Eſcala de la gracia* inſcribitur, & D. Fernandi de Zarate, laureati Poetæ, debetur calamo [& habetur *part.* XXXV. *in fin.*] *act.* 3. *pag.* 439. *b.* S. Anna Beatam Virginem inſtituit: atque

S. Anna Beatæ Virginis mater, in Fidei doctrina illam inſtituit.

S. Anna. *Dezid pues.* Virg. *Dize Iſaias,*
[Vna Virgen parirá
Al Manuel, y eſte ſerá
El verdadero Meſſias.]
S. Anna. *Como entendeis, hija mia,*
Eſſe Divino lugar?
Virg. *Madre y Señora en amar*
A Dios la Sabiduria
Conſiſte. Y eſta Señora en amar
Amará al Señor Divino,
Y parirá al Vno y Trino,
Intacta como la Aurora.

Exordium ſumo à Poetæ laude, quoniam עמנואל, Εμμανουήλ, *Nobiſcum Deus*, eſt nomen Chriſti: Iſaiæ 7. 14. & Matth. 1. 23. At, quia hodie inter Hiſpanos multi ſunt, qui vocantur *Manueles*, ut characterem proprium Deiparæ exprimeret, non dixit, *Vna Virgen parirá a Manuel*, neque *a uno, que ſe llamará Manuel*, ſed *al Manuel*, nempe illum, qui ut à cæteris Prophetis diſtinguatur ab Hiſpanis, non jam *un Propheta* eſſe dicitur, ſed *el Propheta*.

An Emmanuel nomen characteriſticum ſit, & tantummodò Chriſtum ſignificet?

Pergo ulteriùs, & in penultimo verſu duas impietates reperio. Illa enim ſententia eſt hæretica & impia; & altera adhuc impietas eſt illam adfingere Virgini Sapientiſſimæ. Chriſtus enim eſt Deus, non autem Deus Trinus & Vnus. Pater Franciſcus Amicus *tom.6. de Incarn. diſp.* 33. *num.* 43. *pag.* 357. *b.* [Deus non adæquatè & ſecundum omne id, pro quo ſupponi poteſt, ſed inadæquate, & prout ſupponitur tantùm pro Perſona Filii dicitur de Homine Chriſto: unde in hoc Syllogiſmo Expoſitorio *Hic Homo eſt Deus, Deus eſt Pater Filius & Spirituſſanctus. Ergo hic homo eſt Pater Filius & Spirituſſanctus*. proceditur à termino non diſtributo ad diſtributum, nam terminus *Deus* in Majori ſupponitur tantùm pro Filio, in Concluſione concluditur de Deo Patre & Spirituſancto. &c.]

Quænam apud Hiſpanos inter un Manuel, *&* el Manuel *ſit differentia.*

Manifeſta Hæreſis adfingitur Sapientiſſimæ Virgini.

N. B.
Hic ſyllogiſmus non eſt in prima Figura Ariſtotelica, ſed in Forma Platonica.

Certa & indubitata erit & Fide Orthodoxâ tenenda reſolutio, quam nos docet Amicus; & procul dubio illi adhæſiſſet

Za-

Zarate, ſi legiſſet Auguſtinum *libr. 1. de Trinitate* [& habetur *de conſecr. diſt. 3. can. Omnes quos.*] *Omnes*, inquit, *quos potui legere, qui ante me ſcripſerunt de Trinitate, quæ Deus eſt: divinorum librorum veterum & novorum Catholici authores tractantes, hoc intenderunt ſecundum ſcripturas docere, quod Pater, & Filius, & Spiritusſanctus, unîus ejuſdemque ſubſtantiæ, inſeparabili æqualitate, divinam inſinuans unitatem: ideòque non ſunt tres Dii, ſed unus Deus, quamvis Pater Filium genuerit, & ideò Filius non ſit, qui Pater eſt: Filiuſque à Patre ſit genitus: & ideò Pater non ſit, qui Filius: Spirituſque Sanctus nec Pater ſit nec Filius: Sed tantummodo Patris & Filii Spiritus, & Patri & Filio etiam ipſe coæqualis, & ad Trinitatis pertinens unitatem, non tamen eandem Trinitatem natam de Virgine Maria, & ſub Pontio Pilato crucifixam & ſepultam, tertia die reſurrexiſſe, & in Cœlum aſcendiſſe, ſed tantummodò Filium; Pater & Filius & Spiritusſanctus, ſicut inſeparabiles ſunt, ita inſeparabiliter operantur.* Vbi vides prudentiſſimè dixiſſe Apellem: *Nec Sutor ultra crepidam*: utut enim fatebor Ferdinandum Zarate pollere magno ingenio & ſcribere calamo politiſſimo, optarem tamen ſe continuiſſe intra terminos Metricæ & Rhetoricæ, quin ſine notitiâ Theologiæ in ſublime Trinitatis Myſterium ingrederetur: quia ut *libr. 1. de Trinitate* nos monet idem Hipponenſis Epiſcopus: *Nec periculoſius alicubi erratur, nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid invenitur quàm Trinitas.*

Chriſtus eſt Deus, non tamen Deus Trinus & Vnus: quia Chriſtus non eſt Pater, & Filius, & Spiritusſanctus ſed Filius tantummodò.

Divina Trinitas neq; eſt incarnata, nec nata, nec paſſa, nec crucifixa, nec ſurrexit à mortuis, &c.

De Trinitate cum magna circumſpectione loquendum eſt.

SECTIO IV.

An Homo factus ſit Deus?

DVæ ſunt Propoſitiones, quæ examen poſtulare videntur: & illæ ſunt, *Deus factus eſt homo*, & *Homo factus eſt Deus*.

In ſenſu proprio & rigoroſo priorem negat S. Bonaventura *de incarn. diſt. 7. art. 1. quæſt. 2.* aſſerit D. Thomas *3. part. quæſt. 16. art. 6.* cui Ioannes à S. Thomâ *ibid. dub. unic.* Cardin. de Lugo *diſp. 27. ſect. 3. num. 57.* Yſambertus *in 3. part. diſp. 5. art. 1.* Redingus *in 3. part. quæſt. 9. art. 2. contr. 4. concl. 1. pag. 158. a.* & alii Viri docti aſſentiuntur.

An Deus factus ſit homo?

Poſteriorem negat D. Cyrillus *libr. de Incarn. Vnigen. cap. 11.* ſcribit enim. *Dicimus Deum factum eſſe hominem, non tamen hominem factum eſſe Deum.* Conſonat Damaſcenus *libr. 3. de fid. cap. 2. circ. fin.* his verbis, *Non hominem deificatum dicimus, ſed Deum humanatum.* Quorum Reſolutionem ſequuntur S. Thomas *loc. cit. art. 7.* Ioannes à S. Thoma *ibid.* Card. de Lugo *diſp. cit. ſect. 3. num. 69.* Redingus *ubi ſupr. concl. 2.* & Doctores univerſi communiter. P. Franciſcus Amicus *tom. 6. de Incarn. diſp. 10. num. 7.* ait. [Potiùs dicimus Deum factum eſſe hominem, quàm hominem Deum.] ubi illud *potiùs* ſumit adverſativè, ut conſtat ex ratione, quâ ſuum Aſſertum probat, nam ante Incarnationis primum inſtans, erat Deus, qui poſſet carnem ſumere, non autem erat aliquis ſingularis homo, qui fieret Deus.

An homo factus ſit Deus?

Potiùs *adverſativè ſumi poteſt.*

Non ergo bene loquitur Auguſtinus Moretus in Comœdiâ, quæ inſcribitur, *El Azote de ſu Patria.* quando *part. 34. pag. 445.* Deiparam adloquitur & exorat his verbis.

Madre Virgen y Señora
De aquel Soberano Infante,
Que puſo la Corte en Vos,
Porque el hombre ſe endioſaſe.

An ab Hiſpanis Chriſtus, Hombre endioſado *dici poſſit?*

SECTIO V.

De Formâ Cadaverinâ. *An in triduo Chriſti corpus verè fuerit Cadaver. An in ſubſtantiali Compoſito admittenda ſit Forma Corporeitatis?*

IN nullo Subſtantiali Compoſito reperiri duas actualiter formas aſſerit D. Thomas *1. part. quæſt. 76.* quem ejus ſequuntur Diſcipuli. Duas autem in omni reperiri compoſito (nempe, Formam Corporeitatis, coævam Materiæ primæ, eamdem ſpecie in omni Subſtantiâ Corporeâ, & præter hanc alteram, quæ talem ſpeciem conſtituat) aſſerit Avicenna *libr. de ſufficientia. cap. 22.* Viam init mediam Scotus *in 4. diſt. 11. quæſt. 3.* cui præter Scotiſtas P. Lalemandetus *part. 2. diſp. 3. partis. 4. col. 111.* & alii Viri docti ſubſcribunt, aſſerentes in viventibus, aut ſaltem in animalibus duplicem formam reperiri.

An in compoſito ſint aut eſſe poſſint plures formæ ſubſtantiales?

In viâ Præceptoris Angelici Cadaveritas eſt Forma poſitiva, quæ per mortem (corruptionem) corporis viventis producitur. Et in Scoti viâ Embryonitas (forma, quæ conſtituit embryonem) eſt ipſa forma Corporeitatis cum carentiâ Animę ad cujus ſuſceptionem diſponitur: & Cadaveritas (forma, quæ conſtituit cadaver) eſt ipſamet forma Corporeitatis in materiâ, quæ adhuc organizationem figuramque corporis viventis conſervat, & afficitur carentiâ Animæ, quâ priùs informabatur.

Quid forma Cadaveris ſit?

Quid forma Embryonis?

Et

Digitized by Google

Chriſti corpus in triduo habuerit formam cadaverinam?
An & corruptum fuerit?

Et quid dicemus de corpore Domini in triduo? Cadaver eſt forma, quæ per corruptionem adquiritur, & tamen vera ſunt illa verba, *Nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Præterea, ſi corpus Chriſti in triduo habuit formam cadaverinam, verum non eſt illud Theologorum Axioma, *Quod ſemel adſumpſit, nunquam dimiſit*. Denique quærendum eſt de harum Propoſitionum veritate, *Cadaver natum eſt ex Deipara. Cadaver eſt Deus, Cadaver nos redemit. Cadaver judicaturum eſt vivos & mortuos. Cadaver ſedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis*. &c.

An manſerit in eo materia prima ſine forma?

Multi prudentiſſimi viri propter hæc & ſimilia ne S. Thomæ contradicerent, illi contradixerunt. In homine vivo aſſerunt, ſolam eſſe materiam primam & Animam intellectualem; in mortuo verò præter materiam primam & formam ſubſtantialem cadaveris nihil omninò reperiri, & in hoc D. Thomæ conſentiunt; Addunt tamen in triduo in Chriſti corpore manſiſſe ſolam materiam primam informem: debent enim dicere illud Domini corpus caruiſſe Animâ, erat ſiquidem mortuum; illudque inficere & onerare cadaveris formâ non audent, ne cogantur concedere, Sanctum corruptionem vidiſſe.

An illud Chriſti corpus habuerit poſitivā formam cadaverinam?

P. Georgius de Rhodes *Philoſophia Peripatetica libr. 2. diſp. 15. quæſt. 2. ſect. 4. §. 2. pag. 411. b.* realem & poſitivam Cadaveritatem (formam Cadaveris) in Domini corpore admittit, & abſurdis, quæ contra objiciuntur reſpondere conatur; interim, etſi multa dicat, ſemper difficultates in priſtino ſtatu relinquit.

Scotiſtarum Reſolutio.

Scotiſtæ facili negotio ſe expediunt, nam Corpus vivum importat corpus Animâ prædium: Et Cadaver eſt Corpus mortuum, Corpus autem mortuum, eſt Corpus privatum Animâ, quam habebat. Ergo Cadaveritas formaliſſimè ſumpta in merâ carentiâ conſiſtit, dicit enim abſentiam Animæ, quæ in corpore illo anteà fuerat.

Nomen cadaver *eſt indecens.*

Interim, ob indecentiam Theologi vocabulo *Cadaveris* abſtinent, & Corpus mortuum dicunt, ne alicui errori Auditores exponant. Poetæ autem nullis præpediuntur ſcrupulis, ſuntque audaces & Chriſtum mortuum rotundè *Cadaver* appellant. D. Auguſtinus Moretus in Comœdia, cui Epigraphe *El Santo Chriſto de Cabrilla* [Et habetur part. XXXIV. num. 3.] pag. 81. b. ſic inquit.

Deſpues, que Chriſto en la Cruz
Oſtentó a las criaturas [*]
Su Amor, y en la pena todos
Se compiten y ſe emulan.

*] Criaturas *quadriſyllabā eſt.*

Entonces de ſentimiento,
Reſgando ſui veſtiduras,
Explicando el dolor grave
A ſu modo cada una.
Los Cielos eſtremeciendo
Sus immortales Colunas,
La Tierra gimiendo, y
Rimbombando por las grutas;
El Mar entre los eſcollos
Opprimido y monſtruo baſa;
El Ayre ſin ley; el Fuego [a]
Sin luz: y ſin Sol la Luna.
Porque agoniZando el Sol,
Sino ſe muere, ſe turba.
Ya pues honrando el Cadaver
Sagrada flamante Vrna
Entre ſagrados aromas
Que lo ungen y ſahuman:
De donde al tercero dia
El Monumento renuncia. &c.

a] Plus forſitan dicit, quā ſcit: nā ventus ἄνεμος dicitur, quaſi ἄνομος, *exlex*: Ergo *el ayre es ſin ley*, ut ſcribit Moretus.

SECTIO VI.

De Solis Statione & Regreſſu. *An duo ſtupenda, quæ ſunt in Sole divinitùs patrata miracula, poſſint ſalva Fide confundi?*

De Cæleſtium Planetarum paſſionibus.

INter alias quinque minorum Planetarum Paſſiones Statio & Retrogreſſio numerantur. Et ſtare dicuntur, cùm in eodem minuto conſiſtere & hærere videntur: regredi verò, cùm contra Signorum ſucceſſionem recurrunt. Luna, tametſi habeat Epicyclum, ſtare aut recurrere nequit; eſt enim tam tardus in hoc Circello ejuſdem motus, ut nequeat ſuperare Deferentis impulſum. Et id ipſum dicendum eſt de Sole; quoniam, aut caret Epicyclo; aut, ſi illo circumvolvitur (diverſæ enim de hoc ſunt Aſtronomorum opiniones) non tolerat iſtas paſſiones æqualis Orbitarum (magnæ, & parvæ) velocitas. Interim Sol & Luna Deo jubente ſteterunt *Ioſue* 10. 12. Et Luna (nam de Sole mox diſſeramus) regreſſa eſt in ipsâmet Paſſione Domini Sanctus enim Dionyſius Epiſt. 7. quæ Polycarpo inſcripta, num. 2. pag. 775. ſic ſcribit. Ἀνάμνησον δέ τι γὰρ ἕτερον αὐτόν· οἶδε γάρ, ὅτι καὶ τὴν ἔμπλωσιν αὐτὴν ἐξ ἀνατολῶν ἑωράκαμεν ἀρξαμένην· γὰρ μέχρι τȣ̃ ἡλιακȣ̃ πέρατος ἐλθȣ̃σαν, εἶτα ἀναποδίσασαν. καὶ αὖθις, ȣ̓κ τȣ̃ αὐτȣ̃ καὶ τὴν ἔμπλωσιν καὶ τὴν ἀνακάθαρσιν ἀλλ' ἐκ τȣ̃ κατὰ διάμετρον ἐναντίȣ γεγενημένην. *Quin etiam in memoriam illi revoca quiddam aliud: ſcit enim, quomodo viderimus illum Lunæ occurſum ab Oriente cœpiſſe, & uſque ad Solis extremitatem perveniſſe: ac tum demū reſi-*

Cur, & quando Retrogradi & Stationarii dicantur?

Cur Sol & Luna non recurrant?

An patiente Domino, Luna regreſſa fuerit?

Quomodo tunc Sol eclipſatus fuerit?

reſiliiſſe: & rurſum, non ex eadem parte occurſum illum ac receſſum exſtitiſſe, ſed ex adverſo diametri.

His præmiſſis audire proderit Doctorem Mirademeſcua, qui in Comœdia, quę *La Confuſion de Hungria* inſcribitur, Vertillum introducit dicentem.

Doctoris Mirademeſcua errores.

Putarem Canonicas Bibliorum hiſtorias non poſſe caſibus profanis & peccaminoſis adpropriari.

> O *Sol, que volviſte atras*
> *Por Ioſue tus centellas*
> *Quatro lineas, y algo mas,*
> *Deſquitate agora de ellas,*
> *Y el miſmo bien me daras.*

Et quidem cognomentum *Doctoris* poſtularet, ut Mirademeſcua tinctus eſſet aliquibus Theologiæ notitiis, ne contra expreſſos Sacræ Scripturæ Textus tam graviter exorbitaret. Attende.

Non omnes docti ſunt, qui Doctores vocantur.

Sol quidem præcipiente Ioſue ſtetit: non autem per lineas aliquot regreſſus fuit. Sacer Textus. *Tunc loquutus eſt Ioſue &c. dixitque coram eis Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra vallem Ajalon: Steteruntque Sol, & Luna* &c. *Stetitque Sol in medio Cœli, & non feſtinavit occumbere Spatio unius diei.* &c. Regreſſus eſt coram Eſaiâ, & Ezechiâ nam in hiſtoriâ Regiâ legimus: *Dixit Ezechias ad Eſaiam: Quod erit ſignum quod Dominus me ſanabit, & quod adſcenſurus ſum die tertiâ templum Domini. Cui ait Eſaias. Hoc erit ſignum à Domino, quod facturus ſit Dominus ſermonem, quem loqutus eſt. Vis ut adſcendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias. Facilè eſt umbram creſcere decem lineis, nec hoc volo, ut fiat, ſed ut revertatur retrorſum decem gradibus. Invocavitque Eſaias Propheta Dominum, & reduxit umbras per lineas, quibus jam deſcenderat in Horologio Achaz retrorſum decem gradibus.* Vnde ſi horæ, aut lineæ numerentur ab ortu, & duodecim in die computari dicantur, Sol inclinabatur in occaſum paulatimque fuit in orientem regreſſus, ut iterum ſuum ſtadium perageret. In Epiſtolam S. Dionyſii ſeptimam, quæ eſt ad Policarpum Cordetius. *Vnde facta eſt dies artificialis iſta triplo ferè longior, quia hoc contingit ſub occaſum Solis, ut ſcriptura indicat, atque adeò die ferè expleto, quando retrogrado itinere iterùm rediit ad primum gradum, ſeu notam horariam diei artificialis per totidem horas, atque inde denuò decem diei horas uſque ad occaſum peregit. Quo miraculo* [N. B.] *perculſus Rex Babyloniorum à bello deſtitit, & Ezechia munera miſit &c.*

Obedivit Ioſue præcepto Sol, & ſtetit, non autem regreſſus eſt.

Coram Ezechia, non in anno, ſed in diurno ſuo motu, Sol per decẽ lineas (fortè erant horæ) Sol regreſſus eſt.

An ille dies fuerit triplò lõgior, aut ferè?

Hic recurſus fuit verus, non verò apparens & phãtaſticus, illum enim viderunt Babylonii, & alii.

Hæc eſt utriuſque Hiſtoriæ veritas. Illas ergò noſter Doctor confundit, plureſque errores in unicâ lineâ committit; primum in Perſonâ Ioſuem enim nominat *Sigalion.* pro Ezechia, ſecundum in re ipſa, nam ad Ioſue vocem Sol ſtetit, & ad Ezechiæ petitionem regreſſus eſt, & tertiò, denique in graduum, ſive linearum numero, nam ipſe quatuor dicit, cum fuerint decem. Adde, & quartum errorem. Sacris enim profana, & puriſſimis laſciva immiſcet. Hoc autem excuſare poterunt multa Virorum Illuſtrium ac Sanctorum exempla: nam, ut alia prætereã, illa Virgilii Eclog. 3.

Recenſentur craſſiſſimi errores, quos in paucis lineis Mirademeſcua commiſit.

> *Malo me Galathea petit, laſciva puella;*
> *Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè videri.*

Gerſon (cujus calamus à pietate laudatur) de Deo intelligit. Vide Salazarem *de Concept. pag. 261. a.* Si autem quis inter ſanctificare res profanas, & profanare res ſacras diſtinctionem conſtituat, me contradicentem non habebit: non enim ſicut Eudoxiæ, Falconiæ, & aliis licuit ex Homeri, & Virgilii verſibus centones ſumere, qui ingenioſè conſuti Chriſti Hiſtoriam nobis repræſentarent, licebit Titio ex Davidis ex. gr. pſalmis verſus ſcindere, qui ordinati, & digeſti propudioſos amores Meſſalinæ depingant.

An hiſtoria ſacra aut verba rebus profanis licitè applicentur?

An ex Sacra Scriptura verſibus Centones profani poſſint fieri?

SECTIO VII.

De Actuum Humanorum Bonitate, & Malitia. *An peccata homines, non operando tantum ſed etiam cooperando committant?*

PRiuſquam ad Sacramentorum dilucidationem accedamus, examinare proderit, *An Poëta moralitates actuum humanorum intelligant?*

An tantum in operatione, non autem in cooperatione inveniatur peccatum?

D. Ioannes de Zavalera Comœdiam edidit, quæ inſcribitur, *El Diſparate creido.* [Et habetur *part. 34. num 6. pag. 232.*] Et introducit Roſimundam, quæ ſine ſcrupulo Magum, & Dæmonem conſulit, ſine ſcrupulo ſuam pediſſequam Liviam per aerem tranſportari permittit; & tunc tantummodò movet ſcrupulum, cum agitur de ſua tranſportatione. Liviaque ibidem impiè exorbitat, & ſcandalizat univerſos: ſuadet enim ſuæ dominæ, quòd Divinæ Miſericordiæ confidens, audacter committat ſacrilegium. Earum verba ſubſcribo.

An ex Dei miſericordia poſſit homo ſumere occaſionem peccandi?

Livia. *Pues Señora.* Roſ. *Dezir quieres*

> *Que vea* [*] *y viva; pues es*
> *Poſſible. Pero no ves*
> *Que en mis amantes placeres*
> *Vn guſto facil prefieres*
> *Al temor, que debo al Cielo?*
> Livia. *Remedia agora el deſvelo,*
> *Que deſpues tendrá eſta culpa*
> *En un pequẽ la diſculpa,*
> *Y en lagrimas el conſuelo.*

*] Illud vea eſt diſſyllabum

Eſt hoc Liviæ conſilium maximè perniciosum.

Sunt verba profectò ſcandaloſa; poteruntque Lectori, niſi corrigantur, nocere.

In eodem tomo proſtat Comœdia, quæ *El Sancto Chriſto de la Cabrilla* dicitur, & in ea D. Auguſtinus Moreto, non ſine Auditorum ſcandalo introducit Ioannem dicentem,

Ipſa Dei miſericordia peccatores temerè, & ſcandaloſè abutuntur.

Ioann. *Yo he de conquiſtar a Menga.*
Cent. *Eſtas loco? Quando havias*
De dar mill gracias a Dios
De ver en aqueſta villa
Eſte milagro patente.
Ioann. *Dexa eſſas bachillerias*
Centeno, que Dios, es Dios,
Que perdona. Cent. *Y que caſtiga.*
Ioann. *Goze yo una vez a Menga:*
Que allà en el fin de mi vida
El tendra miſericordia.
Cent. *Guardate de ſu Iuſticia.*

Et quis dixit Ioanni in ſuæ ſceleratæ vitæ fine habiturum tempus & locum, ut Divinam Miſericordiam, & Clementiam recipiat?

SECTIO VIII.

De Sacramento Baptiſmi. *An vendi poſſit? An cooperari ad Simoniam ſemper peccatum ſit?*

An cooperari ad Simoniam malum ſit?

Vendi Sacramenta non poſſunt: & quia præcedens Sectio, non ſolùm operationes malas, ſed cooperationes condemnat, interrogas, *An de facto aliqui Sacerdotes Sacramenta, & in ſpecie Baptiſmum ſoluta pecunia adminiſtrent?* Et ſi fortè dentur Sacerdotes hujuſmodi, *An non ſolùm ipſi, Sacramenta vendendo, ſed & qui illa emendo eorum peccata cooperantur, Simonia exſecrabile crimen committant?*

An Baptiſmus vendatur?

Eraſmi Opinio.

Ejuſdem ad Turcarum Imperatorem Epiſtola.

Nimis generalis, & injurioſa omnibus Sacerdotibus eſt Eraſmi Rhoterodamenſis Reſolutio; quia ſine ulla limitatione affirmare videtur. Exſtat inter alias quædam Satyrica ad Magnum Turcarum Imperatorem Epiſtola, quam, quia ad manum non habeo, non proponam; at ſenſum ad paucas periodos perſtringam. *Ecloga* IX. dicebat Lycidas Virgilianus.

Audieram: numeros memini, ſi verba tenerem.

Et quia ſimilis ſuccurrit occaſio, ego ſic inquam.

Legeram inſcriptas Aſia Monarcha
Literas ſummo, meminique ſenſum
Mente ſi fida, numeroſa Eraſmi
Verba tenerem.

Ergo Epiſtolæ tenor hic eſt.

Non verba formalia exhibemus, ſed ſenſum.

Augustissime princeps. *Eſt hodie inter Europaos Theologia Profeſſores pugnax, & contentioſa Diſputatio, qua inquirit.* An ſufficientia auxilia hominibus concedat Deus: an verò omnia ſint efficacia? *Et tanta Opinionum varietate promovetur, ut inter horologia prius, quàm inter Theologos debeat ſperari concordia. Interim, quidquid de aliorum Placitis, aut Opinationibus ſit, ego conſtanter in ea manſi Sententia, qua ſufficientia auxilia admittit: & in illa confirmor, quoties oculos ad Tuam Majeſtatem converto. Illam Deus ſufficientia auxiliorum copioſiſſimè effudit: quoniam multas eidem fuit largitus pecunias. Ergo, ſiquidem nummos habet, baptizari, & ad Cœlum ire poteſt, ſi velit: & ſi Baptiſmum reſpuat, & in æternum pereat, ſuæ avaritiæ, & non alii, infortunium imputare debebit. Et quidem conſultò Baptiſmum cum pecuniis connexui; ſi enim nullas haberet, deberet deſperare Baptiſmum; tingunt enim aqua Sacramentali neminem noſtri Presbyteri, niſi numerata pecunia.*

An dentur auxilia ſufficientia?

An, & cur opinatione Eraſmi, ſalvari poſſit Magnus Turca?

At, Eraſme, loquaris moderatiùs, & parciùs; ſi enim dicere velis, eſſe aliquos Sacerdotes Sacrilegos, qui ipſum Baptiſmum vendant numerata pecunia, à te erit Illuſtriſs & Doctiſſimus Dominus Acacius March. de Velaſco, Pontifex Origuelæ, qui *tom.* 1. *reſol.* 93. interroganti, *Si pidiendo el Cura cinquenta libras por bautizar a un niño, que ſe eſta muriendo, ſe las podran dar?* At ubi univerſim loqueris, & pios proboſque incriminaris, evomis manifeſtam calumniam, & ad reſtitutionem teneris.

Eſſe aliquos Simoniacos Sacerdotes, certum eſt. At omnes eſſe tales, eſt aperta calumnia.

Autor Comœdiæ, quæ inſcribitur, *Los ſiete Infantes de Lara* videtur Eraſmi temerariam ſententiam univerſim admittere; nam act. 1. Arlaxa, Almanzoris Regis ſoror, & Gundizalvus Buſtos colloquuntur hoc modo.

Los ſiete Infantes de Lara, *Hiſpanica Comœdia nomen eſt.*

Arl. *Los hombres ſoys hazañeros*
A todo mi amor ſe allana.
Buſt. *Y volveraſte Chriſtiana?*
Arl. *No tengo agora dineros.*

Ergo peccat contra bonos mores hoc Tetraſtichon. Si enim Baptiſmus venderetur pecunia, eſſent Sacerdotes Sacrilegi. Et quia ille non venditur, & tamen hic vendi dicitur, inficiuntur hæc carmina manifeſta calumnia.

N. B.
Quando Parochus non niſi ſimoniacè recipiendo pecunias baptiſmum adminiſtrare vult: debet ille aut præſtari per alium, aut differri.
Cæterùm, ſi periculum in mora ſit, non cooperatur peccato, ſed vexationem redimit, qui dat illi poſtulatam pecuniam.

At objicis, fruſtrà hos Autores calumniæ incriminari; certum eſt enim à Parochis pro adminiſtratione Baptiſmi extorqueri pecunias.

An, & cur pecunia admitti poſſit pro adminiſtratione Sacramentorum?

Reſpondeo primò, delendo in Objectione illud *extorqueri*, & *poſtulari*, aut etiam *accipi* ſubſtituendo: nemo enim *extorquere* dicitur, qui jure procedit.

Non extorquet pecunias, qui jure eas poſtulat.

Reſpondeo ſecundò, Parochos debere ali à Fidelibus, quibus miniſtrant, adeoq; non eſſe Simoniacos, ſi pecunias ad ſuſtentationem ſecundum prudentem Epiſcopi

Qui altari ſervit, de Altari vivat.

præ-

Quinam debeant Eccleſiaſticos alere?

præſcriptionem recipiant, ait enim *Luca* 10. Dominus, *Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua*. Quæ verba apud *Marc.* 8. clariùs reponuntur, ibi enim Chriſtus, *Dignus eſt enim operarius cibo ſuo*. Quod 1. *Corinth.* 9. reponit S. Paulus, & explicat. Et hoc intelligendum eſt, etſi Sacerdos habeat patrimonium ditiſſimum. Id enim ratio ſuadet, & docet S. Thomas *quodl.* 6. *art.* 10. cui Sotus *de Iuſt. lib.* 9. *qu.* 6. *art.* 1. Victoria *relect. de Simonia*. Ledeſma *tom.* 2. *ſumma tract.* 12. *concl.* 14. Aeacius *tom.* 2. *reſol.* 421. (quæ malè inſcribitur 412.) *verb. Simonia*. Et iterum *verb. Miſſa reſol.* 276. *num.* 5. & alii Doctores communiter.

An Sacerdotes divites debeant adminiſtrare gratis?

De labore adminiſtrandi Sacramentu. An vendi poſſit?

Hic quærunt, & examinant Autores, *An ſine Simoniæ labe labor, qui in Sacramenti adminiſtratione impenditur vendi poſſit?*

Reſpondeo, eſſe laborem duplicem: alterum intrinſecum, ſine quo Sacramentum adminiſtrari nequit, alterum extrinſecum, ad Sacramenti adminiſtrationem neceſſariò non pertinens. *Reſol.* 421. *num.* 4. Acacius. *En lo que convienen comunmente todos es en que ſe puede vender, ſin peccado de Simonia, el trabajo, que no es neceſſario, ni intrinſeco para el Sacramento, ſino extrinſeco.*

Labor in intrinſecum & extrinſecum diſpeſcitur. Quid de extrinſeco?

Et quid de intrinſeco dicendum ſit?

Quid autem de labore intrinſeco dicendum eſt? Vendi non poſſe aſſerit S. Thomas 2.2. *qu.* 100. *art.* 2. Aragonius, & Cajetanus *ibid.* & *in ſumm. verb. Simonia*. Sylveſter *eod. verb. num.* 5. Sotus *lib.* 9. *de Iuſt. quæſt.* 6. *art.* 1. Navarrus *cap.* 13. *num.* 100. Hujuſmodi autem venditionem à Simonia excuſant Autor Gloſſæ *in cap. ſignificatum de præb.* Abbas, Ioannes Andreas, & alii; *ibid.* Richardus *in* 4. *diſtinct.* 25. *qu.* 2. &c. Videturque *loc. cit.* Aeacius utramque ſententiam judicare probabilem.

SECTIO IX.

De Pœnitentiæ Sacramento. *An in illo integritas ſit obſervanda? Adamantii error proponitur & impugnatur.*

De catechiſmo. Qua ætate illum à parentibus noſtris doceamur?

CAtholicorum filii cum lacte ſugimus & cum Abecedario in pueritiâ docemur, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem. Et hanc ob rem, quæ ad Pœnitentiæ Sacramentum ſpectant, ignorare non poſſumus. At illa D. Ioannes Baptiſta Diamante ignorare videtur; non enim benè de Confeſſionis integritate loquitur; & ejus error, niſi corrigatur, ignorantibus nocere poterit. Attende.

Profectò in Comœdiarum, quæ Hiſpaniæ Ingenia compoſuerunt Parte XXVI. primum obtinet locũ *El Vaquero de Gragalion*. *nada*, quam prædictus Adamantius compoſuit. *Actu* III. Paſchaſium (id fuit bubulco nomen) ſpectris turbari & agitari aſſerit: & poſt pulchra carmina, quibus ille miſericordiam Dei implorat, jubet, ut ſic cum P. Bartholomæo ejus Confeſſario loquatur.

Bart. *Vees lo que antes veias?* Paſch. *Si,*
Conque mi perdon recelo.
Barth. *No deſconfies: eſto es*
Que como nació del miedo
Eſte acto, y no de Amor
De Dios, es acto imperfecto [a]
De Contricion, que eſte nombre
Los Theologos le dieron.
Y aunque es acto ſufficiente
Para alcançar por ſu medio
Sacramental Confeſſion [b]
No para el perdon; ſupueſto,
Que en la Abſolucion conſiſte
Quedar hecho el Sacramento:
Pero con eſta Attricion, [c]
Que aſſi ſe llama, reſuelvo
Abſolverte, y darte ya [e]
Por confeſſado, attendiendo
Que aunque otras circumſtancias
Faltaban para eſſe effecto
En la verdad haſta aquí
Para ſuppoſicion de eſto:
Que es muy grave eſta materia,
Para obrarla en eſte pueſto [*]
Con todas las circumſtancias,
Que requiere ſu precepto.
Sacrificaras Paſcual
Por valor de tus defectos
La viſta a Dios? Paſch. *Y la vida* [d]
Barth. *Eſte es acto verdadero!*
Quieres sêr abſuelto? Paſch, *Si.*
Barth. *Pues yo en el nombre ſupremo*
Del Padre y del Hijo, y del
Santo Eſpiritu te abſuelvo
De tus peccados Paſcual.
Paſc. *Valgame el Poder Immenſo!*
Barth. *Que es?* Paſc. *Ya Dios me ha perdonado.*
Barth. *Como?* Paſc. *Como ya no veo.*

*] Duplex eſt confeſſionis integritas, materialis, & formalis; materialis ſervatur, quando omnia peccata dicuntur; formalis, quando illa, quæ dici poſſunt. Et debent omnia mortalia exponi, quæ in memoriam ſubveniunt S. Thomas *in* 4. *ſent. diſt.* 21. *in expoſit. literæ* reſpondet dicendum, *quòd Contritio eſt in conſpectu Dei, qui uno intuitu omnia videt, ſed Confeſſio fit homini cui oportet ſigillatim omnia exponi: & propterea oportet de omni peccato mortali, quod memoriæ occurrit, ſingulariter dolere.*

Inter multa, quæ occurrunt, notanda veniunt aliqua, quæ Theologiam in Verſibus iſtis concernunt.

De actibus Pœnitentiæ.

a] Contritio eſt duplex: Perfecta & Imperfecta. Hæc eſt quæ ex æterni ſupplicii metu, aut gloriæ Cæleſtis ſpe elici ſolet: illa, quæ propter ſolam Bonitatem Divinam. Heterodoxi hodie Attritionem peccati mortalis incuſant, ſed hallucinantur clariſſimè: &, ut eorum perſpiciatur ignorantia aut malitia, ſequentes actus Pœnitentiæ propono.

Actus Pœnitentiæ Filialis.

Doleo me peccaviſſe; quia peccatores æternis ſuppliciis condemnantur.

Doleo me peccaviſſe, quia peccatores à

gloriâ cæleſti excluduntur.

Actus Pœnitentia Servilis.

Doleo me peccaviſſe, quia peccatores & jus ad gloriam, in baptiſmo adquiſitam, amittunt,& ſententiam æternæ damnationis incurrunt; cæterùm, ſi nulla eſſent præmia pro bonis, nec ſupplicia pro malis, indulgerem genio, & peccata qualiacumque committerem.

Actus Contritionis Perfecta.

Ita Deum amo,& ita eum culpis meis offendiſſe doleo, & peccata deteſtor; ut, ſi nulla eſſent ſceleratis ſupplicia, & nulla ſanctis præmia divinitùs prædeſtinata, tū adhuc propter ſe amarem, ejuſque legi exactè & perfectè obedirem.

Quales ſint priores actus.

Primus, ſecunduſque ſunt actus Pœnitentiæ filialis; ex dono Spiritûs ſancti procedunt, nihilque mali in ſuo conceptu includunt: & à Theologis *Attritio*, & *Contritio imperfecta* appellantur, & cum Sacramentali Abſolutione ad juſtificationem ſufficiunt.

Qualis tertius.

Tertius eſt Pœnitentiæ ſervilis: &, ſi de hoc Lutherani loquuntur, meritò illum condemnant; at calumniantur Orthodoxos, cùm nobis imponunt hæreticam & impiam doctrinam: nemo enim ex noſtris unquam dixit, hunc actum cum Sacramento ad juſtificationem ſufficere:

An cum Sacramento ſit ſacrilegus?

tenemus enim omnes peccatorum, qui ex vi attritionis hujus ad Pœnitentiæ Sacramentum accedat, eſſe male diſpoſitum, & ſacrilegium manifeſtè committere.

Qualis ſit actus quartus?

Quartus eſt actus Contritionis Perfectæ; quem facilè ore proferas, difficile ex corde pronuncies. At hanc difficultatem gratia ſuperat,quam orantibus Divina Clementia concedit. Erit interim tibi ſummo ſolamini librum legere, qui *Diſcorſo ſopra la Contritione* inſcribitur.

An Contritio Perfecta, ſit, ut vulgò putatur, difficilis?

P. Marci Antonii Pellegrini, Apoſtolici Pœnitentiarii debetur pietati & ingenio: & anno MDCLXVII. prodiit Romæ ex Ghezziana Officina: & tantam eſſe ordinariam Summi Numinis miſericordiam, ut hic actus facilè eliciatur, oſtendit.

Hos autem omnes actus, quorum eſt neceſſaria ad ſalutem diſcretio, non benè, ut videris ab Adamantio diſtinguuntur.

Quo ſenſu Attritio Filialis à Theologis appelletur ſufficiēs?

b] Quando Attritio Filialis cum Pœnitentiæ Sacramento componitur, & *ſufficiens* vocatur: non dat ejus ſufficientia Sacramentalem Confeſſionem, ut Adamantius aſſerit; ſed dat pœnitenti, ſi ritè confiteatur, gratiam. Quoniam, ſi ſit in media Arabia Titius, & actum attritionis eliciat, non habebit hujus actus virtute neceſſaria, ut ſtatim poſſit Confeſſarium habere; non enim promiſit Deus attritionem habentibus ſe infallibiliter Confeſſatium miniſtraturum.

c] Contritionem imperfectam, ut dicebam, Theologi *Attritionem* appellant: bonam eſſe contra Heterodoxos definiunt, & ſufficere cum Pœnitentiæ Sacramento.

An Contritio imperfecta ſit bona?

d] Qui eſt contritus, paratus eſt pro Chriſto mori, juxta illud, *Majorem Charitatem nemo habet, quàm ut ponat animam ſuam pro amicis ſuis.* At non omnis, qui paratus eſt pro Chriſto mori, eſt contritus.

An velle pro Chriſti Fide mori, ſemper ſit actus Charitatis?

Probat hoc ille Liber,qui inſcribitur *Trabaxos de Ieſus*, & miſerias Hiſpanorum apud Mauros in ſervitute detentorum deſcribit illoſque aſſerit, hinc ab hera (valdè enim ſunt mulieres Africanæ laſcivæ) ad libidinem, inde ab hero ad Mahometaniſmum ſolicitari: & tandem heræ cedere; & tametſi onere multorum peccatorum gravatos, paratos eſſe totum ſuum ſanguinem pro Fidei Chriſtianæ confeſſione profundere.

De Hiſpanorum in Africa captivorum miſeria.

e] Hic errat Adamantius graviſſimè; non enim Confeſſarius poteſt, quin numerum & ſpecies peccatorum audiat, Pœnitentem abſolvere. Potuiſſet ille ſic ſcribere.

Adamantii carmina corriguntur.

Mortalium peccatorum numerum & ſpecies debet Pœnitens in Confeſſione aperire.

Barth. *Que en la Abſolucion conſiſte*
Quedar hecho el Sacramento.
Y aſſi con eſta attricion,
Y la Confeſſion reſuelvo
Abſolverte. *No te accuſas*
De quanto ayer en el Templo
Me confeſſaſte. Paſc. *Me accuſo.*
Barth. *Y tienes algo de nuevo,*
Que confeſſarme. Paſc. *No Padre.*
Barth. *Luego en el nombre ſupremo*
Del Padre, y del Hijo, y del
Santo Eſpiritu te abſuelvo
De tus peccados. &c.

SECTIO X.

De Sacramento Euchariſtiæ. *An in Sanguinem Domini noſtri Ieſu-Chriſti Vinum; an verò in Vinum ejus puriſſimus Sanguis convertatur?*

IN medium prodeat Doctor Ioannes Perez de Montalvan, cujus, etiam in adoleſcente ætate, rerum parens Natura, magna ſplendorum copia exornavit Ingenium, compſerunt Charites; aſſiduuſque concipiendi, & ſcribendi labor conceptibus nobiliſſimis condecoravit: cujus elaborata, & perpolita Carmina in Hiſpaniæ theatris promerentur applauſum, fatigant præla, & plutics in lucem mittuntur.

Doctor Ioannes Perezius Montalvanius laudatus.

Hic omni laude dignus, dum decantat Humana, ubi Divina modulari præſumit ad diſſonantes Fidei & Religioni fides raucam vocem accommodans, in doctrina Orthodoxa, quam vel infantes ſciunt, miſerabiliter adlucinatur. In bonum Virum poſ-

Feliciter Humana ſcribit,& Divina infeliciter.

ſem

Vtitur urbaniſſimo calamo.

ſem, ſi vellem, orationem & ſtylum acuere; at, quia calamo eſt uſus urbaniſſimo, (ſi enim Villaizanum excipias, à quo graviter laceſſebatur, neminem carpit; unde poſſim meritò dicere,

Nulla quidem metris PereZI millibus extſtat
Litera, qua poſſit ſanguinolenta legi.]

Vide Ovidium in Ibin.

loquar moderatiſſimè, & ejus tantum verba ſine longo commentario producam. In Actibus Sacramentalibus (Comœdiæ ſunt devotæ, quæ in Corporis Chriſti ſolennitate in Hiſpania exhibentur) Polyphemi fabulam dedit: in qua inventionem incriminabantur Theologi, quod Vlyſsi vafro, & perfido militi juſſerit, ut Chriſtum Dominum repræſentaret. Ibi itaque illa Sancti Thomæ verba, *Fitque ſanguis Chriſti merum*, ita intelligit, & ita exponit, ut ſanguis ſubjectum propoſitionis ſit, & in vinum vertatur. Ejus verſus ſunt hi.

Quin ſint Actus Sacramentales?

An fuerit indiſcreta Pierzas, qua D. N. Ieſum-Chriſtū ſub nomine & figura Vlyſſis, hominis perfidi, repreſentavit?

Se recogio con los ſuyos
A la parte mas ſecreta
De la cueva, y prometio
Hazer de ſu ſangre meſma
Vn vino, con cuyo olor
Antes de probar ſu fuerZa
Me perturbó los ſentidos.

An ſanguis Chriſti in vinum convertatur?

At D. N. Ieſus Chriſtus non fecit ex ſuo ſanguine vinum: ſed vinum convertit in ſuum ſanguinem. Et hic obiter nota, Cenſores ſæpè indoctos, Interdum negligentes eſſe: nam hæc Comœdia, iterum, iterumque Cenſuram ſubiit (ſemel, ut ageretur; & poſteà, ut imprimeretur) & tamen hæc manifeſta hæreſis inter lineas tranſivit. Tranſiverunt & alia, quæ quia ſonora intexunt verba, & nullum ſenſum reddunt, ſe ſubtrahunt à Tribunali Theologorum, & in Criticorum Senatu diſcutiuntur.

Quales Cenſores aliquando ſint?

Porrò illa Latina Angelici Doctoris verba, *Fitq; Sanguis Chriſti merum*, Grammaticè conſiderata, ſunt æquivoca, in eis enim *ſanguis* eſſe poteſt ſubjectum, prædicatum-ve; at verò per Theologiam reſtricta, poſtulant, ut *vinum* ſubjiciatur, & *ſanguis* de illo prædicetur. In lingua autem Hiſpanica non habet locum Homonymia; nam Articulus ſubjectum afficit: quam ob rem, in hac propoſitione, *El noble es rico*, nobilis ſubjicitur, & dives prædicatur: in hac autem *Noble es el rico* dives ſubjicitur, & nobilis prædicatur. Vnde hæc propoſitio *El vino ſe haze ſangre de Chriſto*, ſonat, *Vinum convertitur in ſanguinem Chriſti*, & eſt vera & Catholica: hæc verò, *Vino ſe haze la ſangre de Chriſto*, ſonat, *In vinum convertitur Sanguis Chriſti*, & eſt falſa & Hæretica.

Articulus in Lingua Hiſpanica tollit æquivocationem.

Dives Hiſpanicè rico vocatur.

ET quidem, non ſolùm Montalvanus ſed alii etiam Poetæ in hoc Sacramento adlucinantur. Nam Alphonſus Ledeſma librum devotum edidit, quem *Conceptos Eſpirituales* inſcripſit. Et *pag.* 273. Lydium lapidem, quo Aurifices utuntur, ut metalla internoteſcant, depingit; & proponit hoc Lemma, *Petra autem erat Chriſtus*, illudque illuſtrat & exponit hoc Triſticho.

Sicut adlucinatus fuit Montalvanus Chriſti ſanguinem in vinum convertendo, ſic & Ledeſma Chriſti corpus in panem tranſmutando

Vos ſois la Piedra del toque, [a]
Donde nueſtras obras vienen,
A vèr, que quilates tienen.

Chriſtus eſt Lydius Lapis.

Ecce Chriſtus in ſenſu metaphorico, quo utitur Alphonſus, eſt lapis. Immediatè poſt ad Euchariſtiæ Sacramentum convertit oculos, & unum brachium, quod manu teneat lapidem, depingit, & hoc Lemma ſubſcribit, *Dic, ut lapides iſti panes* [b] *fiant*. Ergo ſtando metaphorico verborum ſenſui, quem ipſe præmiſit, hæc verba æquivalebunt his, *Dic, ut Chriſti iſti convertantur in panes*. Nec aliud ſignificant Numeri, qui ſubjiciuntur, videlicet,

Ledeſmum nec verborum, qua adducit vim, nec Sacramenti, de quo ſcribit, veritatem intellexiſſe, demonſtratur.

El milagro de las piedras [c]
Hoy mis ojos le veran, [d]
Pues veere la piedra en pan. [e]

& poterunt Latinè ſic reddi.

Ecce mei lapidum hic oculi miracula cernent,
In Panem ſiquidem Petram tranſire videbo.

Chriſtus ergo, qui *Petræ* nomine ſignificatur, Alphonſo de Ledeſma aſſerente, convertitur & tranſit in Panem: cùm tamen Fides Orthodoxa nos doceat, in Domini noſtri Ieſu-Chriſti Corpus Panem ipſum tranſire.

La piedra del toque.
Lapis Lydius, Heraclius, & Baſanus.
Lapis Index.
Quid ille ſit?

Vberioris doctrinæ gratia Scholia hæc brevia, ſed neceſſaria, ſubſcribamus.

a] Lapis ille, quem *La piedra del toque* Hiſpani dicimus, *Lapis Lydius*, aut etiam *Heraclius*, ut immò & *Baſanus* Græcè vocari ſolet. Eſt coticula, cujus attritu cognoſcuntur metalla. Et hanc ob rem *Index* a Latinis vocatur, nam quale ſit metallum iodicat. De illo Plinius *libr. 33. cap. 8.* ſic ſcribit. *Auri, argentiq; mentionem comitatur lapis, quem* Corticulam *appellant, quoniam non ſolitus inveniri, niſi in flumine* [*] *Tmolo, ut autor eſt Theophraſtus, nunc vero paſſim: quem* Heraclium *alii, alii* Lydium *vocant. Iis corticulis periti, cùm è vena, ut limo rapuerint experimentum, protinus dicunt, quantum auri ſit in ea, quantum argenti, vel æris, ſcrupulari differentia, mirabile ratione non fallente.* In hunc transformatus fuit apud Ovidium Batus paſtor, qui etiam num retinet prodendi ſtudium. Et hinc, qui acri & exacto judicio ſunt, λίθοι [*] ἡράγλειαι, & λίθοι λυδαί denominantur.

[*] Illud *quoniam* irrepſit, nō enim ideò *Coticula* dicitur, quod in flumine Tmolo inveniatur tantummodo. In aliis libris lego *quondam Batus in lapidem convertitur.*

Λίθος eſt fœmen. gen.

b] Plautus *in Aulul. ſcen. 4. act. 3.* utitur hoc Proverbio. *Lapidem fert altera manu, & altera panem oſtentat*: quod in eos dicitur, qui coram blandiuntur, clam obtrectant; qui ſub falſa amicitiæ ſpecie, palam ſe velle favere & prodeſſe proclamant, & clanculùm, ſi occaſio ſuccurrat, odium, quo inficiuntur, oſtendunt. Et huc referri poteſt mens perverſa Satanæ, cùm in hæc verba adloquutus eſt Chriſtum, *Dic, ut lapides iſti panes fiant*.

Proverbium de lapide & pane. Illud Hiſpanicum *Pan y palo*, quod videretur ſimile, monet ſuperiores, ut ſicut puniunt ſubditos, qui non ſatisfaciunt ſuis obligationibus, ſic etiā provideant ne rebus neceſſariis careant.

Hæc

Qualis ſit in Sacramento venerabili tranſſubſtantiatio?

Hæc autem verba Dæmonis, ut applicentur Euchariſtiæ, duplici correctione indigerent; nam deberent primò ad numerum ſingularem reduci, ut fuerint, *Dic, ut lapis iſte panis fiat*; & poſteà ſubjectum in prædicatum vertere, ut tranſirent in hæc *Dic, ut panis iſte lapis fiat*. Alphonſus enim *Lapidis* nomine Chriſtum intelligit, & in mirabili Altaris Sacramento, Panis convertitur in Corpus Chriſti, nõ autem Chriſti Corpus in Panem.

Chriſtum patraſſe miraculum, quod non patravit ſupponebat Ledeſma.

c] Supponere videtur Verſus hic patraſſe Chriſtum Dominum, miraculum, quod à Satana petebatur: quoniam, *El milagro del Ciego*; eſt Miraculum, quod fecit Chriſtus cæcum illuminans, Ergo *El milagro de las Piedras*, erit, Miraculum, quod fecit Chriſtus lapides in panes convertens.

An corporeis oculis in Euchariſtia cerni poſſit miraculum?

d] Si Chriſti corpus verſum in panem fuiſſet, poſſemus propriis oculis terminum *in quem* proſpectare miraculi: cæterùm, quia panis converſus eſt in corpus Chriſti, & illud non videtur, & mutationem quæ ſub panis accidentibus facta fuit, oculi corporei non percipiunt, credimus in Euchariſtia maximum adeſſe miraculum: at illud oculis corporeis non videmus.

De ultimo verſu.
An, & quo modo catholicè poſſet exponi?

e] Ille verſus, *Pues veere la piedra en pan*; ſeparatus à cæteris, ad congruam poſſet ſententiam & intelligentiam reduci: poſſet enim hunc ſenſum reddere. *Siquidem videbo* (oculis videlicet Fidei) *petram* (Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum) *in pane* (apparente; qui tametſi panis verus non ſit, panis eſſe videtur, ob ſpecies, quæ remanent.) At illa particula *Pues*, Latinè *Siquidem*, eum connectit cum prioribus, facitque, ut nullam tolerabilem interpretationem admittat. Illud *videbo* ad proprios & corporeos oculos,

Per antecedentes ad ſenſum importunum reſtringitur.

jubente ſic verſu penultimo, videlicet, *Hoy mis ojos lo veran*, referri debet. Et illud *in*, quia non exiſtentiam, ſed converſionem ſequitur, Accuſativum poſtulat; ut ſenſus ſit, *Siquidem videbo his meis oculis Petram* (Chriſtum) *in panem* (converſum,) *&c.*

Qualis fuerit Ledeſma?

Stat ergo, non ſufficere, ut Poeta,

Integer vitæ ſceleriſque purus

De quibus Poeta argumentis ſine ſcripturi?

(talis enim Alphonſus de Ledeſma fuit) judicetur ab omnibus, ut Myſteria permittatur Theologica carminibus dilucidare. Poetæ humana, & ad ſummum numeris & modulis illuſtrent & exornent Politica, modò in Theologicis & Divinis non audeant.

SECTIO XI.

De Matrimonii præcepto. *An hominibus impoſitum ſit?*

De hominum fœcunditate.

MAgna eſt etiamnum, quando naturæ vires, quodammodò enervatæ videntur; magna olim ante diluvium, & immediatè poſt, quandò vigor erat in flore, Generis Humani fœcunditas. Regna, & Imperia ante diluvium fuiſſe ex multis Authoribus P. Athanaſius Kircher in Oedipo luculenter oſtendit. Bis hæc fœcunditatis benedictio à Deo conceditur: Adamo enim & Evæ *Geneſ.* 1. 28. Noacho, & ejus filiis *Geneſ.* 9. 1. dicitur. *Creſcite, & multiplicamini & replete terram.*

Quot in exercitu milites habuerit Ninus?

Hujus Benedictionis virtute ita homines multiplicati ſunt, ut Ninus, primus Monarchiæ Aſſyriorum Conditor (ut ex Cteſia recenſet *lib.* 3. Diodorus) habuerit in exercitu peditum decies ſepties centena millia, equitum verò ducenta millia. Erant etiam tunc machinæ militares, & in hoc exercitu curruum falcatorum decem millia, vel fere. Tam immenſas in expeditionibus ſuis Ninus conſcripſerat militum copias, nam erant Potentiſſimi Principes,

Machinæ militares.

quos decreverat debellare & ſubjicere. Solus Zoroaſter, Bactrianorum Rex, cum Nino præliaturus quadringentorum millium comparavit exercitum. Fuit autem Zoroaſter Vir doctiſſimus: & de Philoſophia, Aſtronomia, & Medicina vicies centena verſuum millia ſcripſit, ut ex Ariſtotele & Plinio, ad Mundi 1949. & à Diluvio 293. annum, Genebrardus teſtatur. Anno quidem Imperii Nini quadrageſimo tertio natum fuiſſe Abrahamum aſſeverat Euſebius. Vide ergo qualiter trecentorum annorum ſpatio homines fuerint multiplicati.

Zoroaſter qualis?
Quantus ejus exercitus?

Abrahami nativitas.

Anni ab Adamo ad Abrahamum, & ad D. N. Jeſum-Chriſtum.

Ab Adamo ad Ninum, & nativitatem Abrahæ, ferè bis mille anni intercedunt: hinc ad Auguſtum, & Chriſti Domini Nativitatem alia duo annorum millia & paulò plus. Illa prior ætas ab Hiſtoriographis omiſſa non niſi confusè cognoſcitur: hæc poſterior à multis Scriptoribus dilucidatur. Vide Oroſium *cap.* 1. *Hiſtor.* Genebrardum *lib.* 1. *pag.* 44.

Bel ſonat Dominum.

Semiramis Nini uxor Babylonis mœnia condit, in cujus medio templum Belo ſtatuit. Sed quis fuit iſte Belus? Putant aliqui fuiſſe Nimrod, nam *Bel* apud Hebræos, Chaldæos, Syros, & reliquos Orientales populos *Dominum* ſonat. At cognomentum hoc fuit nomen proprium Patris Nini, cui à filio conſecrata eſt Statua, ad quam confugientes vindictam omnium legum evaderent. Semiramis igitur ſocero, aut marito ſuo Belo templum erexit: & hic eſt, qui ſub *Baal*, *Beel*, & *Baalim* nominibus ætate ſequenti in Palæſtina colebatur. Fuit Virago fortis & generoſa Semiramis: ementito ſexu, nomine filii, qui & ipſe *Ninus* vocabatur, imperium gubernat & propagat. Strabo *libr.* 16. exercitu tredecies centenorum millium peditum quingentorumque millium equitum per Bactrianos in Indiam fruſtra penetrat. Ergo jam tunc erant in India Reges, qui majori potentia ejus ſuperbiam retundebant.

Baal.
Baalim.

Semiramis exercitus.

De Xerxis exercitu.

Decies ſepties centena hominum millia Xerxis continebat exercitus: & quæ quinquennio collegerat, paucis menſibus perdidit, pugnans & mari & terra infelici ſucceſſu. Regnabat anno Mundi 3640. à Diluvio 1980. poſt Vrbem conditam 274. Genebrardus *lib.* 2. *pag.* 240.

Novitia recenſetur hiſtoria.

Hæc erat antiqua humanæ Naturæ fœcunditas, an ne jam eſt effœta, & ſterilis? Reſpondebit Hiſtoria, quæ ætatem noſtram cum antiqua conjunget. [Anno 1589. commutandarum mercium cauſa quatuor naves Indiam Orientalem petituræ, ſolverunt ex Anglia. Superato magno Africæ Promontorio, quod à bona ſpe, *El Cabo de buena Eſperanza* appellarunt Hiſpani,

tam

Digitized by Google

tam ſæva tempeſtate circumventæ ſunt, ut illarum tres nuſquam poſteà apparuerint. Quarta per octo dies turbinibus, vorticibuſque circumacta, ac mox ad vigeſimum octavum gradum ultrà Æquatorem in Auſtrum compulſa, ibi tandem ſubſidit, omnibus ad unum, præter infimæ ſortis Nautam, & Mulieres quatuor, hianti Pelago ſimul abſortis. Superſtitibus inengnitæ Inſulæ receptum clementior Oceanus indulſit. Nulla illic Hominum, ſed nec nocentium Ferarum, veſtigia. Mire Cælum, Sylvæque Pomorum feraces, Fami abundè, Nuditatique conſuluere. Ergo revertendi ſpe depoſita Poſteritatis ratio habita eſt, tam felici proventu, ut Minorum cenſus ante obitum Progenitoris 1700. Capitum numerum ſupergrederetur.] Ergo intra annos quinquaginta (nautæ enim à Mercatoribus conducto minùs quàm annos viginti; & infelici homini in tanta rerum omnium inopia conſtituto ultra ſeptuaginta vitæ annos non auderem concedere) tanta hominum contigit multiplicatio. Ergo adhuc permanet illa Cæleſtis Benedictionis gratia, & non ſunt penitus exhauſtæ in Humana Natura vires propagativæ.

Mirabilis filiorum, nepotumque ab uno homine multiplicatio.

An detur præceptum de genere multiplicando?

HÆC autem à Summo Numine Humano Generi indulta Benedictio, quæ tantam fœcunditatem impertitur, & continetur illis verbis, *Creſcite, & multiplicamini & replete terram*. Agit-ne de commixtione corporali? &, ſi de hac, continet verum præceptum, an conſilium, aut meram permiſſionem tantummodò?

An illa verba ſpiritualiter debeant intelligi?

In ſenſu illa ſpirituali de Virtutum, & Chariſmatum ſupernaturalium incremento expoſuerunt nonnulli apud S. Auguſtinum *lib. 14. de Civit. Dei cap.* 21. Hanc autem Opinionem ipſe ſequenti capite meritò rejicit, eſt enim Textus Veritati contrarius. Aguot ergo illa verba de propagatione carnali.

An ceſſante legis fine ceſſet lex?

An, & cur ceſſaverit præceptum de humano genere multiplicando?

Illa verba reverà continere præceptum, & finem præcepti explicare, alii aſſeruere: volunt enim, ut *Creſcite, & multiplicamini* ad præceptum pertineant, & *replete terram* ad finem: ut æquipolleant bis, *Creſcite & multiplicamini, ut repleatis terram.* Et quidem ipſi ceſſante fine legis, & ipſam ceſſare ſupponunt; & hanc ob rem ſub Mundi initium, quando erant pauci homines, celebrandi Matrimonii legem obligaviſſe, poſteà verò hominibus ſatis multiplicatis, quia ceſſabat finis, & obligationem ceſſaviſſe. Hanc viam inivit S. Cyprianus *tract. 2. de habitu Virgin.* & alios ipſi Patres adhæſiſſe Pererius *in Geneſ. lib. 4. pag. 192. nu. 239.* teſtatur: & addit hanc etiam poſteà ſententiarum Magiſtrum *in 4. diſt. 27.* verbis apertis tradidiſſe.

An hoc præceptum ſit impoſitum communitati?

D. Thomas *2. 2. qu. 163. art. 2.* & Scotus *in 4. diſt. 26.* quos paſſim hodiè plerique omnes Scholaſtici & Expoſitores ſequuntur, inter homines copulativè ſumptos, & eoſdem diſtributivè ſumptos ingenioſè diſtinguunt: & addunt præceptum impoſitum eſſe Communitati, non autem ſingulis. Et quidem hanc ipſam diſtinctionem eſſe neceſſariò admittendam demonſtrant hodiè Monachorum Cœnobia, quæ habẽt rerum dominium, cùm tamen ſinguli Religioſi ſint pauperes. Prædicatorius Ordo habet juvandi Epiſcopos obligationem, & ipſis dat Concionatores ſufficientes; at non in prædicto Ordine omnes tenentur prædicare; alii enim debent curare œconomiã, alii gubernare, alii ſervire, &c. alii docere, alii ſcribere &c. Ergo benè ſtat Genus Humanũ habere obligationem dandi ſufficientes perſonas, quæ per Matrimonium ſpeciem conſervent, & propagent, quin hæc obligatio reperiatur in ſingulis.

An in Ordine Prædicatorum omnes teneantur prædicare

Hæreticorum opinatio.

Vtraque Sententia (Cypriani, & D. Thomæ) Novatoribus diſplicet; quoniam Martinus Lutherus, Ioannes Calvinus, quos Hæretici omnes Recentiores ſequuntur, aſſerunt illo præcepto à Deo impoſito ſingulos homines obligari.

An ſolùm detur de Matrimonio permiſſio?

Vtraque etiam ſententia (Cypriani, & D. Thomæ) diſplicet non paucis Theologis, qui ut ex diametro ſe opponant Novatorum delirio, aſſerunt illis Dei verbis non præcipi connubia, ſed permitti. Pater Benedictus Pererius *in Geneſ. lib. 4. pag. 193. num. 246. ad cap. 2. verſ. 28.* ſic ſcribit. [Dicamus igitur nos, quod recta ratio ſimilius vero eſſe ſuadet, & videtur Sacris Literis congruentius: nullum illis verbis *Creſcite, & multiplicamini*, præceptum contineri: ſed voluiſſe Deum ea oratione declarare, proptereà ſe, cùm creavit hominem, feciſſe maſculum & fœminam, ut per legitimam eorum conjunctionem humana proles generaretur, & ita genus humanum omni ſæculo propagatum perpetuò conſervari poſſet &c.] Vt ſuam Pererius opinionem perſuadeat illa verba, *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, dicta hominibus, cum illis *Creſcite, & multiplicamini, & replete aquas maris*, dictis piſcibus; & cum illis *Aves multiplicentur ſuper terram*, dictis volucribus, ingenioſè componit. Cùm enim ſint ſimilia, eamdem vim ſunt habitura. At impoſita piſcibus maris, & volucribus Cæli, fœcunditatis phyſicæ benedictionem, non autem morale præceptum important. Ergo eamdem vim habent reſpectu hominum, quibus & ſunt indicta.

An animantibus poſſint præcepta imponi?

His

His omnibus conſideraris mentē meam, veramque doctrinam, ad ſequentes Concluſiones reduco. Sit

Eadem verba, habens hic & ibi diverſam vim, ſi diverſis dicantur.

Prima. *Illa verba*, Creſcite & multiplicamini, *continent morale præceptum.* Nec oppoſitum perſuadet Peterius, ſimilia indicta fuiſſe piſcibus & volucribus aſſerens: Leges enim in Phyſicas & Ethicas (Reales & Morales) dividimus: Realis enim eſt illa, *Et legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos* Proverb. 8. 29. Moralis autem hæc, *Legem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum, & exquiram eam ſemper*. Pſalm. 118. Quam ob rem Lex eadem ſub eodem verborum tenore prolata, à ſubditorum qualitate, & capacitate reſtringitur: ita ut piſces, aves, & cæteras animantes obliget realiter, homines verò moraliter. Et huc reſpiciebat Vlpianus, cum dicebat, *Ius Naturale eſſe hominibus, & animantibus univerſis commune*: quod enim illos obſtringit moraliter, realiter has dirigit & gubernat. Et quidem hanc obediendi differentiam, quæ homines à brutis ſecernit, pulchrè exponebat Daniel, quando in Comœdia, quæ inſcribitur, *El Bruto de Babylonia*, de qua redibit ſermo, Leones adloquebatur. Dicebat ſic

Amigos, ya la Piedad,
Que uſais con migo a paſſado
De los terminos poſſibles,
Ya haveis ſido mas que humanos
Seys dias ha que con migo,
Y yo con voſotros paſſo
La neceſſidad del hambre.
Pero como me comparo [N.B.]
A voſotros, ſi yo eſpero
El premio de mis trabajos,
Siendo incapazes voſotros
De las dichas que yo aguarda.
Aunque a Dios obedeceis,
En la piedad no os igualo,
Pues ſuffris obedeciendo,
Y no ſervis eſperando.
Mas piadoſos ſoys, que yo,
Pues yo veo lo que gano
Y voſotros padeceis,
Sin ningun alivio, el daño.

Obedientia ſua homines præmium expectant: at bruta & inſenſibiles ſubſtantia obediunt Deo, & nihil ſperant.

Secunda. *Hoc celebrandi Matrimonium præceptum à Deo impoſitum non obligat ſingulos ſed hominum Communitatem.* Eſt ad D. Thomæ, & Scoti mentem, & opponitur noſtræ ætatis hæreticis. Et probatur. Quoniam Abel, Melchiſedech, & alii fuerunt Sancti, & tamen egerunt vitam cælibem.

Quibus imponatur Matrimonii contrahendi præceptū?

Tertia. *In Lege Moyſeos nullum fuit impoſitum ſingulis de matrimonio celebrando præceptum.* Demonſtratur. Nam Elias, Ioannes Baptiſta, ut alios prætercam, Sancti fuerunt, & Virgines.

Multi Sancti in Veteri Teſtamento fuerunt cælibes.

Hinc paret D. Ioannem Matos Fragoſum, D. Auguſtinum Moretum, & D. Hieronymum Cancer, qui concinnarunt Comœdiam, quam *El Bruto de Babylonia* inſcripſerunt, præter plurimos contra Hiſtoriam Sacram errores, quos committunt, adlucinatos fuiſſe cum Ioachimum introduxerunt ſuæ Suſannæ dicentem.

Y como todos ſabemos
Que de uno de nueſtros Tribus
Ha de nacer el Meſſias
Se alegra el Hebreo Rito.
Que toda Muger ſe caſe,
Y aunque con tan noble arbitrio
Te dedicabas al Templo
De la Caſtidad, convino
Que al thalamo reduxeſſes
Todo tu honeſto deſignio,
Por cumplir con el precepto:
Y aſſi tambien por lo miſmo
Hoy te elijo por Eſpoſa. &c.

In Veteri Teſtamento nullū fuit de Matrimonio celebrādo præceptum.

Dico igitur nullum fuiſſe apud Hebræos de Matrimonio celebrando præceptum: & me nolle tempus terere ut hanc Comœdiam cum Bibliorum Veritate componam, carmina enim negligenter decurrunt, ac ſi aliqua Fabula repræſentaretur.

SECTIO XII.

Iterum de Matrimonio. *An in illo gratiam conferat Deus nomine Parochi?*

A Chriſto Domino ſunt inſtituta Sacramenta, & ejus nomine in iiſdē Sacramentalis gratia à Miniſtris confertur. Et hanc ob rem *Baptizare in nomine Ieſu-Chriſti* non eſt baptizare dicendo, *Ego te baptizo in nomine Ieſu-Chriſti*. Sed baptizare juxta ritum & formam à Domino Ieſu-Chriſto inſtitutam: Ergo baptizare dicendo, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti*. Et dicendo hæc verba, & aquam naturalem fundendo, qui baptizat, illi, qui baptizatur, confert in nomine Ieſu-Chriſti gratiam Sacramentalem: non autem nomine baptizantis Ieſus-Chriſtus. Et eodem prorſus modo in cęteris Sacramentis philoſophandum eſt; nec enim confirmat nos Deus nomine Epiſcopi, nec à peccatis in Pœnitentiæ & extremæ-Vnctionis Sacramento nos abſolvit nomine Sacerdotis; nec conſecrationis verba (*Hoc eſt corpus meum: Hic eſt calix ſanguinis mei.* &c.) Presbyteri nomine pronunciat Chriſtus: nec Pontificis nomine Chriſtus confert majores Ordines, & Epiſcopos conſecrat: nec tandem Parochi nomine ſponſos copulat & benedicit: ſed omnia hæc fiunt ab homine nomine Ieſu-

Cujus virtute conferant gratiam Sacramēta?

Quid ſit, baptizare in nomine Ieſu-Chriſti?

An Chriſtus Parochi, aut alterius hominis nomine, Sacramenta conferat?

Chri-

Digitized by Google

De pronominibus Ego, & Meum in formulis Sacramentorum.

Chriſti. Homo enim nomine Ieſu-Chriſti infantem abluit; Sacerdos nomine Ieſu-Chriſti ait *Ego te abſolvo*, *Hoc eſt corpus meum*, &c. nam ſicut in Conſecrationis formâ, illud *meum* non ſignificat corpus Sacerdotis, ſed Chriſti: ſic in Abſolutionis formâ illud *ego* non importat perſonam Sacerdotis, ſed Chriſti. Et tandem Sponſi, (hi enim ibi veri Miniſtri ſunt) nomine Ieſu-Chriſti (hoc eſt, ſecundum ritum & formam inſtitutam à Chriſto) in Matrimonio Sacramentum perficiunt. &c.

Rouaſi error.

Et hæc breviter notata ſunto propter D. Franciſcum de Roxas, qui in Comœdia, *El mas indigno caſtigo*; claudit primam Scenam dicendo,

> Y *Dios en nombre del Cura*
> *Buenos caſados los haga.*

Proponitur vera Doctrina.

Sanè in Matrimonii Sacramento ipſimet Sponſi contractum Sacramentalem celebrant: illiſque Parochus Chriſti & Eccleſiæ nomine benedictionem impertitur: at nomine Parochi Deus (hoc eſt, ut Vicarius delegatus à Parocho) nil facit.

SECTIO XIII.

De Mortis & Vita poteſtate.

An Ethnici, qui ſibi mortem conſciverant, poſſint à peccato excuſari?

HOmines propriæ vitæ eſſe dominos cœca olim aſſerebat Antiquitas; unde nonnulli Lucretiam, Annibalem, Antonium, Cleopatram, Catonem, & alios à peccato excuſare conantur. At inter Ethnicos non paucis lumen Veritatis adfulſit, quæ contrarium ſtatuit. Profectò, ſi res examinetur bene,

> *Vita hominum brevis eſt, variis obnoxia curis*
> *Mane viret, languet veſpere, nocte cadet.*

Conceditur nobis ad uſum: non ergo ſumus domini, ſed meri coloni & adminiſtratores. Ovidius ad Livium.

> *Vita data eſt utenda: data eſt ſine fœnore nobis*
> *Mutua; nec certa perſolüenda* [*] *die.*

*] Aut in Pentametri poſteriori hemiſtichio admitti debet Spondeus, aut in voce *perſolvēda* debet *u* in vocalem converti.

An hora mortis ſit incerta?

Et ſi dubites, an retinendum ſit illud *nec*, nam *ſed* ejus loco nonnulla Manuſcripta præ ſe ferunt? Reſpondebo, Mortem bifariam (quoad Deum, & quoad nos) poſſe conſiderari. Quoad Deum certo & determinato inſtanti eveniet: at illud eſt incertum quoad nos, qui futurorum cognitione caremus.

Doctrinam hanc neſcitam fuiſſe à Daniele Cancer, Moretus, & Fragroſſus ſupponunt, illum enim in Comœdia I. partis XXX. introducunt Leones adloquentem his verbis. *Sigalion.*

> *Ea pues, Amigos mios,*
> *Baſta el ſuffrir: y ſi acaſo*
> *Baſtais mas a reſiſtirlo,*
> *Yo a pediros mas no baſto.*
> *Venid pues, comed de mi;*
> *Yo os doy licencia, llegaos,*
> *Que me laſtimais piadoſos,*
> *Mas que me offendeis tyrannos.*
> *Si yo he de morir, comedme,*
> *Que eſte miſerable paſto*
> *Mas digno es de humanas fieras,*
> *Que de hombres tan inhumanos.*
> *Llegad pues. Que es lo que hazeis?*
> *La licencia, que os he dado,*
> *Me quereis aggradecer,*
> *Pues la pagais en halagos* &c.

Nemo poteſt petere, aut dare aliis licentiã, ut ſe occidat. Hac igitur carmina exorbitãt

Errant autem Poetæ, nemo enim habet ſuæ vitæ poteſtatem.

SECTIO XIV.

De Aſtrorum potentia, & efficacia.

An Aſtra inclinent?

EST commune apud Eruditos Axioma, *Aſtra quidam inclinant, ſed neminem cogunt, aut neceſſitant*, cujus prior pars mihi eſt dubia, & indubitata poſterior. Et meritò de priori dubito; non enim video, cur illæ inclinare dicantur. Interim Opinationem illam Veterũ, quæ homines ab Aſtrorum influxu in ſuis operationibus neceſſitari delirabat, quæ hodie in Aſia apud Ethnicos, & Mahometanos obtinet, & à Sede Apoſtolica pluries eſt condemnata, à noſtris Poetis incautè & inſcitè protruditur. Conſidera verſus ſequentes.

An & neceſſitent?

> Amarild. *Pues no ſepas que te hablé,*
> *Que aquel fuè un impulſo eſtraño,*
> *Que me enagenò de mi,*
> *Sin poder yo revocarlo.*
> Vrſidia. *Importaba a las Eſtrellas;*
> *Y ellas aſſi lo trazaron.*
> *Sê, que ahora la memoria*
> *El primor te ha recordado*
> *Con que ſe hallaba Lisberto,*
> *Y que tu Amor.* Amar. *Cierra el labio*
> Vrſid. *No importa, que lo confieſſes.*
> *Ya, pues no eſtubo en tu mano.*

An in manu hominis ſit vias ſuas rectas, aut improbas, ſi velit, facere?

Ita D. Andreas Gil Henriquez in Comœdia, quæ inſcribitur, *El Lazo, Vanda, y Retrato.* [Et habetur part. XXXIV. num. 1.] pag. 29.

An decreta Cæleſtia debeant neceſſario adimpleri?

Et tu illa verba *Ya, pues no eſtubo en tu mano*, compone cum his, *Siquis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere &c. anathema ſit*, quæ ſunt Concilii Tridentini *ſeſſ. 6. can. 6.* & Arauſicani *ſub fin.*

Et paulò poſt pag. 34. b. eodem modo delirat; introducit enim exclamantem Vrſidiam.

Suſpended, ſuſpended
Los azeros valientes
En eſta contienda
En que ayrados os veis.
Suſpended, ſuſpended,
Porque ya a perſuaſion de los Aſtros
Del Cielo el Decreto
Hoy cumplido ha de ſer.

De Fato.

Fatum etiam admittit Emanuel Freyle de Andrade in Comœdia, *Veerſe y tenerſe por muertos.* [5. part. 34.] Isbellæ enim inſpiravit hos numeros.

Inſenſible al duro golpe
De mi Deſtino. Soberbias
Amenazas, ya llegó
Mi fatalidad poſtrera.
Ya aquel decreto baxó
De el tribunal de mi Eſtrella,
Donde mi deſdicha firma,
Lo que ſu rigor condena.

An Sydera Mortales condemnent?

Scio homines, etiam pios & eruditos, ut loquantur cum multis, Fatum admittere, & aſſerere res humanas à ſyderibus neceſſariò pendere. At ſcio id ipſum à Lectoribus incriminari. Et hanc ob rem non ſemel Iuſtus Lipſius, qui utitur his ethnicis modis loquendi, ſe excuſat, & quid dicere velit, exponit: quem nuper P. Antonius Bianchetti in Quadrageſimali ſecundo imitatur; inquit enim in Prologo. *Ho giudicato d'auvertir il Lettore di queſti Diſcorſi, che ſervendomi d'alcune parole, come di* Fato, *di* Fatale neceſſità, *di* Sorte, *di* Fortuna, *ò ſimili, non pretendo altrimenti di ſeguire la ſtolta opinione de gl'Antichi, ò ſiano Oratori, ò Storiografi, ò Poeti, ne ſcoſtarmi un punto del ſentimento, e dottrina della Catholica Religione; ma le adopero ſolo ſeguendo un certo modo aſſai ordinario, e communmente uſato di favellare.* Et præſtitiſſet abſtinuiſſe à ſimilibus vocibus, quàm illarum abuſum excuſare.

An Catholici Fatum, Caſum & Fortunam licitè poſſimus admittere?

Quid ſit de Lipſio & Bianchetto dicendum?

Quia doctrinam noſtram, quæ ridet, & ſilentio condemnat, omnia quæ pro Iudiciaria Aſtrologia ab otioſis calamis ſcribuntur, ſequens ſirmat epiſtola, illam gratia doctrinæ uberioris ſubjungo.

De Iudiciaria Aſtrologia.

HOmo ad laborem natus, ſed Prudentia hunc laborem metitur; non enim ita laborare jubetur, ut valetudini ſuæ nocere poſſit. Et ideò qui profitentur literas, diverſa ſtudia immiſcent, ut poſtquam à ſeverioribus ſint fatigati, meditatione floridiorum ſe recreent. Id nos Lucianus docet: Inquit enim. *Literarum ſtudioſis fieri oportere cenſeo, ut cùm gravibus ac ſeriis legendis defatigati fuerint, ad animi laxamentum al quantiſper declinent, donec ad futurum laborem robuſtiores, ac vegetiores efficiantur.* Sed quia recreatio ut ſit honeſta poſtulat, requirit utique, ut otium ipſum ſit honeſtum; & ideò addidit. *Maximum verò ex hoc otio, atque quiete fructum caperent, ſi talium rerum lectioni vacarent, quæ non modò tenuem, ac jejunam, verùm neque rudem, neque incomi[n]nam ſpeculationem præſeferrent.* Laudabo ergo in te aſſiduam legendi diligentiam, Tota die libris Theologorum inſudas. Id tua profeſſio poſtulat; nemo enim alios docere poterit, quæ non didicit. Ad alios libros horis ſucceſſivis oculos, & ſtudium convertis; & hoc ipſum laudarem, ſi tales illi eſſent, qui poſſent tibi, aut aliis aliquando ſervire. At tales non ſunt Aſtrologici, nam ſi de actibus neceſſariorum agentium definiant, exorbitant, & ſi de liberorum, delirant. Aſtra gubernat Angelus, & ab illorum non dependet influxu. Cum Angelo compono hominem, de quo Propheta coronatus ſic inquit. *Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis* (immò à Deo, lectiones enim variant) *gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper* (omnia) *opera manuum tuarum. Omnia enim ſubjeciſti ſub pedibus ejus.* Homo eſt liber, non ſervus; &, ſi eſſe ſapiens & prudens velit, *Dominabitur aſtris*, ait enim Auguſtinus. *Manifeſtum eſt voluntates noſtras, quibus rectè, vel perperam vivimus, ſub tali neceſſitate non eſſe, nam ſi volumus, eſt, ſi nolumus, non eſt; non enim vellemus, ſi nollemus.* Et hanc ipſam Doctrinam didicerat ab Spiritu Sancto, quo teſte, *Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui.*

Cur variis inſudemus ſtudiis?

Lucianus in ſuarum hiſt. proœmio.

Recreatio, ſi moderata & honeſta commendatur.

Qui libri ex munere, & qui in otio legendi ſint?

Quales Aſtrologorum libri ſint?

Pſal. 8.

Homo comparatus cum Angelo.

libr. 5. de Civit. Dei cap. 10.

Sapiens dominatur Syderi[bus].

Eccli. cap. 5.

Vel quid in voluntate humana mutare poteſt Sol, qui pleno ſemper lucet jubare: quid Luna, quæ modò curvata in cornua, modò æqua portione diviſa: maculoſa, & ſubitò pœnitens: immenſo orbe plena, & repente nulla; alias pernox; alias ſera; deficiens, & in defectu conſpicua; Figuræ non ſunt operativæ, & in luminarium, aut etiam aliorum Planetarum adſpectibus, nihil præter Figuram, ſitum-ve ab Aſtrologis conſideratur.

An figura, & Syzygia operentur?

Sed dices, te non aſſerere Aſtrologos vera de ſapientibus dicere, ſed de hominibus communis ſortis. Scis enim Socratem indole peſſima præditum, nefarias illas inclinationes, quæ illum ad malum pelliciebant, virtute ſuperaſſe. Hinc, cùm plerique omnes ſequantur proprios inclinationum appetitus, contingit, quod Aſtrologi vera prædicant. Pronunciat id Doctor Seraphicus, dicens, *Multi ſe ſubjiciunt impreſſionibus Aſtrorum, & ideò frequenter Aſtrologi vera prædicunt, maximè circa homines animaliter viventes.* Conſonat S. Thomas, inquit enim. *Quod Aſtrologi ex con-*

An, & de quibus vera dicãt Aſtrologi?

Bonau. 2. ſent. diſt. 14. q. 3. in reſol. arg.

S. Thomas 2. 2. qu. 95. art. 5.

Digitized by Google

conſideratione Aſtrorum frequenter vera prænuncient, contingis quia plures hominum paſſiones corporales ſequuntur, & ideo actus eorum diſponuntur, ut in pluribus ſecundum inclinationem cæleſtium corporum, pauci autem ſunt, ideſt ſoli ſapientes, qui ratione hujuſmodi inclinationes moderantur. Nec multum ab eis abeſt Scotus, qui ſic ſcribit. *Si homo ſecundum rationem, non ſecundum ſenſum viveret, non eſſent tales, quales judicantur à cæleſtibus corporibus. Sed cogitationes hominum pronæ ſunt ad malum,* quia juxtà illud, Eccl. 1. *Stultorum infinitus eſt numerus.* Quæ omnia ſupponens Lyranus adhuc addit hæc verba. *Conſulere pro habendo remedio contra diſpoſitiones cæleſtis influentiæ non eſt malum, ſed licitum, & honeſtum, & ſecundum hoc dicit Ptolemaus; quod ſapiens dominabitur Aſtris.* Si igitur noſtea

Scotus in 2. Sent. diſt. 14. qu. 3. in 4.

Lyran. ſuper verb. Ierem. cap. 10.

Quanta ſit Aſtrologiæ incertitudo?

CONCLVSIO I. *Aſtrologi nihil certi de futuris cognoſcunt.* Fatetur id Cardanus, qui tametſi multum ſyderum ſcientiæ detuliſſe videatur, tandem re meliùs perſpecta ſic ſtatuit. *Cum Artes, quæ propriis ſubjectis inhærent, nihil certi de futuris polliceri poſſint, Aſtrologus nunquam abſolutè quicquam de futuris pronunciare debet.*

Cardan. libr. aph. ſeg. 1. aph. 3.

Quomodo Stellæ influant?

CONCLVSIO II. *Calefaciendo & frigefaciendo ſydera influunt.* Ergo ſolummodò ex Nativitatis themate, an in infante, cholericus, an phlegmaticus; an ſanguineus, an verò melancholicus prævaliturus humor ſit, præſciri poſſet, ſi perfectè influxus ſyderum cognoſceretur. Et nota me etiamnum conditionatè loqui, quoniã ne quidem id abſolutè concedo.

Ex temperamenti cognitione nulla certa Conſequentia decutitur.

CONCLVSIO III. *Temerè ex hac præcognitione, ſi daretur, ad particulare & individuum actuum humanorum judicium ab Aſtrologo procederetur.* Hæc mihi videtur per ſe nota. Si tamen tu contrarium cenſeas, ſuppone Titium temperiem nactum eſſe cholericam: & ex hoc Antecedenti, quæ totam vitam illius dilucident, Conſequentias deducas.

Sunt vires Stellarum ignotæ.

CONCLVSIO IV. *Infantis tali momento nati temperies ſciri nequit;* Patet; quia tametſi ſydera per ſolas primarias qualitates concurrant, nondum tamen exactè cognoſcitur, quantæ ipſis inſint in tali conſtitutione.

Quid, ſi cognoſcerentur?

CONCLVSIO V. *Si revelaret Deus, quantæ ſint ſyderum in ſingulis ſyzygiis vires, nihil adhuc certi colligerent de Infantis temperamento Aſtrologi.* Demonſtratur clariſſimè: quia tunc Aſtrologus ſic deberet, & non aliter philoſophari.

Fundamentalis Aſtrologorũ Syllogiſmus.

Quando in genethlia momento in Lunam radios Mars quadrato aſpectu immittit, qui tunc naſcitur, erit cholericus.

Sigalion.

At quando natus fuit Romanorum Imperator Caligula, Lunam Mars radio quadrãgulari reſpiciebat.

Erat ergo futurum, ut cholericus eſſet Caligula.

Aſtronomorum Hypotheſes & Tabulæ incertæ ſunt.

De Majori non dubito, nam hypotheſis poſtulat, ut fingamus eſſe revelatam divinitùs. At requirit Conſequentiæ ſecuritas, ut, & Minor ſit certa. At hæc pendet ab Aſtronomia, in qua inter ſe, & à Cælo diſſentiunt Aſtronomorum Tabulæ.

Reſolutio. Aſtrologia Iudiciaria eſt inertia.

CONCLVSIO VI. *Aſtrologia, Iudiciariam quam vocant, non eſt Ars, ſed Inertia; nec meretur, ut in ea prudens vir bonas horas impendat.* Conſtat ex præcedentibus.

Stat igitur, te ſucceſſivis horis, quibus à ſeveriori ſtudio vacas operam dare non debere Aſtrologiæ: niſi tempus, quod aliis poſſet ſtudiis inſervire, perdere & prodigere velis. Vale.

NOTA.

De Artibus Liberalibus. *Recentiores pleroſque omnes Poëtas illas neſcire; audere in ſingulis; & ideò paſſim exorbitare.*

An Poëta ſint Scientiarum Liberalium ignari?

NON ſum ſeverus Lector; ſcio enim in libris, quos interlego, multa diſſimulare: & ſequentia omiſiſſem, niſi præcedentia, ut illa adderem, poſtularent. Ajo itaque noſtros Poetas, non ſolùm de Religione temerè interdum & hæreticè ſcribere, ſed eſſe Scientiarum imperitos, & contra Nobiliorum Artium leges graviſſimos errores committere. Aliquos recenſebo.

SECTIO XV.

De ordine & motu Sphærarum Cæleſtium.

De Aſtronomia

SVblimis eſt ratione objecti Scientia illa, quam Vranometriam appellamus. Globos enim adfixos Firmamento, nec non etiam per auram Æthercam volitantes metitur. Culta eſt & promota à Regibus, & Principibus multis, & jam num ad magnam perfectionem pervênit.

De Firmamento.

Firmamentum, eſt Cælum magnâ aſtrorum multitudine ornatum, quod ut meliùs intelligerent & exponerent Veteres, diſtinxerunt in Conſtellationes.

De Planetis.

Claudit Auram Æthercam; & per illam, diverſis intervallis ſuſpenſa, Planetaria circumvolvuntur Corpora, videlicet Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna, quorum nomina & ordinem Verſus ſequens complectitur.

De illorum ordine.

Quid vocibus ſim, ſum ſignificetur?

SIM, SVM, *decurrunt, & terris proxima* Luna.

Et in eo voces SIM, SVM initiales ſex Planetarum literas ob oculos Lectorum ponunt.

Circa Planetarum motum parvum eſt inter Authores Recentiores diſſidium. Plerique numeros ſequentes admittunt

Quanto ſinguli Planeta tempore ſuam periodum perficiant?

Planetae.	*Dies.*	*Hor.*	*Min.*
Saturnus	10,747.	7.	36.
Iupiter	4,330.	17.	14.
Mars	686.	22.	24.
Sol	365.	5.	49.
Venus in Epic. ad ☉	583.	22.	15.
Merc. in Epic. ad ☉	115.	21.	4.
Luna	27.	13.	19.

Menſus ſum Veneris & Mercurii in Epicyclis motum: convolvuntur enim circa Solem; & circa Terram eodem cum Sole tempore ſuam periodum perficiunt.

Ab eccentricitate & Orbis radio velocitatem Planetæ in Orbe proprio, & Apogei promotionem provenire Aſtronomi univerſi ſupponunt: at in modo menſurandi iſtas lineas diſſentiunt. Tu tamen adhære VVendelino, donec alii Canones præbeât ingenioſiores.

Scio Ageometras tantam dierum & minutorum præciſionem non requirere: & ideò ad eorum captum numeros aptiores reponam, & ſic inquam,

Saturni circuitus abſolvitur intra annos proximè triginta.

Iovis autem periodus annos proximè duodecim impendit.

Martis curriculum peragitur annis proximè duobus.

Sol omnium Planetarum Choriphæus iter abſolvit anno uno.

Veneris Orbis in motûs ſui velocitate eſt æqualis Solari; Epicyclus autem ſeptenis menſibus cum ſemiſſe gyratur. & poſt 583. dies, & 22' in ſuæ directionis medio ad Solis conjunctionem revertitur.

Orbes Mercurii & Solis æquali impetu circumferuntur. Epicyclus in periodo ſua vix impendit tres menſes, & diebus 115. 21'. ad Solem directè recurrit.

Tandem Luna orbitam ſuam diebus 27. hor. 13. percurrit: & dieb. 29. 32'. ad Solem recurrit.

His præmiſſis quomodo hanc intellexerint doctrinam Poëtæ Hiſpani videamus.

Auguſtinus Moretus & Hieronymus Cancer dederunt Madritenſi Theatro devotam & curioſam Comœdiam, quam *La Virgen de la Aurora* inſcripſerunt, & *pag.* 315. introducunt P. Antonium Erronum Cæleſtium motus & tempora deſcribentem his verbis.

Habetur hæc Comędia par. XXXIV. num. VIII.

Todos los ſiete Planetas
A eſſe Globo de cryſtales,
Por preciſo obligacion
Del ſer que Dios le reparte
Vuelta le han de dar entera:
Mas todos en ſu viaje
Son mas tardos que la Luna
Porque Saturno le haze
En treinta años, y en doze
Iupiter, Aſtro admirable,
Mercurio en dos le fenece [a]
El Sol en uno, y con Marte.
Venus en menos que el,
Caminando ſiempre iguales;
Pero la Luna veloz
Con diligencia mirable
Anda en veinte y nueve dias [b]
Los circulos celeſtiales:
Sobre ellos las plantas pone
Maria, pues no os eſpante,
Que ſi de carro la ſirve
Tenga eſtas velocidades. &c.

De Anno Magno, quando videlicet omnia iterum Sydera inter ſe eamdem poſitionem obſervent, ſcripſi in noſtro *de ſomnio Scipionis* Syntagmate. Eſt enim menſurabilis, ſed Tempori Infinito ſimillimus.

a] Adlucinatur, quoniam *Mercurium* nominat, quẽ deberet *Martem*, & poſteà *Martem* appellat, quem *Mercurium* deberet.

Ille verſus, *Venus en menos que el*, caret ſenſu: nam, ſi agitur de Orbe eodem tempore periodos ſuas Venus & Mercurius abſolvunt. Si de Epicyclo tardior eſt Venus, & Mercurius velocior.

b] Lunationem Poetæ hi cum periodo confundunt. Quoniam, ſi hodie in initio Arietis Novilunium contingat, cùm ad Arietis limen veniat iterum Luna, ſuâ periodum abſolverit, & tamen adhuc debebit quaſi per integrum ſignum percurrere, antequam ad Solem, ſe fugientem perveniat.

Circa Mercurii & Martis nomina adlucinatio.

An Venus ſit Mercurio velocior?

Eſt major circulo toto Lunatio.

SECTIO XVI.

De Vertice, *quem* Zenith *Saraceni nominant.*

Quid Zenith ſit?

SVpremum illum punctum, quem *Verticem* Latini, *Zenith* Aſtronomi Arabico nomine appellant, quoniam כנה Cana, eſt *tegere*, & כניה Cenith dicitur *ſummus fornicis lapis*.

Hujus vocis valorem nonnulli Poëtæ noſtri ignorare videntur, quoniam illâ abutuntur. Emanuel Freyle de Andrade in Comœdiâ *Veerſe y teuerſe por muertos.* [quæ partis trigeſimæ eſt quinta] *pag.* 172. a. ſic inquit.

Y pues ya me conſidero
A todo trance empeñada,
Eſta ſendu he de ſeguir
Pues la roxa Luminaria
Aun en ſu brillante eſphera
Lucientes rayos diſpara,
Y en eſſa Ecliptica Zona [*]
Es Zenith de eſta montaña.

*] Zodiacus vocari poteſt *Zona*, habet enim debitam hinc inde latitudinem: at *Zona* nomen competere nõ poteſt Eclipticæ, quæ omni latitudine caret.

Et, ut ex verſibus præcedentibus colligo, quid eſſet ignorabat Ecliptica, & quâ altitudine Salonia Civitas Polum ſuſpiciebat in Galliâ. Ecliptica enim non eſt zona, ſed linea; & à vertice (ſeu Zenith) etiam cùm Cancrum init, longè Sol removetur in Galliâ.

Abutitur eodem etiam nomine, qui Comœdiam, *Amor por razon vencido*, ingenioſè compoſuit. Lege ſequentes numeros.

Agnes.

Agnes. *El viejo qual me podrá?*
Ventura. *Entrar Vueſſa Alteza puede*
A ver el quarto. Dux. *Don Iuan*
Agora a dezirme viene,
Que ha viſto ſalir un hombre,
Y ſi las ſeñas no mienten, [a]
Es el miſmo, que yo buſco,
Y aſſi primero que vuele
El Sol con alas de rayos
Al Zenith deſde el Oriente,
He de quedar ſatisfecho.
Ioannes. *Difficultoſo parece.*

a] Signa loquuntur: & tametſi ſæpe veritatem inſinuent, etiam ſæpe mentiũtur.

Et quidem in utroque loco *Zenith* poni pro *Occidente* videtur.

In eâdem adhuc Comœdia pag. 408. verſus ſequentes adnotavi.

Aqui pues hay una gruta,
Que para refugio nueſtro
Nos franquea liberal
Su melancolico ſeno,
Donde tu, quando la Aurora
Ayer con paſſo ligero
Boxaba deſde el Zenith
A ſu frio monumento,
Tus ſentidos entregaſte
Al blondo yugo del ſueño,
Diſmintiendote de vivo
Con apparencias de muerto. &c.

At cæteri Poetæ Tithoni uxorem, & Memnonis matrem, ab Horizonte ſurgentem conſpexerunt Auroram. Virgilius Georg. lib. 1.

——— *Ubi pallida ſurgit*
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Et idem Solis ortum deſcribens,

Roſcida puniceo Palantias exit amictu. &c.
Surgit ab Oceano Tithoni fulgida conjux. &c.

Statius lib. 6. Theb.

Clara laboriferos Cælo Tithonia currus Extulerat.

Strozius pater

Oceanique Aurora thorum formoſa reliquit.

Mantuanus.

——— *Sed cùm jam lucifer alba*
Nuncius Auroræ claro ſe attolleret ortu.

Et Muſæus denique

Splendida quæ nunquam ſurgens Aurora videbat.

*] Nævius apud Agellium Auroram *pudicolorem* appellavit.

::] *Eos*, Græcè ἠώς, primam producit & pro *Aurora* accipitur, etiã apud Latinos. Audi Lucanũ lib. 9.
Stabant ante fores populi, quos miſerat Eos.

Relego data Poetarum teſtimonia, & exclamo.

An à vertice deſcendat Aurora?

Ergo, ſi Vatum veterum ſententia tuta eſt,
Surgit ab Oceano, radiiſq; pudicolor [*] *ornat*
Antra feras & non à vertice labitur Eos. [::]

SECTIO XVII.

De Norvegia. *An ſit Regio, quæ nunquam à Sole reſpiciatur?*

AUguſtinus Moretus in Comœdia, quæ *El Sancto Chriſto de la Cabrilla* inſcribitur, [& habetur part. XXXIV. n. 3.] *pag.* 109. ſic inquit

An Norvegia à Sole illuminetur?

Muerto el valor, paſmados los ſentidos,
Paſſos muevo perdidos
Que conjurados con la muerte mia
Eſtan los Hados; aunque el claro dia
Parece que me niega
La luz piadoſa el Cielo, que Norvega
Triſte me eſconde agora,
Que nunca el Sol ſus horizontes dora
Y al rayo oppueſta de ſu ardiente coche
Excede ya ſus limites la noche.

Suadent prædicti Numeri Moretum doctrinam de Sphæra neſcire. Et eadem condemnabo Cenſura Ludovicum Velez de Guevara, qui in ſua, cui titulus, *La Montañeſa de Aſturias*, quæ eſt trigeſimæ Partis ſecunda, pag 63 b. nam apud illum

Hæc Regio inter Circulum Arcticum & Daniam jacet.

Suerus. *No es eſte manjar de aqui.*
Ramirus. *Hay en palacio belleza,*
Que eſta igual? Suer. *Groſſeria.*
Ramir. *Ni en los Cielos hoy Eſtrella*
Tampoco. Suer. *Civilidad.*
Ramir. *Pelo ya es Sol.* Suer. *Norabuena*
Pero no quiere ſalir.
Debe de ſer de Norvega.

At Norvegiam Coſmographi collocant ſupra Daniam, & ad Arcticum Circulum promovent. In Norvegia igitur quotidiè Sol horizontem illuminat.

SECTIO XVIII.

De Zona Frigida. *An in illa ſint ignivomi montes?*

AUguſtinus Moretus id aſſerebat, nã part. 30. Comœd. pag. 100. a. Eleonoræ inſpirabat hæc verba.

Sunt ignivomi mõtes in utroq; Zona frigida.

Que preſumes, que pretendes,
Si conoces, que es mas facil
Haver en la Libya yelos,
Como en la Scythia volcanes,
Arder el fuego entre eſpumas,
Y ſer punto fixo el ayre.

Et quidem multi & varii hinc, inde (in Arctico, & Antarctico Circulo) montes, & flammas, & fumum emittunt.

SE-

SECTIO XIX.

De Rege Ormuſi. *An latè dominetur in Africa?*

PArt.XXXV. Comœd. *La conquiſta de Oran.*pag.53.a.

El Rey de Oran, que en Ormus
La Africana Silla goza,
Grande Privado de Alá,
Vña y carne de Mahoma,
Muchas ſaludes te embia,
De las que ſiempre le ſobran.

De Regno Oranico. An Regi Ormuſii aliquando ſuffuerit?

Et poſteà pag.69.b.

Que importa que el Mundo venga
Contra Oran, ſi ſus murallas
Por mar y por tierra ſon
Inexpugnables: y guardan
Los Africanos mas nobles,
Que al Rey de Ormus ſueldo ganan,
Eſta frontera.

De plagis Mũdi in quibus utrumque regnũ jacet.

In hac Comœdia Ludovicus Velez de Guevara Coſmographiam ignorare videtur; eſt enim Oranum in Africa, hodie Maurorum frenum, aſylumque mercatorum fidelium in Mediterraneo navigantiũ. Ormuſium eſt in Aſia: & ejus Regulus ſibi inſuffi iens, nunquam cogitavit de Africa. Servierat olim Perſiæ, & poſteà Hiſpaniæ tributarius, tandem à Perſiæ Rege victus, captuſque, Spanhemium adducitur ut Petrus della Valle narravit.

De Tormentorum Militarium impetu. Tantus eſt, ut naves ipſas, in quibus tormenta diſſolvuntur aliquando conquaſſet. Tantus, ut ſuggeſta ſolida poſtulet, ut diruat concava.

Neſciebat ingeniosus Vir quanto tormenta militaria impetu diſſolvantur: nam pag.67. a.ſic ſcribit.

An tormenta bellica à palatiorum turribus diſplodi poſſint?

Hizieron unas trompetas
Baſtardas ſeñal al bronce
De diez piezas de campaña
Que eſtaban ſobre una torre
De caſa del Cardenal
Paraque por ſalva entonces
Al ſalir Nobleza tanta
Diez elementos aborten.

Tales machinæ in Palatinis turribus diſplodi nequeunt.

SECTIO XX.

De Mahometis Sepulchro.

De ferreo Mahometi ſepulchro.

OBtinuit apud Vulgus, ferreum eſſe Mahometi feretrum, & à magnetibus hinc inde appoſitis aere in vacuo ſuſpendi. Hanc autem hiſtoriam eſſe falſam Petrus della Valle, qui rem inquiſivit, teſtatur: eſſe impoſſibilem in mea Matheſi ego claiè demonſtro. Verum hic idem Author *pag.*53.velut certam ſupponit: inquit enim.

An virtute magnetica in aere medio ſuſpendatur?

Y *que bara contigo pazes*
Reſpetando ſu Corona,
Y *haziendo que de ella tiemblen*
Deſde aqui a Conſtantinopla,
Y *haſta la Caſa de Meca*
Donde el Zancaron aborcan [*]
Los dos Imanes, que appueſtan
Sobre quien lleva la gloria.

*] Vſus obtinuit ut Mahometi cadaver *el Zãcarron de Mahoma* ab Hiſpanis per contemptum dicatur?

Ergo Poetæ ſententia inter duos fortiſſimos magnetas Pſeudopropheteę feretrum dum quantum ab altero trahitur, ab adverſo retrahitur, hæret medium: cùm tamen induſtria humana, vel unam acum non poſſit, in loco libero, inter duos, aut plures magnetas ſuſpendere.

An ſaltem poſſibile ſit, quod de Mahometi ſarcophago vulgò narratur?

SECTIO XXI.

De Pyrio pulvere. *Quando fuerit inventus?*

SVB annum 1260. Alphonſus X. cognomento Sapiens, Hiſpaniæ Rex Germanorum Imperator electus, inſignis Philoſophus & Mathematicus non ſolum in Septipartito Opere leges imponebat hominibus, ſed in Tabulis Aſtronomicis etiam Cælo.

Quando regnabat Alphonſus X?

De pyrii pulveris (qui *polvora* ab Hiſpanis vocatur) inventione multi varia: at omnium opinione eſt res novitia, & quæ vix ſuperat trecentos annos. In ſuo Diſcurſu de Coſmographia Iulius Cæſar de Solis, Patavii impreſſo anno 1601. aſſerit ſub annum 1389. ſub Bonifacio IX. hunc pulverem militarem inventum fuiſſeque primos Venetos in bello contra Genuenſes, qui bellica tormenta formarint, & in campum eduxerunt.

Quando inventus fuit pulvis pyrius?

Igitur Alphonſi X. ævo nondum hic pulvis (Hiſp. *la polvora*) fuerat inventus.

At id ignorabat Auguſtinus Moretus, qui *part.*30.*Comæd.pag.*91.ſic ſcribit

Ioann. *A ſerviros viene humilde,*
Como en la paz, en la guerra,
Don Iuan Manuel deſterrado
Por guardalle la obediencia
A ſu Rey Alphonſo el Sabio. &c.

Non erant armaignea, quæ vocant tempore Alphonſi X.

Et poſtea pag.111.

Ioann. *Acaba, ſi es peligro, de contalle:*
Mart. *Dexame ponderalle.*
Que hay peligros que dichos de repente
No mueven caſi nada, juſtamente
Nos han peſcado el cuerpo. Vn embo-çado
Hallé agora parado
Ioann. *Donde.* Mart. *En el corredor.*

Ioann.

Digitized by Google

Ioann. *Cierta es mi muerte.*
Mart. *Seis piſtolas conte.* Ioann. *Martin adviſerte,*
Que fuera en eſta caſa atrevimiento.
Mart. *Por el Phenix de Arabia, que no miento.*

Poeta, & Pictores aquè audent, & errant.

Similia apud alios Poetas invenies: quoniam ſine ulla temporum diſcretione de bellicis tormentis loquuntur. Poetis poterimus accenſere Pictores, qui in tabulis, quæ antiquas Græcorum, & Romanorum expeditiones repræſentant, arma ignea (Hiſp. *armas de fuego*) majora & minora delineant; oſtenduntq; Horatium olim eeciniſſe

Erro activè Plautus in Milit. ſcen.1.act.2. *Adoleſcens erras. Quid erro?* Vnde paſſivè dicitur *erratur*, & *erratus, a, um*.

—— *Pictoribus, atq; Poetis*
Quidlibet errandi ſemper fuit aqua poteſtas.

Et illud *errandi*, in *audendi* Exſcribentiũ in curia & adlueinatione tranſiviſſe, putaverim.

SECTIO XXII.

De Adamante. *An ſit Diaphanus?*

Quinam lapides nominentur claveques?

ADamas eſt notiſſimus lapis, & tamen illum ignorare videtur Poeta ille, qui Comœdiam, *Amor con razon vendido*, quæ aliàs laude eſt digna, compoſuit; eſt enim ſoliſdiſſimus, & in hoc differt à cryſtallis, & vitris, quæ *Claveques* ab Hiſpanis vocantur. Et apud Veteres hoc charactere noſcebatur. Statius lib.3.Theb.

—— *Solidoque dates adamante lacertos.*

Hanc autem proprietatem, tametſi omnibus notam, noſter neſcit Poeta, inquit enim.

An adamantes ſint diaphani?

Que fuera accion imprudente
De quien procura ſu medra,
Dexar por la toſca piedra
El Diamante traſparente.

SECTIO XXIII.

De vocibus ADVOCATVS, & CLIENS: *An ſimus Advocati Deipara, & illa ſit hominum Cliens?*

De nominibus Advocatus & Cliens.

INter Advocatum, Clientemque nota eſt univerſis diſtinctio, illam tamen Auguſtinus Moretus ignorabat, cùm dixit.

Nos non ſumus Advocati Deipara, ſed Deipara eſt noſtra Advocata.

Del Ave Phœnix Maria
Fue ſingular Avogado,
Y aunque ingrato y renegado
La rezaba cada dia. &c.

Ita in Comœdia, cui titulus. *El azote de ſu Patria* pag.437.a.

Interim nos ſumus clientes, Advocata Deipara, non autem contra. Et id in *Salve Regina* debebat didiciſſe, ibi enim dicimus, *Eia ergo, Advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte.*

SECTIO XXIV.

De Falconibus. *An naſcantur in Belgio?*

De Falconibus.

ACcipitrum nobiliſſima genera in Hyperborea Mundi regione generantur, & inde ad clementiores Cæli provincias deferuntur. Et Ludovicus Velez de Guevara decipitur, cum illos aſſerit in Flandria naſci. In Comœdia, quæ *La Montañeſa de Aſturias* nominatur, & eſt trigeſimæ Partis ſecunda, Mendum introducit dicentem.

Vbi naſcantur?

Mendus. *Eſtraña melancolia!*
Blanca. *Adonde el Principe eſtá?*
Princ. *Hermana.* Mend. *En orden eſtá*
Toda la Volatería.
Las plumas al viento juega
El Gerifalte, el Borni,
Deſde el Flamenco Neblí
Haſta el Azor de Norvega.

Nebli Flamenco.

Et hic obiter nota, totam hanc Comœdiam legi cum Regum Hiſpanorum dedecore, fingit enim Blancam Ordoñi Aragonenſium Regis filiam Ramirum, fratrem ſuum deperire, & ad inceſtam libidinem ſolicitare. Qua fictione, & Blancam, & cognatos ipſius propudioſa ignominia ſuffundit, & caſtas Virgines, quæ fratribus ſuis in domo materna convivunt, enormiter ſcandalizat.

Comœdia ita debent fabulis exornari, ut non calumnientur innocentes, nec fragilem ſcandalizet.

Et nota ſecundò in lingua Hiſpanica vocem *Infante* eſſe utriuſq; generis, inquit enim Garcias Fernandez pag.45.b.

Nomen Infante *apud Hiſpanos cujus generis ſit?*

Ordoño Rey de Leon
Que Dios muchos años guarde,
Con el Principe Ramiro
Y con la Señora Infante,
Cuyas hazañas famoſas
Llora el Toledano Azarque,
El Cordoves Almanzor,
Y el Sevillano Alvenzayde.

An-ne benè examinavit Poeta Saracenorum Regum nomina? Quia illos vix unquam propriis nominibus indigitant Hiſtoriæ antiquæ, non potero dare reſponſionem ſecuram, moneo tamen Eruditum Scriptorem, qui *Gloria Theatrum* edidit, & in ipſo pompam funeream, qua D. Felix Sandovalia Duciſſa de Oſſuna Mediolani fuit ſepulta deſcripſit, pag.74. hæc habere. *Convidado deſpues* (Garci-Fernandez) *por D. Bermudo Rey de Leon a juntar ſus fuerças y armas contra el comun enemigo,*

Almanzor Rex Corduba.

Fuit fortiſſimus.

migo, fué con florido exercito y dieron en los confines de Cordova tal rota a los barbaros, que el feroz Rey Almanzor (antes orgulloſo por cinquenta y dos batallas, en las quales por lo mas havia ſido vencedor,

Vincitur tandē ſe inedia occidit.

y ſiempre temido, por haver aſſolado gran parte de España) no pudiendo ſuffrir de veerſe quitar en un dia los tropheos de muchos años, no quiſo ſobrevivir a ſu ignominia, y caſtigó con un mortal ayuno la inſaciable hambre que tuvo de la ſangre Chriſtiana. Illo ergo tempore Cordux Regulus Almanzor vocabatur. Conſonat Auguſtinus Moretus, apud quem in ejuſdem Tomi Comediâ III. Bermudus aloquitur Regem (Alphonſum Sapientem) his verbis.

Volunt Poetæ Græci, & Latini, Hiſpani, Itali, &c. ut punctum finale Strophas terminet, ne ſenſus in ſequentem ſe inſinuet. At hic, ut conſpicis, cum gratia temeratur hæc Regula.

Aunque os legitima herencia
De vueſtro Padre en mi eſpada
Se vió Aragon reſtaurada
De la barbara violencia
De Almanzor que no ſe applaca
Menos que en ſangre Eſpañola;
Pero al fin mi eſpada ſola
En las montañas de Iaca
Animó vueſtras Vanderas
Muerto vueſtro General
Que defendiendoſe mal
Quedó de las tropas fieras
De Alarbes vencido y muerto,
Y vueſtra gente rompida
Caſi con infame huida
Buſcaba ſeguro puerto.

SECTIO XXV.

De Contractibus. *An res determinatum pretium habeant? An verò, quocumq; poſſint vendi?*

REvocat in memoriam Ludovicus Velezius de Guevara contractum de Equo & Falcone inter Caſtellæ Comitem & Leonis Regem celebratum; de quo, quia multi ſcripſerunt, potero & ego etiam aliquid dicere. Audiunto Caſtellæ Comitem, qui coram Leonis Rege ſic infit.

Eſchucha attento. Yo ſoy
El Conde Garci-Fernandez,
Señor de Caſtilla, y hijo
Del Conde Fernan-Gonzalez,
Mi padre en ferias, Ordoño,
Que Dios aya dió a tu padre
Un Caballo y un Azor,
Prendas de Rey ſemejante.
Mil marcos de plata fué
El precio para pagarſe
En un plazo, que el Rey puſo,
Y ſi del plazo paſſaſſe,
Se fueſſe doblando el precio
Cada dia, y fué alcance
De modo que el Rey no pudo
Con toda España pagarle.
Siendo entre los dos concierto,
De que Caſtilla quedaſſe
Por eſto libre del fendo
Que a Leon pagaban [a] *antes.* &c.

a] Nomen *Leon* Hiſpanicè eſt æquivocum, nam notum animal, & regnum etiam notum in Hiſpania ſignificat: at in lingua Latina nulla eſt æquivocatio, nam animal *Leo*, & regnum *Legio* nominatur.

Hanc eamdem hiſtoriam pag. 71. recenſet gloriæ Theatrum his verbis. *Tenia el Conde conſigo un generoſo Caballo y un Azor perfectamente enſeñado para qualquier coſa, que deſeados por el Rey, y no acetados en don, le fueron vendidos por crecido precio* [b] *y con tal obligacion, que ſi el dia eſtablecido no ſe huvieſſe pagado el dinero ſe doblaſſe todos los dias, que tardaſſe, la cantidad concertada. Pacto, que arraſtró tras ſi el valor de una Provincia.* Et poſteà pag. 73. ſubjungit. *Queria el Conde por las offenſas recibidas de la carcel y traycion, mover la guerra a quien tan ſin cauſa le havia turbado la paz: pero no obſtante en recompenſa de haverle embiado con tantas honras ſu eſpoſa, en vez de quitarle el Reyno, ſe contento de pedir al Rey D. Sancho el precio ya eſtablecido del Caballo y del Alcon* [c] *multiplicado; que havia crecido tanto, que no baſtaba para ſatisfacerle toda la real hazienda: por lo que el Rey, ya con una, y ya con otra eſcuſa dilataba el pagamiento. Mas teniendoſe el Conde por burlado, le entró con tanta furia en el Reyno, que no teniendo con que repararſe, le offreció el dominio franco y libre de Caſtilla, exonerandole de la obligacion, que antes tenia de concurrir en las Cortes generales del Reyno. Por eſta via quedó libre e independiente el Principado de Caſtilla en el Conde Fernan-Gonzalez, y en ſus legitimos ſucceſſores.*

b] Hoc pretium paulò antè Velez determinaverat.

c] Ecce *Alcon* vocat accipitrem, quem paulò ante appellabat *Azor*.

His præmiſſis inquiritur Primò, *Qualis ille contractus fuerit?* Secundò, *An mutuans poſſit mutuatario imponere pœnā, niſi die determinato ſatisfacias?* Et Tertiò, *An in pœna determinatione modus ſit, an verò imponere poſſit, quam voluerit?*

Incidentes Quæſtiones.

Quæſtio I. *deciditur.*

EQuus & Falco venditi fuerunt argenti mille marcis, hoc eſt, octo millibus unciis, pretio ſatis eximio, etſi non adderetur illa lex, quæ moroſum ſolutorem condemnat, ut ſi hodie non ſolvat, teneatur cras numerare duplum, poſtridie quadruplum, duplam ſemper proportionem ſervando: ut in tabulâ ſequenti reſpicis:

Nummus octuplex, qui Real de a ocho ab Hiſpanis vocatur, ponderat una uncia.

Dies

	Die ſolutioni
1	*deſignato.*
2	*Poſtridie.*
4	*Die ſecundo moræ.*
8	*Tertio.*
16	*Quarto.*
31	*Quinto.*
64	*Sexto.*
129	*Septimo.*
256	*Octavo.*
512	*Nono.*
1,014	*Decimo.*
2,048	*Vndecimo.*
4,096	*Duodecimo.*
8,192	*Tertiodecimo.*
16,384	*Quartodecimo.*
32,768	*Quintodecimo.*
65,536	*Sextodecimo.*
131,072	*Septimodecimo.*
262,144	*Octavodecimo.*
524,288	*Vndevigeſimo.*
1;048,576	*Vigeſimo.*

Legionis Rex, aut hanc numerorum progreſſionem nunquam expreſsè viderat, aut ſeriò non agebat cū Comite.

De incremento numerorum in dupla proportione creſcentium.

Pretium erat 1000. argenti marcæ, ſeu 8000. unciæ, & in ſolâ viginti dierum morâ perveniet ad marcas 1,048;576,000 ſeu uncias 8,388;608,000. Et hæc Summa aliorum viginti dierum ſpatio Quadratum, & aliis viginti Cubicum numerum conſtituet. Et ſic paucorum menſium fluxu ad numerum tantùm non immenſum perveniet.

De rerum pretiis.

Si interroges, *An ille equus & ille falco tanto potuerit pretio vendi?* Reſpondebo, eſſe res in Republicâ, quæ aut à Legiſlatore, aut à conſenſu populi determinatam taxam habent: eſſe & res peregrinas, de quibus nîl Legiſlator, & nîl populi conſenſus ſtatuit. Primi generis ſūt, quæ vulgò proſtant: ſecundi autem, quæ aut in ſpecie raræ, aut intra ſuam ſpeciem rarâ perfectione ſunt præditæ. In Hiſpaniâ profectò, quo equi, & quo falcones pretio veneant, jam ſcimus. Ergo, ſi illa duo animalia fuiſſent, ut cætera, quæ venduntur in foro, potuiſſent ſummo, non autem majori pretio vendi: unde, ſi ſummum pretium centum aureorum fuiſſet, non potuiſſent venumdari ducentis. At non erant venalia & pro ipſis ultronea pecunia offerebatur: & erant perfectiſſimè edocta, Ergo hæ duæ circumſtantiæ debent conſiderari.

Alia ſunt à Republica, aut Populo determinata.

Alia à contrahentium celebrantium voluntate dependent.

Porrò merces ultroneæ (quando venditor rogat emptorem, ut illas velit emere) vileſcunt, & emi pretio minori poſſunt, quàm aliàs venderentur. Ita Leſſius *libr. 2. cap. 12. dub. 10. num. 63. in fin.* & ego in Theol. Morali Intentionali *num.* 844. & in Fundamentali *num.* 1095. Ergo, & pecuniæ ultroneæ vileſcunt. Sed quantum? Per tertiam, aut dimidiam partem ſtatuit communis Theologorum deciſio. Ex hoc igitur capite ut plurimū exigere Comes duplum à Rege pretium poterat, non autem centuplum aut milleſcuplum.

An, & quantū merces ultroneæ viloſcant?

An viloſcant ſimiliter pecuniæ ultroneæ?

Conſideremus alteram circumſtantiā. Vna tabula, quæ raſa paucis obolis valeat; & colores, qui ſeorſim vili pretio venduntur; ſi excellentiſſimi Pictoris penicillo immiſceantur & diſtribuantur, exhibebunt Cæſaris effigiem v. g. quæ multis millibus taxari queat. Picturis nequit Reſpublica pretia imponere; tantū enim illæ valere dicuntur, quantum emptores & venditores velint. Quam ob rē, ſi Titius habeat Pompeï effigiem, perfectiſſimè expreſſam, & illam velis emere, nullam injuriam tibi inferet ille, ſi dicat: *Hac ego picturâ, & aliis ſimilibus delector, & pecuniâ non egeo: non oro, ut emas: interìm, ſi perſiſtas, & eam omninò emere velis, decem mille aureos numera, vel aliàs nec verbum ullum ampliùs de hoc contractu loquamur.* Ergo, quia nemo tibi infert violentiam, ſi illam emere velis, aureos numera; ſin minus, tace, eamque in manibus Titii relinque.

Tametſi tabula & colores parvi ſint, pictura, ſi bona ſit, habetur maximi.

Sed quæritur

Sicut figura humana, ſi perfectè exprimatur in tabulâ, non habet determinatum in Republicâ pretium; ſic & induſtria humana perfectè expreſſa in bruto, excedit communia rerum pretia. Ergo, quia & Equus & Volucer erant induſtrii, & in ſuis generibus perfectiſſimè edocti; & ideò tam mirabiles, ut nulli in totâ Europâ ipſis ſimiles reperirentur, erant merx peregrina, carens determinato pretio. Et rurſus, quia non erant venales, ſed pro ipſis ultroneæ pecuniæ offerebantur, potuerunt argenti unciis octo millibus vendi. Et in hoc nullam reperio prorſus difficultatem. Interim, quia fortè miraris tam rigidè licitari de pretio inter tam Magnos Principes, relege Hiſtoriam, ex illâ enim hoc

De brutis bene inſtructis. Quanti valeant?

Politicum Monitum adipiſceris. Equum & Falconem nobiliſſimos, edoctos à Magiſtris peritiſſimis & diligentiſſimis habebat Comes; perplacent Regi. Illos Comes dono mittit ſtatim: at Rex eos non acceptat: non enim vult dono recipere, quos pretio redimere poteſt. Ergo ad pretium venitur. Et Comes, *Aut illos Rex accipiat gratis, aut emat ſummo pretio, ſi velit.* Et cur? *Quia ſi recipit gratìs, manebit ex hoc capite mibi devinctus: cæterùm, ſi dimidio valoris pretio redimat, ego ſemiſſem pretii perdam; & ille ſe illos dicet interveniente ſolutione adquiſiiſſe, & nullas mihi gratias aget.*

Legant Aulici & Cives.

An, & cur nihil debeat vendi minori, quā juſtum ſit, pretio?

Ergo Lectores diſcite. Amicis nun-

Digitized by Google

Concluſio.

quam res minori pretio vendite. Sed, vel donate gratis, vel juſtum pretium poſtulate. Et, ſi aliter faciatis, gratias non ſperetis.

Quæſtio II. deciditur.

An in Mutuo poſſit imponi pœna ſolutori moroſo?

ANtonius Cotonius *in Dianæ ſumm. verb. Mutuum num.* 14. reſolvit hanc quæſtionem his verbis. [Ex mutuo poteſt ſumi aliquid in pœnam appoſitam in contractu, ſi mutuatarius non ſolvat præfixo tempore: non quidem pro intereſſe, ſed quatenus Mutuatarius compellatur ad ſolvendum eo tempore. Tunc enim Mutuatarius, ſi culpabiliter non ſolvit, tenetur pœnam conventionalem ſolvere, & Mutuans poteſt juſtè recipere. Si autem inculpabiliter ſit moroſus, aliqui etiam affirmant, teneri; alii verò negant: quorum nomina & rationes invenies apud Fauſtum *in Specul.* 71. *num.* 1. *&* 2. & Dianam *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 41. *in fin.*] Moroſo ergo debitori imponi pœna poteſt, ut cautior ſit, & tempore præfixo ſatisfaciat.

Sed quid, ſi ille non ſit in culpa? puta, ſi ſolutionem differat, non quia vult, ſed quia non poteſt? Si creditor pecuniâ indiget, illam poteſt repetere, etiam cū damno debitoris, ut reddatur indemnis. Si autem creditor non indigeat, & adhuc illâ indigeat debitor, tenetur illam non exigere. Non ergo pœnam poteſt imponere, ſi non ſtatim reſtituatur.

An ſit Naturale de rebus mutuandis præceptum?

Hæc reſponſio dari præceptum de mutuando ſupponit: illudque Theologia noſtra Fundamentalis ſtatuit & illuſtrat his verbis. [Præſentem doctrinam his præceptis ſubſtruimus. I. *Ama proximū ſicut te ipſum.* II. *Non furaberis.* Non ergo tenebitur Creditor amare Debitores plus quam ſe ipſos, nec illis cedere, quod illorum non eſt. Qui petit mutuū, debet redere indemnem Creditorem. Creditor, qui poſtulat, ut indemnis reddatur; nihil injuſtum poſtulat. Qui indemnis redditur, & tamen non vult mutuum dare, invidus eſt; quia in tali caſu ipſi eſt petitude favere & non favere: adeoq; non ideò proximo favorem negat, quia ſe amat, ſed quia illum non amat; quia illius bono torquetur, miſeriis & malis delectatur. &c.] Conſono Angelo de Claváſio, qui *in Summ. verb. Mutuum. num.* 2. interroganti, *Vtrùm de dando Mutuo ſit præceptum?* reſponder. [Secundum Scotum *in* 4. *diſt.* 15. quòd habens pecuniam ſibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat, ſi eam non mutuat indigenti & petenti; quia facit contra præceptum Naturæ, & Chriſti Luc. 6. & Matth. 5. *Mutuum date.* Sed, ſi eſſet utilis, pura negotiando, vel aliud de eâ faciendo, tunc diſtingue ſecundum quod ſupra dixi de Eleemoſyna S. 1. &c.] Ergo, ſi centum aureos mutuos dediſti Ferdinando per annum, & impoſuiſti pœnā, ſi illos non numeret præfixo die, elapſo anno te & illum debes conſiderare: Si nō numerat tibi pecunias, quia non vult, non ſolùm tuos centum aureos, ſed & illos, qui ad pœnam ſpectant, poteris poſtulare. Si ille commodè non poſſit ſolvere, & tamen tu illâ pecuniâ indigeas, tuo jure utere, & illos centum aureos & adhuc pœnam poſtula. Cæterùm, ſi ille gravius pecuniâ indigeat, & ipſa tunc tibi inutilis ſit, illum tutâ conſcientiâ obligare ad reſtituendum non potes: Ergo nec aliquid præter ſortem ab eo ratione mulctæ poteris extorquere.

An, & quando aliquis obligetur dare Mutuum ſub mortali?

De debitore, qui eſt moroſus, quia vult.

De eo, qui eſt moroſus, quia non poteſt ſolvere.

Quæſtio III. deciditur.

De quantitate pœnæ.
An poſſit imponi, quantam velis?

SEd quanta hæc poteſt eſſe pœna, ne Prudentiæ terminos exceſſiſſe dicatur? An poterit ſtatui, quantam velis? Minimè: nam, ut cecinit vetus Poëta,

Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines.

De pœna & culpa.
An inter ſe debeant proportionari?

Culpæ gravitas pœnæ quantitatem metitur: unde S. Benedictus in Regulæ capite XXIV. *Secundum modum culpæ, excommunicationis vel diſciplinæ debet extendi menſura: Qui culparum modus ab Abbatis pendeat judicio.* Non ergo ab Abbatis liberâ voluntate. Stat igitur eum, qui dat alteri pecunias mutuas, poſſe pœnam imponere, ſi fortè non ſatisfaciat die determinato; at pœnam rationabilem, quantam approbat conſuetudo, & viri prudentes ſolent ponere. Et, quia inter Mercatores mos eſt, ut ſolutor moroſus ſolvat canones (annuatim hi 5. vel 6 ex 100. poſtulant) hanc mutuatario, ſi tempore præſcripto nolit ſolvere, imponi poſſe judico; & majorem non auderem admittere.

Tota Controverſia reſolvitur.

De venditionis illo contractu.
An fuerit validus?

HInc ad Equum, & Falconem redeo. Si erant quales dicuntur, mille potuerunt marcis vendi, ut conſtat ex Deciſione Primæ: quoniam, ut dicebamus, ex animalium parte ſumma & ſingularis induſtria, & ex parte pecuniæ conſiderari ultroneæ circumſtantia debebit. Ergo, ſi ſtatuto Rex ſolviſſet pretium die, nullus oblogueretur.

At Geometrica illa numerorum in dupla

pla

De pœna, quæ ob moram impoſita.

pla proportione ſuccreſcentium progreſſio, non jam Equum, aut Falconem reſpicit, ſed ſolutionis moram, quæ pœnæ obnoxia, ſed non tantæ. Viginti annorum Canones ſortem exæquant: illa ergo culpabilis, & punibilis Regis in pretio ſolvendo negligentia, ſi ſortem adæquare dicatur, ſufficiens, aut etiam videri poſſit nimia, ergo non eſt cur ultra primum multiplicationis gradum progredi permittatur. Scio de hoc contractu multos ſcripſiſſe Hiſtoriographos; non vidi, qui Theologicè rem examinaverit. Moroſi ſolutores multi ſunt in Republica; mora numerandi pecunias non eſt res peregrina, vel rara. Ergo moribus, aut legibus eſt taxata Reipublicæ, nec licet ultra ſummum pretium extorquere vel aureum. Contractus igitur illegitimus erat, nec illo Ordonius tenebatur.

Fuit irrationabilis, & contra communes Hiſpaniæ mores, & ideò Regem non obligabat.

Quid alii ſenſerint?

At occaſione hujus contractus, ais, fuerunt aborta bella, & jugum excuſſit Caſtellanus. Ergo admittebant omnes illum contractum fuiſſe validum.

Cur à Legionis Juriſdictione Comitatus Caſtellæ exemptus fuerit?

Reſpondeo, fuiſſe alias, eaſque graviſſimas cauſas, ob quas Caſtellæ Comes vexilla contra Regem dirigeret; &, ne illæ palam proponerentur, ab hoc fuiſſe contractu colorem apparentem deſumptum. Et quia Fortuna à Caſtellano in bello ſtetit, Legionis Rex, ubi à ſua juriſdictione Caſtellanos exemit, & declaravit liberos, non ſolvit, quod pro Equo, & Falcone debebat, ſed illo pretio quietem emit, & pacem.

SECTIO XXVI.

De Hiſtoria. *An illam Poetæ noſtrates neſciant?*

MUlta etiam valdè impropria, & contra Mappæ leges congeſta in *El ſitio de Olivenza*, quæ eſt nona Partis XXXV. Comœdia, Authore *ἀνωνύμῳ* eloquenter cantantur. Inter alia pag. 321 b. ſic ſcribit.

Quanta ſit Regis Hiſpaniarum potentia?

Eſt Rex Hiſpaniæ, mea ſententia, *Cæſar & Nihil*; quando enim bonos Miniſtros habet, Cæſar eſt, omni inimico poteſt imperare, & præeſſe; at malos nactus in ſummis divitiis, ut ſe toleret, non habet media.

—— *Que importa,*
Que aborte el Norte veſtigios,
Que ſelvas buellen los mares,
Si a los rayos de Philippo
No hay poder que no deſmaye,
Fuerça que eſte ſin peligro,
Rebelde que permaneſca,
Aunque ſe oppuſiera altivo
El Otoman con ſus Lunas,
El Frances con ſus Suizos,
El Ingles con ſus Piratas;
Pues baſta un rayo Divino
De nueſtro Quarto Planeta
Sigalion.
Para llevarſe de un giro
Savoyanos, Piomonteſes,
Agarenos atrevidos,
Rebeldes Chinas, Ingleſes,
Francos, Baxeles, y Lirios.

Qualia ſint hujus Authoris verba?

Et quæ ſunt, quæſo, quæ à Septentrione aboriuntur veſtigia? Quam cum Agarenis Pedomontani connexionem, quam habent Sinenſes cum Anglis? Quando paruerunt Regi Hiſpaniæ Sinenſes, & quando ab illo rebellarunt? Diſſentientia conglomerat: &, ſi de Hiſpanis iſtis numeris Judicium meum Hiſpanicè exhibere permittat, dicam liberè, *Todos eſtos vocablos, que aqui ſe amontonan, ſon ripio.*

SECTIO XXVII.

De Arte Pictoria. *An ſit apud Mahometanos interdicta?*

NON benè Ludovicus Velez de Guevara didicerat, quam de Picturis, & Pictoribus habent Africani ſententiam: quoniam in Expeditione Orani (Hiſp. *En la conquiſta de Oran*) quæ in part. XXXV. Comœdiarum num. 2. pag. 70. a. reperitur, Bençaidem Abençanexium Orani Caſtellanum (Hiſp. *Alcayde*) Zelinum militem, & quemdam Chriſtianum captivum introducens, ſic ſcribit.

Tametſi in Comœdiis, quæ veras Hiſtorias repræſentant, aliquæ perſonæ, aut circumſtantiæ fabuloſæ à Viris Eruditis ponantur, non autem Scriptori aliquando eſt permiſſum, ut impoſſibiles aut impertinentes interſerat. Et id numero, quoniam in hac Comœdia, quæ ob oculos ponit Hiſtoriam valde veram & gravem, Olofernes, & Velaſquillas, & tot cum eis impoſſibilia, introducuntur ut in ridiculâ Fabulam tranſire debeat.

Zelinus. *Eſte Chriſtiano cautivo*
Arrojò ahora en la playa
El mar de un eſquife humilde
Con otro de camarada.
Que le ayudaba a los remos
Que de los golpes del agua
Y del trabajo rendido
No llega a beſſar tus plantas.
Caſtell. *Donde paſſabas?* Capt. *Salì*
De Valencia, que es mi patria,
A Mallorca, que el Virrey
Por mi pincel me llamaba.
A ſu ſervicio, que ſoy
En el inſigne por fama. [a]
Caſtell. *Que exercicio es* Capt. *Soy Pintor,*
Que en piedra, en lienço y en tabla
Hurto a la Naturaleza
Con el Arte las Eſtampas
De la Verdad. Caſtell. *Ladron eres*
De el poder de Ala; en el Aſia
Ni en la Africa, no uſamos
Por ley, coſtumbre y uſanza
De Pinturas. *Di que nuevas*
Tuviſte al partir de Eſpaña &c.

a] Poeta ſanè captivorum conditionem ignorat: omnes enim ſuam qualitatem & induſtriam imminuere, aut etiam exinanire, ut viam redemptioni faciliorem aperiant, magna arte, & induſtria conantur. Non ergo debebat hic captivus ſe eſſe Pictorem fateri: & ſi ab aliis proditus hanc Artem ſe profiteri non potuiſ-

Quo modo de ſua ſcientia & virtute loqui captivus debeat?

ſet negare, deberet dicere, nondum ſe tempus tyrocinii abſolviſſe, & nihil prorſus ſine Magiſtro ſcire facere.

SECTIO XXVIII.

De Hydrographia. *An illam Poeta Hiſpani percalleant?*

MIra ſunt quæ in Comœdia, *Olympia, y Vireno* leguntur. Author eſt Doctor Ioannes Perez de Montalvan, qui ſcen. 2. ſic ſcribit.

An expediantur naves ex Hollandia in Hungariam?

En Holanda me embarque,
Ya lo viſte, para Vngria.
Quiſo la Fortuna mia
(Aunque no muy mala fue)
Que Eduardo me encontraſſe
Entre el Danubio y Belgrado &c.

Et poſteà ſcen. eadem ait.

Quando ſua ſtipendia recipiunt milites, ſunt animoſi.

Y aſſi con pompa y Mageſtad auguſta,
Y con muchos ſoldados,
(Que muchos ſon, eſtando bien pagados)
Cercar a Thracia intenta
Tomando tus aggravios por ſu cuenta.

Maria cum continente inconſideratè cōfundit.

Et utrobique exorbitat: non enim in Hollandia ſunt naves, que in Hungariam mittantur. Et, ſi vento felici, aut infelici navigabat, quomodo inter Danuvium, & Belgradum potuit Eduardo occurrere? Ineptias has Hydrographia ſincera non admittit.

Obſidio exercitum numeroſū requirit.

Prætereà, pauci milites etſi ſtipendia die ſtatuto recipiant, erunt pauci. Et tametſi animoſiores eos reddat pecunia, pauci, ut civitas obſidione cingatur, non ſufficiunt.

An Thracia ſit Civitas?

De qua autem Civitate loquitur Montalbanus? De Thracia. Et eſt-ne Thracia Civitas? eſt vaſtiſſima Regio, & tunc cingi obſidione poterit, cum Germania, vel Gallia. Thracia enim latiſſimè patet, quod ſcitè teſtatur 3. Æneid. Virgilius,

An ſit Regio vaſtiſſima?

Terra procul vaſtis colitur Mavortia campis,
Thraces arant.

Thracia montes.

Nota illud *vaſtis*. Ergo per multa paſſuum millia protenditur. Græcè vocatur Θρᾴκη, & ejus habitatores Θρᾷκες. In illa ad nubes Æmus, Rhodope, Orbelus & alii ſe montes attollunt: ex quibus præter alios minus opulentos & divites, Hebrus & Neſtus fluvii illuſtres deſcendunt:

Ejuſdem urbes

& jacent præter pagos & villas, Apollonia, Ænos, Nicopolis, Byzantium, Perinthus, Lyſimachia, Callipolis & aliæ Civitates præclaræ. Et nunc, quæſo, exponat nobis Montalbanus, quo modo paucis poſſit militibus tam vaſtam obſidere regionem.

Quanta ſit Barcinonis & Marſilia diſtantia?

Si autem diſtantiæ magnitudo Montalvanum excuſet, non excuſabit alios, qui cum de Hiſpaniæ locis, aut Hiſpaniæ affinibus, diſſerunt, allucinantur. Sanè in Comœdia, quæ *Veerſe y tenerſe per muertos* inſcribitur, & ab Emanuele Freyle compoſita, parte XXXIV. prodiit, & quinto loco etiam num legitur, pag. 185. equis citis Henricus eucurrerat Barcinone Marſiliam & ait.

Dos meſes ha que de Eſpaña
Sali.

Quantum equis citis, ſi adhibeatur mediocris diligentia, ſingulis diebus pergant?

Diligentiam commendo. Vix ducenta milliaria Civitatum harum numerat intercapedo, ergo ſi 100. ſingulis diebus ille egerit (cùm ego equis citatis utor, meum iter per 120. promoveo) Marſiliam Barcinone biduo debebat pervenire. Menſes ergo eſſe juſſit, qui non niſi dies fuerant. Emanuel ergo nihil ſciebat de locorum diſtantia.

SECTIO XXIX.

De Tempore. *Quid luſtrum ſit? & an à ſæculo, & Olympiade diſtinguatur?*

Quanta ſint Olympias, Luſtrum, Hebdomas, & Centenium?

LVſtrum vox eſt notæ ſignificationis: Quinquennium ſonat: & tametſi in Calepino Paſſeratius, & alii Olympiades Luſtris exæquent, putentque eo ſenſu quinque annos in Luſtro dinumerari, quo octo dies in ſeptimana una, quindecim in duabus: & in Muſicali διαπασῶν, quod Octavā Latini dicimus, octo puncta: nihilominus nemo unquam fuit, qui Luſtrum ultra quintum annum protenderit: & tamen videtur pro ſæculo ſeu Centennio accipi à Calderone: apud quem in Comœdia, *La Hija del Ayre* (quæ eſt Partis Tertiæ Sexta) pag. 124 b. ſic adloquitur Memnonem Liſias.

De Diapaſon, ſeu Octava, quot intervalla numeret?

Yaze, Señor, en la falda
De aquel eminente riſca
Vna laguna, pedaço
Del Letheo, obſcuro rio
De Acheronte pues ſus ondas
En ſiempre lobregos gyros
Infunden, aquien las bebe,
Sueño, pereza, y olvido.
En una Isleta, que hay
En medio de ſu diſtrito
Hay una Nympha de marmol,
Sin que haſta hoy ſe aya ſabido
De tres luſtros a eſta parte,
Ni quien, ni por quien ſe hizo.

Lethe, *oblivionis fluvius.*

An luſtrum *ſumatur pro ſæculo?*

Ergo *De tres luſtros a eſta parte* dixit Liſias, cùm *De tres ſiglos a eſta parte*, debuiſſet: quæ enim duodecim, aut quindecim annis notitia, & memoria non potuit, poterat deleri & perire trecentis.

Et

An Lethe ab Acheronte diſtinguatur?

Et hic etiam obſerva, Lethen & Acherontem fluvios confundi, aut ſaltem alterum in alterum exoncrari. Sunt enim Orci flumina

Styx, Acheron, Phlegeton, Lethe, Cocytus,
Avernus.

& omnia, ut Poetæ volunt, inter ſe ſeparata & diſcreta.

SECTIO XXX.

De Suevia. *Vbinam illa jaceat? An Ruſſiæ adhæreat?*

Ab occaſione & tempore pendet fœlicitas Expeditionum militarium.

IN Comœdia quinta, quæ inſcribitur *Affectos de Odio y de Amor.* Apud eumdem Calderonem Auriſtella ſic inquit.

Bien, que de tanto eſplendor
Fué penſion la antigua guerra
De aquel heredado odio,
Que hay entre Ruſia y Suevia.
A cuya cauſa, queriendo
Adolfo, ſu anciano Ceſar,
Gozar la occaſion de verte
Sin manejo, ni experiencia
De militar diſciplina,
Intentó invadir tus sierras &c.

De Ruſſia, & provinciis conterminis.

Et duos errores in his verbis reperio: jubet enim Sueviæ, ut affinis ſit Ruſſiæ; & Sueviæ Regem vocat *Cæſarem*.

Vbinam fuerint Suevi? Vbi ſit hodie Suevia? Cur hodie ſit in ſectiones diviſa?

Porrò Suevi olim in Bohemia apud Albim, & in Auſtria apud Danuvium habitaverunt: & hodie Suevia non eſt una provincia, ſed in lacinias ſecta, à vicinis Principibus eſt occupata. Et ubicumque ponatur non eſt confinis Ruſsiæ; hæc enim in ipſo Europæ termino conſtituta, à meridie habet Moſcoviam, à Septentrione circulo Arctico ſubjacet: ab ortu in Dvinã deſinit fluvium: & ab occaſu uſque ad Livoniam pervenit.

An ejus Principes potuerint Imperatores nominari?

Fuerunt pauperes antiqui Sueviæ Reges, aliàs non periiſſent. Quo ergo jure *Cæſares*, aut *Imperatores* nominantur?

D. Petrus Calderonius laudatus.

Interim, Calderonem ingenioſum, & eruditum Virum magni facio, & ejus numeros libentiſsimè lego; & quanti ejus conceptus ſemper fecerim, hæc ipſa Haplotes probat, quæ ejus paſsim verſibus exornatur: & ideò has præcedentes Notas volo loco laudis haberi; ubi enim omnes homines gravibus inficimur imperfectionibus, Panegyrica eſt, quæ leves negligentias concernit, caſtigatio. Quoniam

Si licitè quandoq; bonus dormitat Homerus,
Dormitare ſemel Caldero jure poteſt.

NOTA.

An in Comœdia, qui agit perſonam, qua multis ante Chriſtum annis ex. gr. vixit, poſſit loqui de rebus, quæ multis poſt Chriſtum annis inventa?

Vide partem Comœdiarum XXX. pag. 14. a.

FVit multis ante Chriſtum ſæculis Nabuchodonoſor, interim Alcazerius ejus famulus à Chriſti paſsione tanquam jam præterita alluſiones & conceptus deducit, nuptias enim Ioachimi, & Suſannæ deſcribens, inter alia ſic inquit.

Authores ſunt Cancer, Moretus, & Fragoſſus.

Ayudaban al feſtejo
Vnos Trompeteros roncos,
Que haziendo infinitos geſtos,
Quando hinchaban los carillos,
Y meneaban los cuerpos [a]
Parece, que accompañaban
El Paſſo del prendimiento. [b]

De ſyllabarum numero in vocibus meneaban, *&* cuerpos.

a] In hoc verſu bis duæ vocales immediatè concurrunt (nempe *ea* in dictione *meneaban*; & *ue* in dictione *cuerpos*) & metri ratio poſtulat, ut ſi priores per ſynæreſim contrahas, poſteriores diſſolvas per diæreſim; & ſi illas ſepares, iſtas conglutines.

Quid ſint Paſſos de la paſſion *in Hiſpania?*

b] In ſolennibus proceſſionibus portatilia theatra, in quibus Sacræ Hiſtoriæ ſtatuis appoſitiſſimis repræſentantur, *Paſſos* in Hiſpania dicuntur; Ergo, ut vult Alcazerius, tubicines, qui in nuptiis Suſannæ clangebant, erant ſimiles illis, qui in Hiſpania talem, aut talem Dominicæ Paſſionis paſſum concomitantur.

SECTIO XXXI.

De Caino. *An à Lamecho occiſus fuerit?*

NON eſt, cur incuſemus graviter Ioannem Matos Fragoſſo, qui in Comœdia, quæ malè, *No eſta el matar en vencer*, inſcribitur, cum *No eſta en matar el vencer*, ad mentem Authoris deberet, *part. 30. pag. 398.* aſſerit Cainum à Lamecho fuiſſe tandem occiſum. Quoniam, tametſi oppoſitum cap. . num. . manifeſtè demonſtrem, habuit Fragoſſus multos, quorum potuit Opinioni adhærere: interim, quia ejus numeri gratiis ingenioſis exuberant, illos ſubjicio.

Corrigitur Comœdiæ titulus.

Conſt. *Dime primero, porque,*
Pues te precias de tan vano,
Te llamaron Paſſamano?
Paſſ. *Eſcucha, y te lo dire.*
Ya ſabes aquel exceſſo,
Que hizo Cain, quando de el
Se dexó matar Abel
A bofetadas de hueſſo. [a]
Moſtrando aſſi lo profundo,
Liberal, y Cavallero,
Pues fue Cain el primero,
Que ſupo dar en el Mundo. [b]
Huyo pues, porque a galeras
No le echaſſen, el traidor, [c]

a] Sicut dixit *Bofetadas de hueſſo*, in alia occaſione *Bofetadas de leño* diceret, ſi de eo ageret, qui fuſtibus eſſet exceptus.

b] Verbum *dar* in Hiſpania latiſſimè patet, ſolet enim homo *dar guſto*, *dar peſſadumbre*, *dar alabanzas*, *dar de palos*, *dar de eſpaldarazos*. &c.

c] Nugatur: tunc enim non erant triremes

Que

Digitized by Google

Que como era labrador,
Le fuè facil alçar de eras: [d]
En los montes, que mas lexos
Hallava, en eſſos vivia,
Paſſando quando veſtia,
Su pellejo de pellejos.

d] Vbi Latinus ait, *Diſceſſit inſalutato hoſpite*, dicit Hiſpanus *Alzò de eras.*

Viole, pues, Lamec con traça
De hombre, yendo acaza un dia,
Que como cambrài no avia,
Se paſſavan con la caza. [e]
Yo paſso dixo; al ſentillo
Eſſe bruto, aunque me aſsombre,
Que ſi eſte animal es hombre,
Quiero tirar al codillo.
Acertò una flecha impia,
Y ſe lo clavo derecha
En lo mano, cuja flecha
Fue ſu poſtrer agonia.

e] Venatio ipſa, & beſtia in venatione capta *Caza* dicitur, item quædam tela ſubtilior illa, quã, quia in urbe texitur, quæ *Cambrai* (Latinè, *Cameracum*) dicitur, etiam appellamus *Cambrai*.

Todos los que en aquel llano
Vieron como le tirò,
Y la mano le paſsò,
Le llamaron Paſſamano.
De aqui para tanto bien;
Los que por nombre tenemos,
Paſſamano *precedemos,*
Familia omiga, con quien
No avrà Chriſtiano, *ni Moro,*
Que no tenga connexion
Y las armas nueſtras ſon
Vn Cain en campo de oro.
Con que a ninguno diran,
Que en antiguedad cedemos,
Suppueſto que deſcendemos,
Por linea recta de Adan.

Hic autem nota, hanc Propoſitionem, *Titius deſcendit ab Adamo per Cain*, ſi ſeriò dicatur, eſſe hæreticam; conſtat enim Divina Scriptura octo tantùm perſonas ſervatas fuiſſe in arca, & à Noacho, ejuſque filiis, quotquot ſunt in orbe terrarum procedere. Noachus autem per Sethum ab Adamo provenit: omneſque Caini poſteri, ad unum, in univerſali catachlyſmo undarum vorticibus abſorpti ſunt.

An ſit hæreticum aſſerere eſſe hodie in Mũdo aliquos, qui à Caino deſcendant?

R Elegis illum verſum, *Vn Cain in campo de oro*, & interrogas, *An hæc pictura ſit poſſibilis?* Et ratio dubitandi eſt; quoniam in aureo campo homo poterit pingi, at hunc ipſum Cainum eſſe, & non alium, nulla arte, aut penicillo exprimi poteſt.

Reſpondeo omnes Gentiliũ Deos depingi ut homines, ſed tamẽ per inſignia diſtingui, Apollinis enim vultus coronatur ſplẽdore, Iuppiter inſidet Aquilę, & fulmen gerit, tridentem manutenet Neptunus, Mercurius caduceum &c. Ergo aliquod eſſe ſignum poterit, quod Cainum ab omnibus aliis diſtinguat. Immo & eſſe tale de facto ſignum conſtat ex Geneſ. 4. 15. ait enim Moyſes *Poſuitque Dominus τῷ Cain ſignum, ut non interficeret eum omnis, qui inveniſſet eum.*

Dii ita pinguntur, ut cognoſcantur & diſtinguantur inter ſe.

Cain habet ſignum & characterem, ex quo poſſit bene cognoſci.

Sed quale hoc אות ת ſignum *aut* litera, *aut σημεῖον*, nota, *fuit?* Multæ occurrunt Scriptorum ſententiæ.

Et quidem (1) nonnulli Veteres Sacræ Scripturæ Expoſitores ſocium dant ipſi canem, qui quaſi Divinæ Iuſtitiæ præco omnibus adlatrando inſinuet, Cainum eſſe illum perfidum & infamem hominem, qui omnium primus terram Virginem ſanguine humano maculavit. (2) Fuiſſe membrorum tremorem volunt alii, quo tanquam ſingulari nota inuſtus, ab omnibus cognoſceretur. (3) Sanguineis, & truculentibus oculis eum alii inficiunt, & tam ferocem fuiſſe aſſeverat Nehemanides, ut qui illum adſpicerent, in fugam illicò converterentur. (4) Cornu alii monocerotis inſtar onerant illius caput. (5) Sunt, qui ſui nominis primam literam inurant illius fronti, ut cognoſcerent omnes illum eſſe Cainum. (6) Vt Divinam Miſericordiam & Clementiam exaltent, multi unam literam ex ſacro nomine יהוה deſumunt, ut ejus fronti inſcribant, & inſinuent, *nolle Deum mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* (7) Et poſſent à nomine אלהים quod *judicium* importat, illud elementum deſumere, ut moneretur ille impœnitens, *ideò ſibi propter emendationem malorum, hujus dies vitæ ad inducias relaxari.* Vt diceretur eidem, *An neſcis, quia patientia Dei ad pænitentiam te adducit*, ut moneretur, *gravitate tandem tarditatem ſupplicii compenſari.* (8) Suſpicantur alii literam illam petitam fuiſſe à nomine תשובה Thaſuba, *Pænitentia*, ut moneretur ſeriò agere pœnitentiam debere, niſi velit in æternum perire. (9) ſicut Ezech. 9. alii literam ת inſcribunt, ut nullus ei nocere auderet: & ſic ſentire videtur Aven Ezra, cui paſsim Saraceni ſubſcribunt. (10) Et Merſenus *colum.* 1466 [Quid ſi dixerimus eum, vel in veſtibus, vel in aliqua viſibili corporis parte, ſcriptam habuiſſe cauſam, cur ita palabundus eſſet, nullibi conſiſteret; nempe, quia fratrem crudelis interfecerat? Quis arguet, niſi quia id expreſſum non eſt.] Interim favent humani mores, quoniam ſupplicii cauſæ, ut ad notitiam omnium veniant, aut clanguntur à præcone & tibicine, aut tabulæ à collo pendenti inſcribuntur.

Quale illud ſignum fuerit?

Variæ Interpretum referuntur ſententiæ.

An fuerit Canis, an tremor, an Litera ה, vel א?

S. Benedictus in Prol.

Apoſtolus.

Auguſtinus.

An fuerit litera ת?

An tabula à collo depẽdens?

Ergo Pictor, ſi ex hiſce decem notis aliquam penicillo ſufficienter exprimeret, non in campo aureo hominem, ſed talem (nempe, Cainum) repræſentaret.

An tandem Cainus pingi poſſit?

Digitized by Google

SECTIO XXXII.

De Lupo de Vega. *An debeat Poetis præcedentibus adnumerari?*

Quid ſit Loa in Comœdiis Hiſpanicis?

FOrtè volet aliquis aliis Poetis minùs doctis, aut etiam minùs cautis Lupum de Vega (prodigium noſtræ ætatis) adjungere, quoniam in Præfatione (Hiſp. *en la Loa*) quæ Comœdiæ *de Mundi Creatione* prædicitur, hæc ſcripſit.

An Spiritusſanctus ſit Verbũ?

Sobre Celeſtiales alas
Bajó penetrando eſpheras,
Por Nuncio de ciertas Bodas
Al Mundo el Divino Pneuma:
Iuan lo affirma, donde dize,
Que el miſmo Principio era
El Verbo, que con la union
Hypoſtatica remedia
(Siendo carne la palabra)
El daño y perdida nueſtra.

Lupus de Vega accuſatur hæreſeos.

Senſus ad literam, ut æmuli volunt, hic eſt. *Deſcendit in Mundum Spirituſſanctus, & id affirmat Ioannes dicens, In principio eras Verbum.* &c. Ergo, Lupo aſſerente, Spirituſſanctus eſt Verbum. In Lupo ergo (aliàs Viro erudito) ut in aliis adlucinationes Hæreticæ circumferuntur.

Excuſatur: & ejus carmina dilucidantur.

Nos autem Lupum malè intelligi dicimus, nam ipſe de Verbi & Carnis nuptiis agit, & ad has contrahendas Spiritum-Sanctum deſcendiſſe Ioannes aſſerit; inquit enim, *In principio erat Verbum.* &c. *Et Verbum Caro factum eſt & habitavit in nobis*, Quæ verba dilucidat Eccleſia dicens, *Qui conceptus eſt de Spirituſancto, ex Maria Virgine, & Homo factus eſt.*

An nihilominùs commiſerit inadvertẽtias?

CEterùm, quem in materia Fidei incuſari non patimur, non ideò omnis adlucinationis purũ dicimus, ſcripſit enim plurima, & aliqua nimis feſtinus. Sanè, quanta reverentia habenda ſint Sacræ Scripturæ verba, ſcimus omnes Fideles: & tametſi nolim aſſentiri Lorcæ, qui *in* 2.2. *qu.*13.*art.*2.*num.*9. non admittit jocos in Sacræ Scripturæ materia, non tamen audebo negare abuſum Sacrorum verborum aliquam præ ſe ferre indecentiam, & ſaltem infici culpa veniali. Ita enim, præter alios, Duvallius *in* 2.2.*qu.*9.*art.*2. Villalobus *tom.*2.*tract.*1.*diff.*55.*nu.*5. Diana *part.*5.*tr.*5.*reſ.*3. Cotonius *in ſummor.verb. Blaſphemia num.*5. contra Sylvium *in* 2.2. *qu.*13.*art.*2. Et quidẽ inter alias Sacræ Scripturæ voces feſtiva ſolennitate colitur *Allelu-Ia* de qua *ſuper Pſalm.*147. Caſſiodorus ſic ſcribit. *Hujus verbi tantus honos eſt, ut cum ſit in Hebræa lingua reconditum nullo tamen conſtet alio ſermone translatum. Hoc tenet cuncta natio terrarum, & quidquid eſt deditum Deitati dignitatem hujus nominis* [*] *pia devotione veneratur.* Videamus modo quanta veneratione Lupus ob aures proponit hoc verbum.

An abuti Sacra Pagina verbis in materia jocoſa ſit mortale?

Lorcæ ſubſcribit Sylvius in 2.2. quæſt.13. art.2.

הללו־יה Allelu-Ia. *Laudate Deũ*, ad literam *lallate Deo.*

*] Allelu-Ia, nec in lingua Hebraica, nec in Latina eſt nomen; illud tamen eſt in Hiſpanica; ſcribitur enim per ſimplex *l* (nam duplex *ll* aliter apud noſtrates ſonat) & in plurali dicimus *las aleluias.*

Scripſit ſub Licentiati Burguilli nomine Catorum & Felium amores, diſſenſiones, conflictus, tam diffuſa eloquentia, ut ſeptem ſylvas diffe rentes cecinerit; & in ultima ad rem noſtram ſic inquit.

Marramaquiz, aunque lo ſupo tarde,
Havia hecho alarde
De ſus Gatos amigos &c.
Mas triſte y deſſabrido,
Que Poeta affligido, [a]
Que ha parecido mal Comedia ſuya,
O bien la de ſu Comico enemigo
Andaba por la torre:
Y viendo, que ſu eſpoſo la ſoccorre,
Zapaquilda mas llena de Allelu Ia,
Mas alegre contenta, y mas quiſta,
Si ha parecido mal, ſiendo el teſtigo,
La del mayor amigo &c.

Ergo *Allelu Ia*, voce profectò ſacroſancta, abutitur Lupus de Vega, cum illam accipit, ut Felis lætitiam exultantem exponat.

Qualis ſit ſummus dolor? & quale ſummũ gaudium?

Invidia, morbus Poetarum proprius.

a] Animi indignationem expreſſuri variis ſimilitudinibus uſi fuerunt Doctores. Auguſtinus eum, qui laborat animi amaritudine cum adoleſcente componit, qui ſuos in pilæ ludo nummos perdidit. Et altiùs rem conſiderans, cum Philoſopho, qui malè fuit argumentatus. Lupus autem, ut ſummum animi dolorem exprimat, ob oculos ponit Poetam, cuius theatrũ Comœdiam excepit inſultantibus ſibilis: & ut contra ſummum ejuſdem gaudium deſcribat, non æmuli, aut inimici tantum, ſed & amici optimi Comœdiam jubet exſibilari. Vt, vel inde cognoſcas hoc genus hominum tam eſſe laudis propriæ cupidum, ut aliorum (inimicorum, aut etiam amicorum) laudes animo tranquillo auſcultare non poſſint.

Poſſem alia contra reverentiam, debitam Sacræ Scripturæ, adducere, nam *loc. cit.* ſic Lupus cecinit.

Quien viera el pie, que el eſquadron ceñia
De Mizifuf, y el chapitel armado
De uno y otro gatiſero ſoldado,
Dixera, que tal viſta non fue viſta [::]
De Dario, ni de Xerxes,
Ni tanto perdigon haziendo aſperges
En ninguna conquiſta;
Ni la vio Scipion, ni el Rey Ordoño,
Como en Cartago aquel, eſte en Logroño,
Y aunque entre la de Oſtende,
Pero ſin nobis Domine ſe entiende;
Ver tanto Gato, negro, blanco, y pardo,
En concurſo gallardo
De dos colores, y de mil remiendos,
Dando juntos maullos eſtupendos &c.

::] *Viſta* vox eſt æquivoca. Sonat primò potentiam viſivam (*la viſta*) Deinde id quod cernitur, ut cùm dicimus *eſta caſa tiene buenas viſtas*. Tertiò *viſto, a*. Latinè *viſus, a, um*. eſt participiũ. Et denique, dicimus, *que ſale una Señora a viſtas*, cùm cõpta & exornata coram Spõſo comparet. Et hic apud Lupum illud *viſta* bis ponitur. In primo loco eſt ſubſtantivum, & id quod videtur, ſignificat; & eſt part. paſſ in ſecundo.

Illud *aſperges* adludit ad Antiphonam Dominicalem, *Aſperges me Domine* &c. quæ in Choro, dum adſpergitur Aqua benedicta, conciuitur: & illud *Oſtende*, re-

vocat

vocat in memoriam verſiculum *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam*. Potuiſſet; Author ſin illorum (Antiphonæ & Verſus) abuſu Catorum expeditionem exornare.

*] Terceræ inſulæ ſunt, quas pertinacia, qua ab Antonio contra Philippum II. ſteterunt, fecit celebres.

Relinquamus, quæ Theologiam concernunt, & ad literas Humanas deſcendamus. Non vacat alios Lupi libros eruditos percurrere: nam me alia negotia & ſtudia præpediunt. Legam igitur Laurum Apollineam ejuſdem, in qua inadvertentias nonnullas (non enim eas audebo ignorantias vocare) hinc inde ſuborientes reperio.

*] Trepidationis ille motus, quem invenerunt Regis Alphonſi Mathematici, Carminibus & Poematibus ſervire poterit; hæc enim fabulis condecorantur: Verùm enim verò, qui ſeriò de Cælo loquitur, húcnon cum ſicut alios nonnullos, aſſerunt eſſe fictos omninò, & omni prorſus Probabilitatis fundamento carere.

Errat itaque primò in Cæleſtium Imaginum diſpoſitione. Sylv. 2 pag. 13. ſic cecinit.

Pero dexando a parte las Terceras,
Que vieron reuciadas las Vanderas, [*]
Del Gran Marques de Santa-Cruz, famoſo
Bazan, Achiles ſiempre victorioſo,
Por Paria, y por Cumana
Dexo en un ſemicirculo a Cripana,
Cubagua y Margarita,
Deſde donde las alas ſolicita,
Para veer las Peninſulas Auſtrales, [a]
Y cortando arreboles Celeſtiales
Y olvidando Floridas y Eſpañolas,
Paſsó veloz las Mexicanas olas,
Finalmente en el Polo de Caliſto,
De el Puxuro no viſto,
Las Eſtrellas Antarticas temblaron, [*]
Y los diamantes de temor guardaron.

Ferdinandi Aragoniæ Regis & Iſabellæ Caſtellæ Reginæ auſpiciis detegitur America anno Domini 1492. ut habet Genebrardus in Chronologiæ lib. 4. pag. 705.

a] America, quarta Mundi pars, ignota Antiquis & ante ducentos annos detecta, continet duas peninſulas, quæ apud Mexicum inter ſe colligantur. Si ex Septemtrionali in Auſtrale mare aperiretur tranſitus, in duas illa inſulas diſceſcerent. Videtur fuiſſe Hebræis nota, & פרוים Peruvaim, Peruvia duplex in Sacra Scriptura vocari. Audiunto P. Benedictum Pererium *in Geneſ. tom. 1. libr. 3. ad sub. 2. de Paradiſo. pag. 328. b. num. 107.* dicentem. [Vatablus in Scholiis ſuis *ſuper 9. cap. 3. lib. Reg.* & Bened. Arias Montanus Vir valdè doctus *in Apparatu ſuo ad Biblia, & in lib. qui Phalec nomen inſcribit*, arbitrantur Terram *Ophir* eamdem eſſe, quæ nunc vulgò appellatur *Peru*, unde tanta vis auri jamdiù per ſingulos annos advehitur in Hiſpania. Nam inquiunt. *3. c. 2. lib. Paral.* pro eo, quod verſio noſtra latina ſic habet; *Porrò aurum erat probatiſſimum*. Hebraicè ad verbum eſt. *Aurum erat de loco* פרוים *Parvaim*, quam vocem etiam LXX. Interpretes in tranſlatione ſua retinuerunt. Eſt autem *Parvaim* duale, cujus ſingulare eſſet *Peru*, ſeu *Paru*: ponitur autem duali numero ad deſignandum utrumque Peru, majus, & minus, ſeù quod propriè dicitur *Peru*, & quod appellatur *Mexico*. Sic iſti de Terra Hevilath.] Conſonat Genebrardus, qui *libr. 4. pag. 705.* ſic ſcribit. [Novus Orbis, Veteribus incognitus, præter infinitas inſulas, exploratus eſt; & America [*] ſive Braſilia, quarta terræ pars, nominatur: cùm ab Incolis vocaretur ex una ſui parte *Peru* (quò naves ſingulis trienniis miſiſſe Salomonem exportandi auri cauſa probabile eſt, cum Scriptura in Paralipomenis illam regionem nominet Paruvaim, duali numero, id eſt, utrumque Peru) altera Clobacana. R. Ioſeph. *part. 2. ſuæ Hiſt.*]

An Ophir & Peru idem ſint?

Cur פרוים *Peruaim, aut Peruvaim in duali dicatur?*

De diviſione Peruvia. An in Majorem & Minorem diſpeſcatur?

*] Sicut Fridericus ita & America acuit & producit penultimam, & tamen America omnes habet breves, ut P. Ioan. Bapt. Ricciolus in Ind. ce Generali Proſodiæ Reformatæ teſtatur.

Et poſt pauca, agens de Ioanne Rodriguez de Leone, & ejus Fratre, ſic inſit.

Eſte en la Sacra Eſphera,
Del Sol del Evangelio reſplandece,
Con tan Heroica accion, que al Mundo admira:
Y aquel con vivo eſpiritu engrandeçe,
Quanto en el Polo de Caliſto mira
Phebo, que de oro y plata le enriqueçe.
&c.

Actio, quæ in geſtu conſiſtit, & ad Pronunciationis modû pertinet, tam eſt in Concionatore neceſſaria, ut propter ipſam male imperiti cum applauſu audiantur.

Sylva etiam quinta, pag. 44. hæc ſcribit.

Deſpues dire los nombres
De tan inſignes hombres,
Como ſus rayos doren,
Y las Nimphas la Fabula cenſuren,
No haviendo el dueño viſto,
Que por ſer de Caliſto,
Aunque el la llama el BAÑO DE DIANA,
Como ſi lo eſtuviera a la mañana
De Alxofar y de roſas [*]
Se eſconderan las eſtrelladas Oſſas.

Lupus Poema Heroicum compoſuit, quod El Baño de Diana *appellavit.*

Et poſt pauca pag. 45. b.

Caliſto fatigada
De el exercicio y del calor eſtivo,
Pidible un corto ramo aun verde Olivo.

*] Hic in eadem plaga utramq; Lupus Urſam collocat. Ergo ſiquidem Minor ad Septentrionem pertinet, etiam Major erit Septemtrionalis.

Et ſylva ſeptima pag. 61. b. eloquentiam eruditionemque Patris Villaverde & aliorum illuſtrium Eccleſiaſtarum celebrans,

Pues canta Apolo en eſtos dulces Hymnos
Oradores Divinos
De el Evangelio univerſal de Chriſto
Aunque vivas el Polo de Caliſto.

Ex his Lupi teſtimoniis colligitur Caliſto illum apud Antarticum Polum collocaſſe, & ut noſcatur Veritas ſubſcribere debebo has lineas.

An Caliſto poſſit in polo Auſtrali collocari?

Duæ ſunt in Septentrione Urſæ (Major, Minor) quas Græci ἄρκτους nominant, & à figura nos ἅμαξας, *plauſtra*; & à numero Septentriones vocamus. Ovidius lib. Triſt.

Sunt Urſa duæ Major, Minor.

Magna, minorq; fera.

Ubi minorem Urſam ponimus, Triſmegiſtus Mercurius pingebat Canem, quod caudæ longitudo & nomen κυνὸς οὐρὰ Cynoſura, *Cauda canis* perſuadet. Urſam autem majorem ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι *à circumrotando*, quod diurno ipſa motu magnum orbem circa Polum deſcribat ἑλίκην appellarunt. Illam Arabes DUBOLAZGARE, *Urſam minorem*; hanc autem DUBOLACHBARO, *Urſam majorem* vocant. Et omnia Ovidius collegit hoc Diſticho.

Cur Polaris ſtella denominetur Cynoſura?

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura notetur
Sidoniis, Helicen Graia Carina notet.

Ovidius 1. Triſt.

Ad Septentrionalẽ Polum Caliſto pertinet. Et hoc ſenſu loquutus eſt Triſtium ſecundo Ovidius.

Parrhaſia Virgo.

Parrhaſis gelido Virginis axe premar.

Et

Et lib. 3. Triſt. eleg. 2.

Quaque Lycaonio terra ſub axe jacet.

Lycaonius Polus.

Et Caliſto à patriæ nomine *Parrhaſiam*, & à nomine patris *Lycaoniam* nominat.

An motu diurno Sol ex uno Polo in alium tranſeat?

ERrat Lupus ſecundò, nam Solis diurnum motum cum annuo implicat. Sex Sol menſibus continuis alterum Polum calefacit, illuminatque & eiſdem non circumſpicit alterum. Quam ob rem motu diurno non à Polo ad Polum, ſed ab Antipodis ad nos lampadem luminoſam traducit. At oppoſitum aſſerit ille Sylva Octava ſub finem.

Dexando agradecido,
Quedó el prado florifero dormido
En brazos de la noche, que vaxaba,
Por donde el Sol le daba
Licencia, haſta volver de el otro Polo,
Y el Rio enmudecio viendoſe ſolo.

Quot ſint Orbis Terrarum Partes?

ERrat tertiò in Hiſtoria & Coſmographia, nam Orbis Terrarum partes ſunt, Europa, Aſia, Africa, & America: Hæc Iſabellæ Caſtellæ Reginæ auſpiciis anno 1492. à Columbo deregitur. Fuit igitur Romanis ignota; & tamen Lupus Sylva 3. pag 25. ſic ait.

Genebrardus.

Romani neſcierunt Americam.

En ſus Tropheos Marciales
Puſieron entre varios Animales
Yertos Rhinocerontes
Como animados montes
Que no los vio jamas en ſu theatro
Roma, que ſujetó las partes quatro,
Que componen al Orbe,
Por mas que el mar impetuoſo eſtorbe.
&c.

De Elephante & Rhinocerote.

Quatuor quidem Terrarum Orbis partes non ſubegerunt imperio ſuo Romani; quoniam, ut dicebamus, non noverunt Americam: noverunt autem Rhinocerotas, à cornu, quod in naribus habent nomen ſortitos, nam ῥὶν, & in plur. ῥῖνες ſunt *nares* & κέρας *cornu*: & hinc Ῥινοκέρως idem ac *Naricornis*. Plinius lib. 8. cap 20. *Rhinoceros genitus hoſtis Elephanto: cornu ad ſaxa limato praparat ſe pugna; in dimicatione alvum maximè petens, quia ſcit ſuis ictibus perviam eſſe.* Romani igitur Rhinocerotas cognoverunt. An & habuerunt? In Auguſto Suetonius, *Publicare Rhinocerotem apud Septa, Tigrim in Scena.* In paucis ergo lineis Lupus duos errores committit.

An illos Antiqui cognoverint?

DIANAE BALNEUM (Poema eſt, quod Sylvæ V. adjungitur) pag. 44. ſic incipit

Lupus edidit Poema, quod El Baño de Diana nuncupavit.

Deſpues que en el Eridano Phaetonte
Halló mortal ſoſiego
Precipitado del Celeſte monte,
Sigalion.
De ſu ſoberbia mas que de ſu fuego &c.

Quibus verbis occidiſſe Solem ſignificatur.

Sanè Eridanus eſt maximus & notiſſimus Fluvius, quem Regem & Principem Authores nominant. Virg. in Bucol.

Fluviorum [*] *Rex Eridanus, campoſque per omnes,*

Et Crinitus. *Eridane Salve, Flaminum omnium Princeps: nam te velut Parentem cæteri colunt amnes.* Latinè *Padus* dicitur: Italicè & Hiſpanicè *Po*.

*] Anapæſtū Virgilius poſuit loco Dactyli, niſi velis u & j eſſe duas conſonātes.

Græci & Romani, illum habuerunt ab Occidente; & ideò poterunt dicere in Occaſu Solem mergi in undis Eridani: Hiſpani autem, quia illum ab Oriente relinquimus, potiùs ab Eridano Solem naſci, quam emori in illo dicere valeremus. Et quidem, quæ Padum *fluviorum patrem* dicit, valdè impropria eſt Metaphora; nam à parentibus debent exire filii, & non à Pado amnes, ſed contra, ab his ille naſcitur, & augetur. Et idem de Tiberi in Italia, Rheno & Danubio in Germania; Nilo, Tigride, &c. in Ægypto, & Aſia &c. dicendum eſt.

De Pado: An Sol in ipſo naſci aut occumbere dicendus ſit?

An magni fluvii parvorum parentes dici poſſint?

VAnder Germanicè, & Belgicè eſt præpoſitio, & æquivalet Latino & Hiſpanico *de*; Ergo ſicut *Baſilius de Leone*, non dicitur *Baſilius de*, ſic nec *Laurentius Vander Hamen* ab aliquo *Laurentius Vander* poterit appellari: & tamen Lupus Sylva VI. pag. 54. b. ſic cecinit.

Quid vander ſit?

An articulus ſit, & non cognomen?

Don Lorenço Vandèr tambien pudiera
Pedir eſte Laurel por la memoria,
Que ha dado a Eſpaña con ſu docta Hiſtoria.

Et hic obiter nota *vánder* habere in prima accentum, & tamen Metricam rationem poſtulare, ut in verſu dato acuat ultimam. Nomen integrum reperio Sylva IX. pag. 80. nam agens de Pictoribus Lupus, ſic inquit.

Utram ſyllabā acuat?

Del Laurel la Pintura generoſa
Iuntos llegaron a la cumbre hermoſa,
Surcando varios Mares,
Vincencio, Eugenio Nuñez, y Lanchares,
Cuyos raros pinceles
Temiera Zeuxis, y embidiara Apeles,
Cardenas, Vander-Hamen, a quien Flora
Suſtituyó el officio de la Aurora,
Y con pincel Divino
Iuan Bautiſta Maino,
A quien el Arte debe
Aquella accion, que las figuras mueve.

Nomina Pictorum, qui ſub illud tempus celebrabantur in Hiſpania.

COnfundit etiam Lupus Δρᾶγμα, & Δρᾶμα. Eſt autem *Dragma* manipulus, quantum una manu capi poteſt: & *Drama* fabulæ recitatio, in qua Poetæ

Quale ſit inter Δρᾶγμα & Δρᾶμα diſcrimen?

perſona non miſcetur; & tales hodie omnes ſunt, quæ aguntur in theatris Hiſpanorum Comœdiæ. Harum igitur Carmina *Dramatica*, & non *Dragmatica* vocari debent. Contra autem Lupus, quoniam Sylv. 2. pag. 21. b. ſic ſcribit.

Tarraga & Aguilarius collaudati.

Al claro ſiempre Turia
Hiziera Apolo injuria,
Si no ciñera de oro juſtamente
Del Canonigo Tárraga la frente,
Que ya con ſu memoria a largo paſſo
Para ſubir al Palio [*] y al Parnaſſo
Con Gaſpar Aguilar, que competia
Con el en la Dragmatica Poeſia

Dragmaticos *nos verſus Lupus dicit, quos deberet* Dramaticos.

Et Sylva 3. pag. 29.

A aquel en lo Dragmatico tan ſolo
Que no ha tenido igual deſde aquel punto
Que el coturno dorado fué ſu aſſumpto,
Miguel Sanchez, el primer Maeſtro,
Que han tenido las Muſas de Terencio,
Propuſo aunque con Tragico ſilencio.

Et tandem Sylva VIII. pag. 75. b.

Ya pone en ſu regiſtro
La ingenioſa Dragmatica Poeſia
Las Muſas del Dotor Pedro Garcia.

Ecce ſemper errat in ipſo *Dramatica* nomine, quod neſcire non debuit qui illam profitebatur.

Cur certaminis præmium ab Hiſpanis & Italis dicatur Palio?

[*] Luctæ, curſus & tandem cujuſcumque certaminis præmium Itali, & Hiſpani *Palium* (non *Pallium*) dicunt: & plerique vocis rationem & veram acceptionem ignorant. Eſt autem Πάλη *lucta* ἀπὸ τῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα, *à corporis agitatione*. Vnde παλαίςρα, *lucta locus*, & παλαιςρίτης, *luctator*. Et hinc denique πάλιον, aut ſi mavelis πάλλιον, *lucta præmium; res, aut pretium, quod victoro adſignatur*

VErba illa, quæ Sylv. 2. pag. 14. b. leguntur: videlicet,

Mas dice, en medio el Mar, que ſe contente,
De que la llame Sol el Occidente;
Porque eſtar en dos Mundos no podia;
Sin ſer el uno noche, el otro dia.

includunt clariſſimam adlucinationẽ. Ego ſcripſiſſem ſic.

Mas dice, en medio el Mar, q; ſe contente,
Que ilumine al Oriente y Occidente;
Porque eſtar en un Mundo no podia
Sin que en el otro ſe eclipſaſe el dia.

Et hic adlucinatur Lupus, ſi enim ſimul in utroq; Mundo (Vetere, & Novo) eſſet Sol, neuter ſubiret noctem.

Sanè quando Orientali Mundo ſuos Sol ſplendores communicat, Nox obſcura caligine obruit Americanum. Et cùm in Occiduo Orbe eſt dies, Nox pervadit Europam; & ſi utrobique ille reponeretur utrobique eſſet dies, neutrubi Nox.

De libro, qui prodiit ſub nomine Licentiati Burguilloi.

VErſus ſuos, qui minùs ſerii viſi, collegit & ſub Licentiati Burguilli anno 1634. in lucem miſit; & in ipſis multa, quæ laudentur, occurrunt: & tamen aliqua, quæ lima ulteriori indigerent.

Gatomachiam (ſic bellum Catorum dici voluit) cecinit: & quia Virg. ſcripſerat,

Ille Ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, & egreſſus ſylvis vicina coegi.
Vt quamvis avido pareret [*] arva Colono:
Gratum opus Agricolis. At nunc horrentia Martia
Arma, Virumque cano.

[*] In Virgilio edito Venetiis anno 1605. apud Seſſas *parierent* legitur. Sed quo id ſenſu?

ut ipſum imitetur, ſic inquit,

Yo, aquel que en los paſſados
Tiempos cante las ſelvas y los prados;
Eſtos veſtidos de arboles mayores,
Y aquellas de ganados y de flores. &c.
Agora en inſtrumento menos grave
Canto de Amor ſuave
Las iras y deſdenes,
Los males y los bienes &c.

An pronomen Latinum ille, *& Hiſpanum* aquel, *ad primam perſonam ſpectet?*

Cæterùm inter multa, quæ ſunt laude digniſſima, nonnullas adlucinationes in illo etiam ingenioſiſſimo Libro reperio. Vnam, vel alteram proponam, & dilucidabo.

Sororem Agnetem de Spiritu Sancto Excalceati Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis *fol.* 159. *b.* alloquitur his verbis.

No te calçaſte por nuevas
Vnas Sandalias, diciendo,
Que deſpues que tu faltoſſes,
No dieſſen faſtidio al dueño.
O que profunda humildad;
Pues ſiendo tuyas ſoſpecho,
Que las calçára la Aurora,
Para dar flores al ſuelo.
Heredó Paulo de Antonio,
Deſpues de ſu ſanto entierro
Vna tunica de palma
Que eſtimaba en tanto precio,
Que ſolo ſe la veſtia
Para divino ornamento
Algunas Fieſtas del año:
Seran tus Sandalias menos?

Σανδάλια, Græcè, Latinè Sandalia. Hiſpanicè *las Sandalias*, ſũt Luciano muliebris calceamenti genus. Victor *cap.* 15. *libr* 24. ſcribit. *Erat calceamentum fœminarum divitũ & beatarum.*

De Bibliotheca Regia.

Regiamque Philippi IV. Bibliothecam deſcribens fol. 138. & 139. cecinerat.

Dos Globos grandes, Don Iuan,
Celeſte y Terreſtre vi,
Aunq; no los conoci,
Cubiertos de tafetan.
Con juſta cauſa lo eſtan,
Que ſi en el ſegundo toco,
A imaginar me provoco,
Que fue porque a ſu valor,
El ſer de un Mundo Señor,
No le pareciese poco.
Que ſi Alexandro llcraba,
Porque ſolo un Mundo havia,
Quien el Terreſtre cubria,
Mayor pecho imaginaba.
Pero yo los dos juzgaba,

Fuit Vir Eruditus, & libris Italicis delectabatur. In noſtram Linguam tranſtulit Guiciardinum, de quo idem Burguillus ſic cecinit.
Aqui traducido havia
Al Guichardino, criſol
De la Verdad como el Sol
Del honor del Rey hazaña;
Que porque hablo bien de España,
Hizo, que hablaſſe Eſpañol.

No

No para darle deſvelo,
Como de Alexandro el zelo,
En quien mas valor encierra,
Por ſu Rey al de la Tierra,
Y por ſu Sol al del Cielo.

Porrò in Pauli & Antonii hiſtoria adlucinatur Enpus; dicit enim,

Vter, Antonius ne Pauli, an Paulus Antonii fuerit hæres?

Heredò Paulo de Antonio.
& id contra S. Hieronymi, & veterum Scriptorum fidem; debuiſſet enim dicere,
Heredò de Paulo Antonio.
non enim Paulus Antonii, ſed Pauli Antonius hæres fuit. Res eſt ſcita, & nulla probatione indigeret: interim, quia ad manum habeo librum eruditiſſimum, qui ediſſerit mirabilem S. Antonii vitam, illum citabo. Prodiit Valentiæ anno 1665. ſub hoc Titulo. EL SOL DEL ORIENTE, *Vida y Vitorias del Grande Antonio Abbad, Sacro Archimandrita de Egypto*. Concinnatuſque fuit à D. Gaſpare de la Figuera Cubero de Monforte, Nobilis, & Equeſtris Militiæ de Monteſa Religioſo: qui S. Athanaſii, & S. Hieronymi textui adhærens, quæ Græcè & Latinè fuerant ſcripta, ut pluribus adhuc innoteſcere poſſent: in linguam Hiſpanicam tranſtulit. Hic igitur poſtquam feliciſsimum Pauli tranſitum, & ἀποθεώσιν ab Angelis celebratam recenſuit *lib. 4. pag. 68.* ſic ſcribit. *El ſiguiente dia* (Antonio) *para quedar con algo del inteſtado Amigo* (Paulo) *tomó* [*] *la tunica de palma, que el Santo ſe havia labrado, y texido: y con eſto el camino de ſu Monaſterio, en donde refirió todo lo ſucecedido. Viſtioſe eſta precioſa ropa, y ineſtimable reliquia Antonio por los años, que le duró la vida, en los dias mas feſtivos y ſolennes, como los de Pentecoſtes y Paſcuas en memoria reverente de Paulo, y en culto, y obſequio de Ieſu-Chriſto.*

Inter Militares Ordines, qui è Ciſtercienſi prodierunt, qui Deiparæ de Monteſa, & Sancto Georgio de Alfama conſecratur, Viris in ſago & toga celeberrimis claruit.

S. Pauli tunica diebus ſolennioribus S. Antonius utebatur.

*] *Tomo la tunica.* & ſtatim *tomo el camino* Ergo *tomar* eſt verbum æquivocum, & hic ſimul in utraq; ſignificatione uſurpatur.

Lupum etiam memoria deficit in Hiſtoria Alexandri. Non lugebat Magnus ille Στρα'τηγος, quòd unicus tantùm Mundus eſſet; ſed quod multos, aut innumerabiles productos fuiſſe audiret, & ipſe nequidem unicum valuiſſet ſubjugare. Sanè Alexandri tempore eſſe communem de pluribus Mundis ſententiam certum eſt: [Anaximander enim teſte Theodoreto *libr. 4. de curandis Græcor. affectionib.* Anaxymenes, Ariſtarchus, Xenophanes, Diogenes, Leucippus, Democritus, Epicurus, multos, ac infinitos eſſe Mundos opinati ſunt. Tertullianus *libr. de pallio* idem de Anaximandro refert. *Viderit*, ait, *Anaximander, ſi plures putat; viderit ſi quiſpiam ullus apud Meropas, ut Silenus penes aures Midæ, blattit, aptas ſanè grandioribus fabulis*, quem D. Auguſtinus *cap. 2. lib. 8. de Civit. Dei* ait, rerum ſingularum principia infinita credidiſſe, ex quibus innumerabiles Mundi gignerentur: eoſque Mundos modò diſſolvi, modò iterum gigni; de quorum etiam pluralitate meminit *lib. 3. contr. Academic. cap.* 10. Metrodorus verò *libr. 1. de Placitis Philoſoph. cap.* 5. dicebat, eodem modo abſurdum eſſe, ſiquis in infinito ſpatio [*] Mundum unicum collocaret, ac ſi in magno campo unica ſpica naſceretur &c.] Dedi verba P. Marci Marini Merſenni *in Geneſim ad cap. 1. verſ. 1. qu. 19. art. 1. nu. 2. colum.* 1074. qui poſteà *art. 2. col.* 1080. Reſolutionē hãc proponit [Mihi concludendum eſſe videtur Veritatem hanc, *Non ſunt plures Mundi*, vel, quod eſt idem, *Vnicus eſt hic noſter Mundus* [a] *cujus partes adſpicimus*, non eſſe de Fide, licèt Ioannes Franciſcus Picus *libr. 6. examinis doctrinæ Gentium* poſt Robertum O kot *in 2.* contrarium ſentiat. Dicendum tamen eſt ſententiam illam (quæ multos Mundos adſtruit) erroneam eſſe, & temerariam. &c]

Cauſa, ob quā lugebat Alexander.

An plures Mūdi ſint?

*] Adlucinabantur Veteres & multi Iuniores cum ipſis in ſpatii conceptu. Spatium enim non eſt Deus, Ergo res eſt diſtincta à Deo. Ergo à Deo producta. Ante Mūdi igitur creationem nullū ſpatium erat: & nunc ultra ultimam Empyrei Cæli ſuperficiem nullum eſt; illud enim quod imaginarium dicitur, ut ſcitè monet Auguſtinus, eſt fictum & imaginatum.

An hæc doctrina ad Fidem, an ſaltem ad mores pertinent?

Non ſunt æquipollentes, quas eſſe tales aſſeveras Merſenne.

a] Merſenni tamen pace illæ duæ Propoſitiones non coincidunt: poſſent enim illi Philoſophi poſteriorem admittere, & priorem negare: quoniam dicere poſſent, *Hic noſter Mundus, cujus partes adſpicimus, unicus eſt: at præter hunc, quem proſpectamus, ſunt alii nobis incogniti & inviſi, in quibus*
Et Lunam, Solemque ſuum ſua ſydera norunt.

SECTIO XXXIII.

De D. Franciſco de Quevedo. *Qualis fuerit; & an laicis aliis Poetis ſimiliter ſit accenſendus?*

DE Ingenio D. Franciſci nemo dubitat, nullus obmurmurat: fuit enim feliciſſimum; &, ſi alicui Scientiæ adlaboraſſet, magno fuiſſet Patriæ & Scholæ honori. Parentum negligentiâ ſe reperit in adoleſcentia, mente præditum, quæ ſi haberet unde, ſolidiſſimè poſſet diſcurrere. Adjecit animum, ut ſcriberet carmina, & applauſum promeruit. In iis, nam à cynicâ & aculeatâ Muſâ dirigebatur, jam ſuppreſſo, & jam expreſſo nomine, multos, eoſque Maximos Viros momordit, unde illorum indignationem inſolentem incurrit. Ter aut pluries fuit in carcerem truſus: non quod crimen contra publicum bonum commiſerit; ſed, quòd carmen contra mali publici Authores conſcripſerit. Et hoc ipſum modus, quo fuit vexatus & incarceratus perſuadet. Cùm aliquis condemnatur civiliter, in ejus bona Iudicum promovetur Severitas; cum criminaliter, perſona catenis oneratur & vinculis. Quãdo autem inexſpectati intercceperunt D. Franciſcum Satellites, non conſcripta

Qualis Quevedus fuerit?

Ejus Muſa fuit mordax.

Scripſit bona contra malos.

Fuit pluries incarceratus. Sed cur?

Digitized by Google

ſunt bona, non ſub depoſitum tracta ſupellectilia; non facto, aut verbo ejus perſona indecenter tractata; ſed rapta manuſcripta, & ut id ſecurius, & cum apparenti aliquo titulo potuerunt fieri, ipſe fuit liberæ cuſtodiæ mancipatus. Hine ille apud Amicos (omnes enim in eo eximias dotes venerabamur) in Muſæis pingebatur cum hoc Lemmate.

Rapta ejus Manuſcripta.

Deme mihi Ingenium, Vita quoq; crimina demes.

Solo ingenio peccavit.

Hæc de perſona adnotaſſe ſufficiat; nonnihil de Sctiptis dicamus.

Hic Libellus ita mihi adhuc juveni placuit ut eum Latinum fecerim, & *Nobilem Tenacē* dixerim. Scriptus manu legitur ab Amicis, Nolui in publicum iret: quia non omnes Lectores ſciunt, Hiſpanum Senecam, nempe Senicum ſeverum, cum ingenii laude, & ſine authoritate jactura nonnulla ſcripſiſſe parùm ſeria.

INter alia ille Libellus, qui *El Caballera de la Tenaza* inſcribitur, ab omnibus fuit in Hiſpania laudatus. Ejus ſcopus eſt Ingennum Adoleſcentē inſtruere, ut ſciat *Que tiene dineros, quien los* [a] *tiene: y que carece de ellos, quien los gaſta*, hoc eſt, *Habere pecunias, qui illas retinet; & carere qui expendit*. Et quia ſunt multi Petoſirides [b] videlicet humani Accipitres, qui habent ungues in linguis, & petendi, & extorquendi pecunias obſervant Regulas, & Canones, experientia obfirmatos, quibus Aviculas inexpertas explumant; ut harum adoleſcentum periculo manifeſto obviam iret, Contraregulas, & Anticanones ingenioſè præſcripſit, quos, qui obſervet, vivet alieno ære (Italicè, *Camparà ſopra il Compagno.*) Saltem ſuum non expēdet, & in omni Fortunæ caſu ſic ſe diriget, ut in Dativi diſcrimina nunquam labatur. Author, ad cujus ipſe Textum ſuos Conceptus elimat, vocatur *Nicodemus*, & ad legitimam Orthographiam revocato nomine, *Nihil demus*.

Titius ejus Diſcipulus, & qui in *nihil dandi* Facultate ingenioſa profecerat, aut ſaltem ſe multum profeciſſe putabat, hunc D. Franciſci libellum encomiis eximiis efferebat, & immoderatis laudibus proſequebatur. Quia erat noſtris (Collegis, & Sociis) ſpecialiter charus, exempla aliquod Salmanticam miſit Madrito, ut nova illa doctrina & eruditione imbueremur. Accepto ego libello gratias habui, & hoc idem epiſtolium ſcripſi.

Author ad ſe ab Amico miſſum, recipit Quevedi librū.

CON *el patrocinio, y approbacion de Vueſtra Carta, Señor mio,* El Caballero de la Tenaza, *ha venido a ſervirme, y aunque eſtara ocioſo en mi caſa, donde no hay coſa, que guardar, le recibì con guſto, por haver ſervido tan fielmente en la vueſtra. Que la habeis decorado, me eſcribis, y eſtais ya en ſus Maximas y Preceptos tan docto, que aunque vengan Peticiones en Tiple, ni demandas en baxo, no aurà quien os pueda ſacar un maravedì de la volſa. Hablais como Eſtudiante de primer año. Porque como un Clerigo, en recibiendo la primera tonſura, ſe ſueña Papa. Y como un Grammatico, luego que tiñe ſus Ideas con colores de Figuras y Tropos, ſueña que a Demoſthenes Griego, a Ciceron latino, y a otros muchos en Eloquencia excede: y paſſando a hazer verſos, a Homero y Virgilio, a quienes el Orbe Literario tiene ſobre las niñas de ſus ojos, les pone debaxo de ſus plantas, midiendo a pies las lineas, que en el triumpho de la Eloquencia (pues merecieron Palma) con menos indecencia ſe midieran a Palmos. Y como un Philoſopho, luego que entra en un General de Theologia, pienſa que ignora nada, y cada dia deſpues ſe va mas engolfando, y conociendo como no ſabe coſa. Y como otros en otras Facultades, porque duermen, ſueñan, que eſtan muy adelante, y ſe hallan muy atras, quando deſpiertan. Aſſi vos, Señor mio, en eſta nueva Eſcuela* de dar nada, *quereis adminiſtrar la Cathedra* de Prima, *ſiendo ella de ſobrina; pues en ella vueſtra Vanidad (hablando con toda moderacion) diſcurre, como le manda el* [*] *Anagramma. Y paraque la veais, quando vos me decis, que teneis tan efficaces y ſeguras Reglas* para no dar nada, *os quiero hazer demonſtracion, de que os engañais, y que ſon fallazes vueſtras Maximas: y eſto muy brevemente. Conſultad pues vueſtro* Caballero de la Tenaza; *recorred todos ſus Preceptos y Reglas, y hallareis, que no hay en el medio o remedio alguno, que os libre de pagar al Correo, que os diere eſta* Carta, un real de porte. *Eſto os baſte por advertencia y confuſion; y vividme mill años.*

De Clerico Prima tonſura.

De tyrone Grāmatico.

Pedibus-ne, an palmis debeat metiri carmina?

De tyrone Theologo.

Semper in omni Facultate ignorantes addeſcant.

*] Per Anagramma SOBRINA 1 4 3 1 2 6 7 eſt, ut loquebantur noſtri Avi RIBOSNA, vel ut hodie loquimur REBVSNA.

An ſufficientes Liber ille habeat Regulas ad nihil dandum?

Sanè hic Quevedi Liber eſt meo judicio eruditus, & utilis; & ſi non omnia, multa ingenuis & ſinceris hominibus prodeſse poterunt.

Authoris de eodem Libro Iudicium.

a] Æquivocum eſt verbum *tener*, nam *poſſidere* nec non etiam *retinere* ſignificat: non enim poteſt poſſidere aut habere pecunias, qui illas non retinet.

Exponitur verbum Tener.

b] Scio fuiſſe Petoſiridem Ægyptium Mathematicum, cujus libr. 3. cap. 23. & libr. 7. cap. 49. Plinius meminit; ſed non rem, aut perſonam, ſed nominis adſonantiam reſpexi, ac ſi cum *Petitio* coincidat, & à verbo *Peto*, dicatur. Eſt autem *Petitus*, qui frequenter petit. Gloſſ. Iſid.

Quis fuerit Petoſiris? *Quid* Petitius?

SAnè Somniorum libri (videlicet, *El Sueño de las Calaberas, Las Zahurdas de Pluton, & La Viſita de los Chiſtes,* &c.) etſi pluries correcti alterati, & decircinati, multa retinent, quæ Pios Viros offendant.

De Somniis Quevedi Cenſura.

P. Villalobus, quem Summa Caſuum Conſcientiæ notum Europæ reddidit, erat prudens, & in Reſolutionibus ſatis benignus, & interim contra hos Libellos forte hoc Dilemma fulminabat.

In-

Digitized by Google

Patri Villalobos Argumentum.

Infernum, Diabolos, & Damnatorum pœnas eſſe perpetuas, acerbiſſimaſque, vel credit, vel non credit Quevedus.

Quàm ſeria & gravia ſint, quæ diſcernunt Infernum!

Si non credit, jam judicatus eſt, quia non credit: inſtructione non indiget, pœnâ indiget.

An liceat de re tanta nugari?

Si credit, rem eſſe valde ſeriam & inter Fundamentales Chriſtianæ Religionis articulos recenſendam ſupponet. Quâ ergo fronte aut conſcientiâ jocatur, nugaturque de argumento tam gravi? Quâ prudentiâ doctrinam, quam ſuffuſis lachrymis meditamur Catholici, in riſum mimoſq; (Hiſp. en entremes) convertit.

An hi Somniorum libri ſint prohibiti?

Sunt, meo judicio, plena ingenii hæc Syntagmata: & quia bonis Catholicis nocere nequeunt, ob elegantiam phraſium, & apophthegmata præclara tolerata. Interim in Librorum prohibitorum Indice, Romæ, ann. 1665. edito, lego, *Les Viſiones de Don Quevedo*. Et quia non *les*, ſed *las* dicit Hiſpanus, an ibi ipſe Quevedi liber, an Verſio Gallica interdicatur, neſcio.

An temerè in Inferno Quevedus collocet, quos Pietas ſalvos eſſe confidit?

Cæterum, quia in his interdum libris contra Iuſtitiæ leges homines ingenuos dedecorat; & in Inferno collocat (quia neſcivit Hiſtorias) quos piè credimus triumphare cum Chriſto in Empyreo, proponamus nonnullos, & à calumniâ vindicabimus.

De Iulio Scaligero.

Quàm ſit grave peccatum honorem alienum detrahere?

GRave profectò ſcelus eſt honorem alicui viro honeſto detrahere: nec enim ſub Deo juſto permittitur, ut alicui vel Ethnico, vel Publicano, falſa teſtimonia imponantur. Et quia nulla atrocior injuria excogitari poteſt, quàm temerè aſſeverare eſſe in Inferno aliquem, qui Catholice vixit, obiitque in Domino Eccleſiaſticis præmunitus myſteriis, tenebitur D. Franciſcus de Quevedo Iulio Scaligero, Petro de Albano, Abbati Trithemio, aliiſque, in quos publicas calumnias effudit, publicè ſatisfacere.

Cauſa, ob quā Iulium Quevedus Scaligerū ad Infernum condemnat.

Iulium Scaligerum ille privata authoritate in infernum detrudit. Et cur? Quia, ut Virgilium extolleret, depreſſit Homeri authoritatem. Enorme ſanè crimen, & non niſi ſupplicio perenni expiandum. Ejus verba auſcultanto. *Iulio Ceſar Eſcaligero,* ait, *eſtaba attormentado por otro lado en ſus Exercitaciones, mientras penſaba las deſvergonzadas mentiras, que eſcribió de Homero: y los teſtimonios, que le levantó, por levantar a Virgilio aras, hecho idólatra de Maron.* Ergo, ſi tam gravem meretur ſententiam Scaliger, quod pro Virgilio contra Homerum in materia Grammatica, quæ Honeſtatis Humanæ gloriam & æſtimationem non concernit, ſcripſit, qua erit condemnatione dignus Maro, qui, cum Æneam in Libyæ oras appellit, & ejus Amores decantat, Reginæ Didoni, Viragini caſtiſſimæ & generoſiſſimę inuſit tam propudioſæ ignominiæ calumniam.

Vtor Editione Madritenſi anni 1650.

Ea, quæ de Didone & Ænea concinit Virgilius, ſunt calumnia.

Interim temerè ſcripſit Quevedus præcedentem cenſuram; quoniam Iulius Cæſar Scaliger fuit Catholicus, & cenſuram tam crudelem non promeretur: nam de illo ſic ex Thuani libr. 14. Genebrardus.

Quis & qualis fuerit Scaliger?

[21. Octobr. 1558. Iulius Cæſar Scaliger annos natus 75. Aginni in Nitinbrigibus ubi uxorem duxerat, deceſſit, vir quo ſuperiorem antiquitas vix habuit, parem, certè hæc ætas non vidit. Nam ut nobilitatem omittam, de qua inter omnes conſtat, ingenio, animi, & corporis robore ſimul omnes æquales ſuos facilè ſuperavit. Prima Adoleſcentia militaribus muniis obeundis, maxima cum fortitudinis ac ſolertiæ laude decurſa, & quamvis ſerò ad ſtudia, applicato animo, tamen ingenii fœlicitate tantùm profecit, ut ad exactiſſimam omnium Philoſophiæ partium ſcientiam, etiam linguarum Græcæ præſertim, ac Latinæ ſummam peritiam addiderit, atque in iiſdem uſum ſivè pedeſtri, ſive numeris adſtricta oratione ſcriberet, quo in utroque genere excelluit. Hic vir Divinus cum veteribus comparatus, cum nemo unus eſſet, qui eum ſivè ingenium, ſivè fortitudinem ſpectes exprimere poſſet, Xenophonti, & Maſſaniſſæ citra vanitatem componi meruit. Ex Andiera Rupea Lobeiaca, nobili fœmina cui annos 13. natæ jam provecta ætate nupſit, plures liberos ſuſtulit, ex quibus ultimus hodiè ſupereſt Ioſephus Iuſtus Scaliger, qui ſecundum patrem, nunc inter literatos, & in re literaria principem ſine controverſia locum tenet, verè eruditorum Phœbus ut politiſſimi ingenii vir eum indigetavit &c.]

Serò ſtudere cœpit, & tamen in doctiſſimum Virum evaſit.

Cum Xenophonte & Maſſaniſſa componitur.

De Ioſepho Scaligero.

De iiſdem P. Ioannis Ricciolii ſententia.

Eoſdem inter perſonas poſt Chriſtum inſigniores numerat P. Ioannes Baptiſta Ricciolius in ſua Chronologia reformata. Ait ſanè *pag.* 152. [Iulius Cæſar Scaliger Veronenſis obiit Aginni annorum 47. (lege 74.) anno 1550.] annum 75. & 1558. Genebrardus poſuerat. Et *pag.* 250. [Ioſephus Scaliger, Iulii Cæſaris filius, natus Aginni in Gallia anno 1540. die 4. Auguſti; docuit Lugduni Batavorum per annos 16. Calviniſmum, quo infectus narratur, an abjuravit, incertum. Obiit ex hydrope annorum 69. nempè anno 1609.] Eſt ergo certum, Iulium fuiſſe Catholicum, & in hæreſi Ioſephum perſtitiſſe, & obiiſſe eſt incertum. Qua ergo prudencia & conſcientia Quevedus Iulium in Infernū detrudit.

P. Valerianus Magnus, Capucinus, in quodam libello ſic inquit. *Puderet me eſſe Chriſtianū ſi Chriſti lex juberet credere, eum, qui honorem in re gravi detraxit & non vult reſtituere, ſalvari poſſe.*

De

De Petro de A'bano.

Quevedus pag. 132.

IN eodem ſyntagmate, quod *Las Zaburdas de Pluton* nunc inſeribitur, & *El ſueño de Infierno* olim appellabatur, in A'bani perſonam ſœvir, & Geometriam cum Geomantia (differant tametſi toto Cælo) imperitè confundir. Audiunto hanc ab ipſo cogitatam hiſtoriam. *Para emondar la locura deſtos* (Aſtrologi Iudiciarii immediatè præceſſerant) *salió otro Geometrico poniendoſe en puntos con las ciencias; haziendo ſus doze Caſas, gobernadas por el impulſo de las manos, y rayas a imitacion de los dedos, con ſuperſticioſas palabras y oracion. Y luego deſpues de ſumados ſus pares y nones ſacandos Iuez y Teſtigos, començaba a querer probar, qual era el Aſtrologo mas cierto: y ſi dixera puntual, acertara; pues ſu Ciencia es de punto, como calça, ſin ningun fundamento, aunque peſſo a Pedro Albano* [*] *que era uno de los que allí eſtaban acompañando a Cornelio Agrippa, que con una alma ardia en quatro cuerpos de ſus Obras malditas y deſcomulgadas; famoſo hechizero.* Et quidem, ut Univerſi videant quanta temeritate in Perſonas ſœviat, quarum nec noſcit nomina, dabo verba, quæ in Indice librorum prohibitorum Alexandri VII. juſſu ann. 1665. edito reperiuntur. Ibi enim lego. *Petri de A'bano Elementa Magica. Ejuſdem Opera Geomantia, & de omni genere Divinationis.* Errat igitur PRIMO D. Franciſcus in nomine; non enim eſt *Petrus de Albāno*, ſed *Petrus de Avano*, in quem évomit iras. SECUNDO, confundis hic & alibi Perſonas cum Libris; & Eccleſia in anni 1665. Expurgatorio, non Perſonam, ſed Librum, ut vidiſti, condemnat. Et ſi eſt bona conſequentia *A'bani liber eſt prohibitus, Ergo ille eſt in Inferno*, etiam erit bona hæc, *Liber D. Franciſci eſt interdictus, Ergo & ille eſt in inferno.* Et quidem interdictum eſſe D. Franciſci unum librum, conſtat ex eodem Librorum prohibitorum Indice; quoniam liter. V. pag. 311. *Las Viſiones de D. Quevedo* reperio. Ergo ſiquidem ipſe ſecundam hanc Conſequentiam temerariam eſſe aſſeret, Petri de A'bano libros, ab Eccleſia prohibitos incriminetur; Perſonamque, de qua nihil omninò ſcimus, Domino Noſtro Ieſu-Chriſto judicandam relinquat. Et TERTIO tam eſt ſcientiarum imperitus Quevedus, ut Geomantiam cum Geometria confundat. Eſt enim *Geometria* nobiliſſima ſcientia, Arithmeticæ comes; ſancta & innocens; & nil prorſus vanum, aut ſuperſtitioſum ediſſerens: at verò *Geomantia*, quæ *Inertia* debet dici, non *Scientia*, eſt ſemper vana; & ſi verbis juvetur, prorſus ſuperſtitioſa; Et hæc eſt, quæ procedit per puncta, quæ numeros pares & impares ſpeculatur: & ex illis combinationes colligit, quas *Matres*, *Filias*, & *Neptes* vocari præcipit: & creat denique *Iudicem*, qui (Hiſp. *diga ſu alcaldada*) dextrorſum, ſiniſtrorſum deliret.

Qualis ſit Geomantia?

*] Author, quem citat, non *Albanus* vocatur, ſed *abanus*.

Errat D. Franciſcus in nomine.

Perſonam cum libro confundit.

Poſſunt Viri Catholici ex ignorantia in ſeribendo errare; poſſunt ex malitia, & ante mortem reſipiſcere.

An Geomantia & Geometria differant inter ſe?

An ſit ſcientia innocens, & ab omni calumnia nota libera?

SECTIO XXXIV.

De Ioanne Trithemio, obſervantiſſimo, & doctiſſimo Ordinis S. Benedicti Religioſo, & Abbate.

INter alias Facultates, quas neſcivit Quevedus pone Ciphricam, quæ eſt ſummè neceſſaria Nobilibus, quoniam de Ioanne Trithemio, Abbate Spanheimenſi, cujus ſepulchrum ſui anno 1644. veneratus & Epitaphium marmori inſeriori inſculptum, & elogium muro appictum exſcripſi, ſumma temeritate ſic loquitur. *Tras eſto vi con ſu Polygraphia y Eſteganographia a Trimenio* (lege, *Trithemio*) *que aſſi llama al Autor de aquellas Obras eſcandaloſas, muy enojado con Cardano, porque dixo mal de el ſolo, y ſupo ſer mayor mentiroſo en ſus libros de ſubtilitate, por hechizos de Viejas, que en ellos juntó.* Ita ille in libello qui inſeribitur *Las Zaburdas de Pluton*. §. Y para emendar pag. 132. Sed ſumma temeritate calumniatur.

De Arte Ciphrica.

An illam percalluerit Quevedus?

De Polygraphia & Steganographia Ioannis Trithemii.

Primò enim Polygraphiam, quia eſt liber facilis, nemo unquam aliquā Cenſurā condemnavit: ergo ſuam Quevedus ignorantiam & temeritatem oſtendit, cum librum *de Ciphris*, in quo nemo unquam vel verbum reperit, quod diſpliceret, nominat *Scandaloſum*. Et quidem, ſi tam ſevera eſſet dignus Cenſura, fuiſſet proculdubiò prohibitus ab Eccleſia. At eum librum permitti conſtat ex Indice prohibitorum librorum ann. 1665. edito, in quo ejus nomen non legitur.

An Polygraphia digna cenſura ſit?

Secundò Steganographia, nil aliud eſt, quàm ſubtilior quædam Polygraphia, quę occultiores loquendi, & ſcribendi modos continet. Modus quo procedit hic liber, Theologis univerſis diſplicuit; & quia in ejus lectione multi decipiebantur, meritò fuit ab Eccleſia interdictus; interim doctrina, quæ in toto illo traditur, innocens eſt; quoniam ſolummodò Ciphras pulchras & ingenioſas exhibet. Communi errori præbuiſſe videntur occaſionem voces *Spiritus*, & *Conjuratio*, quæ paſſim in illo leguntur, quæ tamen ſteganographicè acceptæ omni ſuperſtitionis labe carent.

Quid dicendū ſit de Steganographia?
De procedendi modo.

Qui ſint Spiritus in Grammatica Græca?

Ejus in Lenem & Denſum diviſio.

Sanè Spiritus in literis admittit Græcus: nempè πνεῦμας τὸ δασύ, καὶ το ψιλόν:

λόν; hoc eſt, ſpiritum duplicem, alterum *Aſperum*, & alterum *Lenem*; & illis inſinuat, quo modo proferendæ ſint literæ: & illum imitatus Trithemius Notas, quæ monent, quo modo ſunt ſcripti characteres legendi, *Spiritus* voluit vocare. Ergo, ſi Græco ſic accipere vocem *Spiritus* licuit, cur non licebit id & Latino, & Germano. Sunt ergo in Steganographia *Spiritus*, quæ in Polygraphia, & apud Authores, qui de Ciphra ſcripſerunt, paſſim vocantur *Claves*.

Qui ſint Spiritus in Steganographia?

Hæ Regulæ (Spiritus, ſeu Claves) non jutatæ modò, ſed, & conjuratæ eſſe debent: quoniam

Et quid ſit Conjuratio?

Debet Diſcipulus jurare in verba Magiſtri.

quin libertatem habeat aliter opinandi. Immò debent Magiſter & Diſcipulus (qui epiſtolam mittit, & qui recipit) in eumdem ſpiritum (Regulam, aut Clavim) conjurare: quoniam, ſi quæ ego ſecundum Abecedarium Orientalem ſcribo, tu ſecundum Occidentalem velis legere, nec verbum intelligere poteris. Debent igitur, qui ſibi mutuò in Ciphra ſcribunt literas, in eamdem Clavim, ſeu Abecedarium conjurare.

An, & cur, qui ſcribunt, & literas recipiunt ſcriptas in ciphra debeant conjurare?

Hinc occaſione ſumpta illas ipſas Regulas, quarum Modos juſſerat dici *Spiritus*, nomine invidia pleno *Conjurationes* appellavit: & occaſionem præbuit, ut Scioli Conjurationes eſſe Dæmonum crederent, illiſque abuterentur. Et hanc ob cauſam Steganographia debuit neceſſariò inhiberi, nam erat perniſioſa per accidens.

Tertiò de perſona quid dicam? Vixit religioſiſſimè: ſcripſit varia, in quibus Pietatem, & Eruditionem oſtendit. Obiit ſanctiſsimè. Ejus ſepulchrum cum reverentia ſuſpicitur, ejuſque libri cum ſpirituali fructu & utilitate leguntur.

De Pietate Trithemii.

ARTICVLVS V.

De Ineffabili, & Indicibili Nomine univerſim. *Quid, & quotuplex ſit?*

CEſſit hîc illa Quæſtio, quæ inquirit, An Etymologia debeat Definitioni præmitti? An ſit ſecurus locus, ex quo argumenta probabilia ſumantur? quoniam impræſentiarùm coincidunt; nec plus altera importat; quàm altera. Nomina ergo & Verba, quæ impræſentiarùm explicare debemus, Ineffabilia enim dicuntur, quæ nominari non debent, adeoque illa, quæ moraliter (virtualiter & politicè) nomine carent. Et de rerum nominum expertium nominibus, nulla prudens inſtitui poteſt Diſputatio.

Et quo modo de ineffabilibus poſſimus fari?

Quænam illa ſint?

Interim, quia de rebus, quæ carent nomine universim diſputare ſolemus, & illa in genere determinatis vocabulis ſignificamus: de eiſdem proderit, quâ poſſimus brevitate diſſerere, ut liberiùs poſteà in particulari diſſeramus.

Cur de illis diſſeramus?

SECTIO I.

De nominibus, verbiſque, quibus ſolemus uti, cùm de indicibilibus agimus.

VAria ſunt, & pleraque omnia, non bene interpretata à Criticis, nec à cæteris bene uſurpata. Et præcipua cenſentur *For, faris*, & *Dico, dicis*; ex iis enim pleraque omnia dimanant.

De verbis For, aris, *&* Dico, is.

A *For, aris* poſitivè proveniunt, *Infans, Fas, Fatus, Faſtus, Fauſtus*, &c. A *Fatus* prodiit *Fatum*, & hinc *Vates, Vaticinor*, &c. Et negativè ex his *Nefas, Nefaſtus*, & *Nefandus*: & quia *in* pro *ne* in compoſitione ſumi ſolet, *Infauſtus, Infandus, Ineffabilis*, & alia ſimilia derivantur.

Quænam nomina exoriantur, & formentur ex primo?

A verbo *Dico, is*, habemus potentiale *Indicibile*, quod dici non poteſt: & præteritum *Indictum*, quod non fuit dictum. Vnde de ſuo Libro Lipſius, *Siquid in ipſo contra Numen aut mores*, &c. *indictum, inſcriptumque fiet*, hoc eſt, *nec dictum, nec ſcriptum ſit*. Et Melleus Doctor: *Quod probari non poteſt, mihi infectum* (non factum) *eſt*. Proderit itaque has voces recognoſcere, & de ſingulis aliquid in particulari præfari.

Et qua ex ſecundo?

Bernardus de præcept. & diſpenſ. cap.

Porrò

Porrò in verbo *For, faris, fatur*, prima

An incompletũ ſit verbum For, aris? Quæ in illo perſona deſiciant?

ſing. perſona nempe *For*, ut ſcitè Priſcianus adnotat (adde & prim. plur. *Famur*) nunquam in úſu fuit, aliàs enim in aliquo Scriptore Claſſico reperiretur. Aſſerit autem Varro *fari* eſſe minus quàm *loqui*; infantes enim ideò hoc nomen ſortiti, quod fari neſciant. *For, aris* habet

Partic. Fans, antis.

participium *Fans, antis*, quo uſus eſt libr. 3. Eleg. 7. Propertius dicens.

Subtrahit hæc fantem tortâ vertigine fluctus.

Parvuli ergo, donec articulare aliquas

Quis infans ſit?

voces poſſint, nominantur *Infantes*: ubi autem balbutire incipiunt, *fantur*; ubi autem voces bene pronunciant & diſponunt, *loquuntur*. Hanc differentiam re-

Quodnam ſit inter fari & loqui diſcrimen?

jicit Paſſeratius, qui putat hæc duo verba coincidere. Eam autem Ego poſſe admitti pronuncio: *Fari* enim, ut in libris obſervo, latiùs patet, quàm *Loqui*; verbis enim tantummodò loquuntur homines, at verò non solùm verbis; ſed & geſtu, lachrymis, riſu, manibus, & nutibus fantur. Et id evincit ille Virgilii verſus ab Adverſariis relatus,

Sic fatur lachrymans, claſſique immittit habenas.

Non enim *ſic fatus* dicit, ſed *ſic fatur*, nequis illud ad præcedentia referat; quoniam 2. *Æneid.* poſtquam omnia retulit, quæ Chorœbus dixerat, ſe ad præcedentia referens, ait.

Homo verbis loquitur, & ſine verbis etiam fatur.

——— *Sic fatus: deinde comantem*
Androgei galeam, clypeique inſigne decorum
Induitur, laterique Argivum accommodat enſem.

Ad præſens ergo tempus illud *fatur* refertur: & quia tunc Pius Æneas ore nihil omninò loquitur, ipſis illum lachrymis fari colligimus.

Quænam compoſita à For, aris naſcantur?

Ab hoc verbo *Fari* præpoſitionum adjunctio exhibet *Affari*, *Effari*, *Præfari* & *Profari*. Cicero in Cat. *Licet mihi iiſdem verſibus affari te, o Attice, quibus affatur Flumminium ille vir*. Et Virgilius

——— *Sic ore effata recepit*
Ad ſeſe & ſacrâ longævum in ſede locavit.

Columella in Præf. *Quos ordine ſuo tum demum proſequar, cùm præfatus fuero, quæ reor ad univerſam Diſciplinam maximè pertinere*. Et apud Virgilium libr. 1. Æneid.

Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur. [*]

*] Caput inclinatum & oculi demiſſi in Principe Majeſtatem ſignificant.

An Fas ſit Θέμις?

NOMEN *Fas*, Græcè θέμις, à fando ducitur, & rem piam & ſanctam ſignificat, dignam ut de ſe cum laude omnes debeamus fari. Differtque *Fas* à *Iure*, quod illud ad Deos, hoc ſpectet ad Homines: illud ſit præceptum, quod Deus

An, & quomodo à Iure diſtinguatur?

fatur, hoc autem quod eſt ab hominibus juſſum: *Iubeo* enim olim habuiſſe in ſupino *juſtum*, certum eſt. Hinc loci nonnulli, à Veteribus ſcripti, lucem habent. Ovidius libr. 2. Triſt. Eleg. 1.

An nomen Fas leges Divinas, Ius autem importet Humanas?

Fas prohibet quemquam Latio de ſanguine natum
Vincla pati.

Fas, hoc eſt, *Deorum decreta prohibent*. Hoc autem loco oppoſitum videretur ſuaderi, Latinos enim non poſſe vinciri in Iure Divino non reperio. Hanc autem ipſam inter Fas & Ius differentiam meliùs probarent ex libr. 5. Triſt. eleg. 3. ibi enim Naſo.

Si fas eſt homini cum Iove poſſe loqui.

Et quidem ſi tale colloquium ſit licitum, cùm id habere à lege humana nequeat, id debet à Divinâ tantum dignatione adipiſci. Et Virgilius 1. Georg.

Clodii ingeniũ.

Fas & Iura ſinunt. &c.

hoc eſt, *lex Divina & Humana*. Cicero, quia *Naturæ* nomine Deum intelligit *pro Milon.* ſic inquit, *Clodium nihil delectat, quod aut per Naturam fas ſit, aut per leges liceat.*

Quærenti, Cur fas tres tantùm caſus habeat (Nom. Acc. & Voc.) & tribus careat (Gen. Dat. & Abl.) reſpondere ſic, cuidam erudito & ingenioſo Viro placuit.

Nomen Fas eſt defectivum. Cur tres caſus, & non plures habeat?

Omnia opera ad extra, quæ vocant, ſunt toti Trinitati communia: & quia hominibus præcepta imponere actus externus eſt, in vocis *Fas* fluxu demonſtrat, à tribus Perſonis velut ab uno Domino & Legislatore procedere. *Fas* (ſeu, Divina Lex) tres Caſus habet. Nominativum, quem Rectum vocant Critici, Accuſativum, Vocativum. Sanè Nominativum, quoniam ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βιβλῳ ζωῆς: *quorum Nomina ſcripta ſunt in Libro*

De Libro Vitæ. Quinam in illo ſcribantur; & qui non ſcribãtur?

Vitæ. [ad Philipp. 4. 3. & Apocal. 3. 8. 17.] 20. 15.] 21. 27.] illi ſunt, qui fas agunt, qui autem nefas perpetrare ſit auſus, non nominabitur in illo Libro, exclamat enim pſalm. 108. 13. David. *Fiant nati ejus in interitum: in generatione unâ* (primâ) *deleatur nomen ejus*. Et, ſi multi ipſi fuerint, multi utique *deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur*. Pſalmo 68. 29.

Quid ſit Nefas?

Meritò *Fas* Hiſpani nominamus *Derecho*. [*] *Tuerto* autem *Nefas*: & ideò Caſu gaudet Recto; quoniam, ut ait Propheta Rex pſalm. 18. 6. *Iuſtitiæ Domini* (Leges Divinæ) *rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum illuminans oculos.*

*] *Tuerto* eſt vox, quæ jam paulatim in hac ſignificatione antiquatur. Ital. dicitur, *hà fatto un torto*, hoc eſt, *intulit injuriam*.

Reperitur etiam *Fas* in accuſandi caſu, quo-

Pro judicantes legerunt alii condemnantes

Matth. 19. d. 27.

quôniam, qui amatis Iuſtitiam & Fas, & ideò *reliquiſtis omnia & ſequuti eſtis* (Chriſtum Dominum) *ſedebitis ſuper ſedes duodecim judicantes* (accuſantes, condemnantes) *duodecim Tribus Iſrael*. Et conſultò illud *condemnantes* ſcripſi, quoniam S. Hieronymus, qui *libr. 3. in Matth. cap. 19.* locum iſtum dilucidat, ſic ait. *In regeneratione, cùm ſederis Filius Hominis in Sede Majeſtatis ſuæ (quando mortui de corruptione reſurgent incorrupti) ſedebitis & vos in ſoliis Iudicantium condemnantes duodecim Tribus Iſrael; quia vobis credentibus illi credere noluerunt.*

D. Benedictus in Regulæ Prologo.

Ad Roman. 2.

Ad Vocativum etiam pertinet: nos enim Deus, qui eſt Fas & Iuſtitia vocat, & ut ipſum invocemus, præcipit, &, ſi cunctemur, nos clementer adducit. S. Benedictus in Regul. *Nobis propter emẽdationem malorum hujus dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apoſtolo, An neſcis, quòd Patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?*

De caſibus, quibus nomen Fas deſtituitur

Sed cur Genitivo, Dativo, & Ablativo caret? Vna & eadem ratio Fas (Dei legem) à caſibus iſtis ſubducit. Ob privatum lucrum humanæ leges aliquando feruntur, aliquando auferuntur: Sylla enim, dũ habenas gubernaret Reipublicæ,

Et pretio leges fixit, pretioque refixit.

An leges Romanorum olim ære potiùs, quàm æri ligarentur; & cur?

unde illud Metamorph.

——— *Nec verba minantia fixo*
Ære ligabantur.

putarem non bene exponi à Criticis. Leges enim, quas *verba minantia* vocat Naſo, adligabantur æri, cùm æri inſculpebantur; ſed ligabantur ære, cùm pretio ſoluto ferebantur. At lex Divina nec figitur, nec refigitur pretio.

Præcepta Divina imminuî aut augere non poſſunt.

Nova præcepta Lex Divina non generat: quanta ſub Chriſto fuit, tanta eſt hodie: ſed nec præceptorum imminutionem patitur; nõ enim eſt authoritas in Eccleſiâ aut Imperio, qua vel unum poſſit præceptum Decalogi auferri.

For, aris in præter. habuit Fatus, Faſtus, & Fauſtus.

Sanè For, *faris* habuiſſe videtur in præterito *fatus, faſtus, & fauſtus*.

Participium *fatus* ſæpe occurrit. Virgilius Æneid. 1.

Vix ea fatus erat, cùm circumfuſa repentè
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum. [*]

[*] Æther in accuſ. habet Æthera.

Habet etiam in ſupino *fatu*. Nam apud eumdem Poëtam Turno Latinus ait.

Sunt aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris
Nec genus indecores, ſine me hæc haud mollia fatu
Sublatis aperire dolis. &c.

Ab hoc participio habemus *Fatum*. Et *Sigalion*.

Quid Fatum ſit?

quid eſt illud? Maronis prudentiſſima verba ante reſponſionem præmitto; nam Georg. libr. 2. ſcribit.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas;
Atque metus omnes, & inexorabile Fatum
Subjecit pedibus.

De Fortunæ Divinitate. Verùm illam à mera hominum imprudentia obtinuerit?

Et addo ex Lucano duas lineas,

Nullum Numen abeſt, ſi ſit Prudentia; ſed nos
Te facimus Fortuna Deam, Cæloque locamus.

Ergo Fortuna aut Fatum Cauſa eſt ab Imprudentiâ ficta, ex Ignorantiâ Cauſarum Naturalium nata: nam olim infelices homines, ubi effectum videbant, cujus neſciebant cauſam, à Caſu, Fato, & Fortunâ illum provenire affirmabant. Adluxit tandem Mortalibus illa felicitas, ut effectrices cauſas noſcerent, & inde ſub pedibus poſuerunt Opiniones univerſas de Fato. Modo quid ſit Fatum videamus.

Erat autem Priſcorum opinione Fatum, *ſempiterna & indeclinabilis quædam rerum ſeries*. Sic Chryſippus Agellio *libr. 6. cap. 26.* referente. Vberiùs illud *libr. 1. de Divin.* deſcribit Cicero. *Fieri igitur omnia à Fato*, inquit, *ratio cogit* [*] *fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id eſt, ordinem ſeriemque cauſarum, cùm cauſa cauſæ nexa rem ex ſe gignit. Ea eſt ex omni Æternitate fluens Veritas ſempiterna. Quando nihil eſt futurum, cujus non cauſas id ipſum efficientes Natura contineat. Ex quo intelligitur, ut Fatum ſit, non id, quod ſuperſtitiosè, ſed id quod phyſicè Cauſa Æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt, facta ſint, & quæ inſtant, futura ſint.* Eſſe autem Fatum Cauſam neceſſariam exiſtimabant, unde *in quæſt. naturalib.* Seneca. *Quid intelligis Fatum? Exiſtimo neceſſitatem rerum omnium, actionumque, quam nulla vis rumpat.* Hinc Fatum, quod *indeclinabile* Chryſippus, & *inexorabile* Virgilius ut vidiſtis dixerat.

[*] Ergo putabat Cicero ſe habere certiſſimam Demonſtrationem; ratio enim incerta aut probabilis intellectum non cogit

An εἱμαρμένη ... & Fatum Latinè idem ſint?

Cauſa Æterna

An Fatum indeclinabile, inexorabile, & ineluctabile ſit?

Hoc Rex Evandrus Romanæ Conditor Arcis,

apud eumdem Virgilium libr. 8. Æneid *ineluctabile* nominat: ait enim.

Me pulſum patria, pelagique extrema ſequentem
Fortuna Omnipotens, & ineluctabile Fatum
His poſuere locis.

Fortuna Omnipotens.

De Caſu.

Ecce Fortunam cum Fato componit, non quod omninò ab illo ipſa non differat, ſed quod illud, ubi proſpera patrat, hoc nomine ſignificetur. Vtrumque (Fortuna & Fatum) nominabatur Caſus, non quod

An, & quo modo differat à Fato, & Fortuna?

fortuitò & ſine lege fluerent, ſed quod obſervarent legum Canones ab humana cognitione remotos. Fatum ergo & Fortum, non ſecundum ſe, ſed ſecundum nos, dicebant *Caſum*.

Vera Doctrina. Actor. 17. 28.

IEOVA unde dicatur? AVA eſſe ſignificat.

At Chriſtiani, cælitùs illuminati, ſumemus Tullii verba, & illa tantiſper caſtigando dicemus. *Fieri omnia à Fato, ſi vox intelligatur religioſè, ratio cogit fateri*. Fatum *autem id appellamus, quod Hebræi* יהוה Ieova, *à Radice* הוה Hava, *quæ* eſſe *ſignificat, ut* Fati *nomine illud Principium veniat, quod dat omnibus* eſſe. Ἐν αὐτῷ γὰρ, *inquit Apoſtolus*, ζῶμεν καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. In ipſo enim vivimus, movemur, & ſumus. *Illud itaque eſt in omni æternitate ſimul & ſine ſucceſſione ullâ permanens Veritas ſempiterna. Nihil enim eſt futurum, niſi quod hujus Veritatis Providentia decrevit. Ex quo colligitur, ut Fatum ſit, non quod ſuperſtitioſè ſomniarunt Ethnici, ſed quod phyſicè & religioſè affirmamus Chriſtiani; nimirū Cauſa Sapiens, Omnipotens, Æterna, Libera, ex cujus nutu ea, quæ præterierunt, facta ſint; à cujus nutu, quæ inſtant, ſint futura & dependeant.*

An Vates, & Vaticinor *deriventur à* Fatum?

A *Fatum*, ut multi ſcitè jubent, nomen *Vates* & Verbum *Vaticinor* deduci debēt. Veteres enim (quod & hodie Germani faciunt) F & V confundebant. Sic Calepinus, Paſſeratius, & alii. Dicitur ergo *Vates*, quaſi *Fates*: & *Vaticinor*, quaſi *Fata cano*.

Φάτης eſt mendax: & *Vieo*, ligare.

Scio eſſe Criticos, quibus in pretio eſt Fatua, Fauni ſoror; eſſe & alios, qui nomen Græcum φάτης, & verbum Latinū *vieo* in conſiderationem appellant.

De Dea Fatua. Ejus templum viri nequidem introſpicere poterant.

Porrò *Fatua* Dea erat, in cujus honorem noctu & in loco operto, à Romanis Matronis ſacra peragebantur; à quibus tanta ſuperſtitione erant arcendi viri, ut qui in ejus ædem introſpicere auderet, capite plecteretur. Sed cur? Ex Macrobio libr. 1. Satur. cap. 12. rationem collige. *Fatuam*, ait, *dum inter homines ageret Fauni uxorem fuiſſe, tantâ pudicitiâ ut perpetuo gynacio (hoc eſt, mulierum conclavi) incluſa, nullum unquam virum, præter maritum, adſpexerit*. A Fatuâ verbum *fatuare* prodiit; & ſignificat *canere*. Pomponius Lætus de magiſtr. Romanor. *Fauni ſoror Fatua vaticinatrix, & ab eâ Vates* fatuari *dicuntur*. Sororem Fauni vocat, quam Macrobius uxorem; illo enim ævo leges de matrimonii impedimētis Principibus non preſcribebantur: nam & Iupiter ſororem in uxorem duxit, ut refert Macrobius *in ſomn. Scip. libr.* 1. *cap.* 17. & canit Virgilius; apud quem *Æneid. libr.* 1. Iuno exclamat.

An fratri ſoror poſſit nubere?

De Fauno & Fatua.

Aſt Ego, quæ Divum incedo Regina, Ioviſque
Et ſoror & conjux, unâ cum gente tot annos
Bella gero, &c.

De Iove & Iunone.

An, & cur vaticinor ſit delirare?

Nomen poſteà, quod erat proprium Divæ, in appellativum tranſivit, & *Vates* fatui crediti & *fatuati* infatuati: & verbum *vaticinor* ſumptum pro delirare. Cicero pro Sextio. *Eos autem, qui dicerent, Dignitati eſſe ſerviendum, vaticinari & inſanire dicebat*. Et Epiſt. libr. 2. *Sed ego fortaſſe vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus*.

Hæc de vocibus prælibaſſe ſufficiat, tranſeamus ad res, & quæ *Fauſta*, aut *Infauſta* olim dictæ ſint, exponamus.

Dierum in Faſtos & Nefaſtos Diviſio.

Dies Romani in Faſtos & Nefaſtos dividebant, in illis aperiebantur Tribunalia, in his non licebat de litibus fari. Ovidius.

Ille nefaſtus erat, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Ovidius Faſt.

Quid in alterutris poſſit fieri, aut non fieri?

Ante Appii Cœci tempora erat Populo incomodum hanc dierum diſcretionem tempeſtivè non ſcire: ſed tandem Cn. Flavius Appii Scriba, conſcientiâ & conſenſu Patroni, Faſtos Romano Populo publicè legendos propoſuit; quod adeò gratum extitit, ut primum Plebis Tribunus, & fuerit poſtà Ædilis Curulis deſignatus.

Vnde, & cur dies aliqui fauſti dicantur?

Fauſtus erat plus, quàm *Faſtus*, ſolenitati enim addit felicitatem: & diebus fauſtis, quas vocitabant *proſperas*, lite non agebatur. Interim *Fauſtus* à fari dicitur, nam fauſta dies nihil aliud faciebant homines, quam de Deorum gloriâ cælitùs, & de Heroum & Principum humanitùs laude præfari. Tibullus.

Quænam facienda, & quæ non facienda fuerint diebus fauſtis?

Proſpera lux oritur, linguiſque animiſque favete;
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die,
Lite vacent aures, inſanaque protinus abſint
Iurgia; differ opus ruſtica turba tuum.

Cur diebus fauſtis forum ſileat?

Sed quomodo? Ferialibus diebus, ne opera ſervilia præpediantur, Tribunalia clauduntur; & ideò *nefaſti* vocantur: fauſtis aut proſperis eadem clauduntur ſimiliter. Ergo-ne unus & idem effectus provenit ab oppoſitis cauſis?

An à cauſis oppoſitis idem effectus aliquando proveniat?

Subſcribe Aſſerenti Sententiæ; quoniam unum & idem prædicatum, quod ab hoc ſubjecto Naturæ arcet & proſcribit Nobilitas, ab illo poteſt & ſolet ſubmovere Imperfectio; quod exemplis plu-

rimis

rimis demonſtrare poſſemus. Ne tamen omnia omiſiſſe dicamur, unum aut alterum, eruditionis gratiâ, producemus.

Cur gradus ſummus & infimus non ſunt in medio?

Sunt Gradus in Scalâ, è quibus ego Infimum, Medium, & Supremum contemplor; & interrogo, Cur ille, & cur hic non ſit medius? Illum profectò, ne medius ſit, impedit loci humilitas; hunc eminentia: & medius dicitur, in quo loci ſublimitas humilitate temperatur.

Quid ratiocinari ſit?

Sic etiam in Philoſophiâ, *ratiocinari*, quod eſt diſcurrere, Conſequentiam ex Præmiſſis inferre, perſectionem immixtam imperfectioni importat; res enim eſt perfecta intelligere, at vero non intelligere omnia ſimul, ſed per gradus ex cognitione ad cognitionem promoveri debere, eſt Intellectûs imperfectio. Ratiocinandi virtutem Homini convenire fatemur: interrogantique, *An Animantes, & Angeli ratiocinentur?* reſpondemus, neutros ratiocinari: illas enim è Rationalium claſſe imperfectio, hos autem perfectio ſubducit.

Cur nec pecudes, nec Angeli ratiocinentur?

De viſione confuſa.

Et agendo de Viſu, Talpam, Hominem, & Lyncem propono. Homo procul incedentem animantem proſpectat, & an bos aut equus ſit, non diſtinguit. Lynx percipit diſtinctè bovem eſſe, & Talpa nihil omninò videt. Et inquiro, Cur confuſa illa viſio, quam homini convenire experimur, nec Talpæ nec Lynci conveniat? Reſpondetur, hunc eumdem confuſæ Viſionis actum propter Viſivi Organi imperfectionem Talpæ, & Lynci propter perfectionem negari.

Cur, nec Talpæ, nec Lynci conveniat?

Cur ſupernaturalibus rebus nõ impoſuerint ſpecialia nomina Veteres Nomenclatores?

Hinc ad ulteriora progrediendo, quoniam Græci, Latinique Nomenclatores (ut cæteras omnes præteream) nihil prorſus de rebus ſupernaturalibus ſciverunt: & Linguæ Sanctæ Inventor (Adamus) eam tantùm habuit, quæ pertinet ad Viatoris ſtatum, ideò ſunt multa & multa, quæ exprimi verbis nequeunt: & hoc indipiſcuntur ab eminentiâ Ordinis Supernaturalis: & quoniam modeſti & prudentes fuerunt, rebus ſordidis indigniſque aut impoſuerunt nulla nomina; aut talia, quæ intelligi deberent, & non dici; jubentes, ut quoties neceſſitas ſuccurreret rem nominandi immundam, utentes metaphorico nomine circumloqueremur; nam Pudor poſtulat ut ipſas immunditias ſordeſque mundis vocabulis ſignificemus.

Quo modo res immunda & obſcæna poſſint ſignificari?

Cur Trinitatis Myſterium dicatur Ineffabile?

Hinc ſublime Sacroſanctæ Trinitatis Myſterium, nam illud Fide credimus, mente autem comprehendere & linguâ explicare non poſſumus, *Ineffabile* dicimus. Et hoc glorioſum epithetum Myſterio etiam Incarnationis adtribuimus, & *Sigalion*.

poſſemus cæteris: ſupernaturalia enim omnia ſicut captum humanum, ſic & Eloquentiæ ſuperant capacitatem. *Ineffabilia* etiam ſunt æternæ Beatitudinis gaudia, quoniam ut 1. *Corinth.* 2. 9. S. Paulus teſtatur: ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἡμῖν δὲ ὁ Θεὸς ἐπεκάλυψε διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. *Quæ oculus non vidit, & auris non audivit, & in cor hominis non adſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus illum. Nobis autem Deus revelavit per Spiritum ſuum.* &c. Hæc in ecſtaſi ſuâ gaudia libaſſe videtur S. Paulus, quoniam 2. *Corinth.* 12. 3. ſic ſcribit. Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον (εἴτε ἐν σώματι εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα. ὁ Θεὸς οἶδε) ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. *Et ſcio hujuſmodi hominem (ſive in corpore, ſive extra corpus, neſcio; Deus autem ſcit) Quoniam raptus eſt in Paradiſum; & audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Et hæc ſunt præmia, quæ obſervantiæ Legum Divinarum promiſſa: unde D. Benedictus Sanctæ Regulæ quarto, poſtquam recenſuerat Religioſas Virtutes, ſubjungit, *Hæc ſunt Inſtrumenta Artis ſpiritualis, quæ cùm fuerint à nobis die noctuque inceſſabiliter adimpleta, & in die Iudicii reconſignata, illa merces nobis à Domino recompenſabitur, quam ipſe promiſit: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adſcendit, quæ præparavit Deus his, qui diligunt eum.*

Supernaturalia non ſolùm Senſuum, ſed & Naturales Intellectus vires ſuperant.

Sanctus Paulus quæ in ecſtaſi viderat, non poteſt ad ſe reſtitutus referre.

An doctrina de Conceptione minùs pia, ſit ineffabilis?

Tametſi nomen *ineffabile* de rebus bonis & ſupernaturalibus ſemper dicatur, libuit illud Excellentiſſimo Comiti de Lemos ad res alias transferre; quoniam hanc Poſitionem, *Originariâ labe fuit infecta Deipara,* in Epiſtolâ ad Reverendiſs. P. de Marinis Prædicatorii Ordinis Magiſtrum Generalem ab Alexandro VII. aſſerit, *ineffabilem redditam fuiſſe*; juſſit enim prudentiſſimus Pontifex, ne ab ullo Chriſtiano aſſeratur.

Indicibile, & infandum peccatum.

Vox *infandus* tametſi reverà idem quod *infallibilis* ſonare poſſet, fere accipitur in malam partem. Nam præpoſteram Venerem *infandum ſcelus*, aut *peccatum indicibile* dicimus, illudque ipſamet negatione nominis ſignificamus.

Sed & propudioſas miſerias, quas innocui & immeriti patimur, appellamus *infandas*: & quia Virgilius indigna Troës perpeſſos fuiſſe exiſtimat, ut Reginæ Didûs curioſitati ſatisfaciat ſic inquit.

Dolor infandus

Infandum Regina jubes renovare dolorem Virgil. Æn. 2.

Trojanas ut opes & lamentabile regnum
Eruerint Danai; quaque ipſe miſerrima vidi,

Regnum lamentabile.

Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopum-ve, aut duri miles Vlyſſi,
Temperet à lachrymis? &c.

Mors infanda.

Et eodem ſenſu Turnus *Æneid.* 10. ſuorũ militum mortem *infandam* dixit
Quid manas illa virum, qui me, meaq; arma ſequuti,
Quoſque (nefas!) omnes infanda in morte reliqui.

Et huc pertinent illa Regis ad Æneam verba, quæ *libr.* 8. reperiuntur.

Cædes infandæ.

Hanc multos florentem annos Rex deinde ſuperbo
Imperio, & ſævis tenuit Mezētius armis.
Quid memorem infandas cædes, quid facta Tyranni
Effera? Dii capiti ipſius, generique reſervent. &c.
Ac feſſi tandem cives infanda furentem
Armati circum-ſiſtunt, &c.

Et quia ſolent quærere Critici, quid *infandum indicium* ſit, Virgilii hos verſus exhibes, & expoſitionem requiris.

Virgil. Æn. 2.

De infando Indicio. Quid illud ſit?

Fando aliquid ſi fortè tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis, *& inclyta fama*
Gloria, quem falsâ ſub proditione Pelaſgi
Inſontem, infando indicio, quia bella vetabat
Demiſere neci: nunc caſum lumine lugent.

Fortè judiciũ *potiùs Maro, quàm* indiciũ *ſcripſit.*

Reſpondeo illud, de quo Poeta loquitur, eſſe proditionis indicium: ipſumque *infandum* dici, quod ortum ſit à cœco vulgi murmure, de quo nemo ſeriò rogatus auderet vel verbum profari.

Infandi homines, qui?

Qui infanda perpetravit etiam *infandus* dicitur, quoniam ne nominari quidem debet, qui commiſit indigna. Virgilius Æneid. 11.
Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivûm
Conjugis infandæ prima intra limina dextra
Oppetiit, devicta Aſia ſubſedit adulter.

Gigantes & Cyclopes infandi.

Et hoc etiam epitheto ſignati ſunt ob crudelitatem Gigantes, qui inhumano ſerviebant Polyphemo. Virgilius libr. 3.
Nam qualis quantuſque cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera preſſat,
Centum alii curva hæc habitant ad littora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant.

Loca, & tempora infanda, quæ ſint?

Et denique ſicut à rerum geſtarum ſanctitate loca & tempora *Sancta* dicuntur, ſic *infanda* etiam, ſi in illis res atroces commiſſæ. De Loco teſtem habeo Falconium, inquit enim,
Naufragii meminit, quoties proſpectat arenam
Celtiber infandam. &c.

Et Virgilium de Tempore: nam libr. 2. ſic cecinit.
Iamque dies infanda aderat, mihi ſacra paranti
Et ſalſæ fruges, & circum tempora vittæ.

SECTIO II.

De rebus Indicibilibus. *An res aliqua nomen non habeant? An, & aliqua, quæ id habere non poſſint?*

Plures ſunt res in theſauris Naturæ, quàm in theſauris Nomenclatorũ voces.

ESſe res multas innominatas, certum eſt: nam experientia quotidiana nos docet, multas Nomenclatorum notitiam & diligentiam ſuffugiſſe: quæ ubi cognoſcuntur, ab Inventoribus denominantur. Audi Vlpianum *leg.* 4. ff. *de præſcrip. verb.* dicentem. *Natura rerum conditum eſt, ut plura ſint negotia, quam vocabula.* Audi alterum Vlpianum (nempe, D. Dominicum de Rubeis, priorem ingenio, tametſi poſteriorem ætate. *Certamin. XV. pag.* 402.) adnectentem. *An hoc dubium eſt, quin neque verborum tanta copia ſit, non modò in Latinâ linguâ, quæ dicitur eſſe inops, ſed ne in aliâ quidem ullâ, res ut omnes ſuis certis ac propriis vocabulis nominentur.* &c. Et magno videntur Nomenclatores veteres proceſſiſſe conſilio, ut modum Ætati futuræ relinquerer, novas Artes & Scientias, & novas etiam Virtutes condecorandi: quoniam ut *Annal.* 11. inquit Tacitus, *Nova in Rempublicam merita, non uſitatis vocabulis ſunt honoranda.* Sentiebat igitur, non ſolùm Doctorum Scholaſticorum, ſed & Principum Politicorum intereſſe, nova aliquando conformare vocabula.

An Heroes de Patria benemeriti, novis vocabulis ſint decorandi?

An dentur ineffabiles voces?

Multæ ſanè ſunt res, quæ carent nomine, an-ne eſt in toto Mundo aliqua, quæ nomen habere non poſſit? &, ſi inveniantur tales, An abſolutè tales ſunt an alicujus linguæ reſpectu? nam Plinius *Natur. Hiſt. lib.* 28. *cap.* 2. agens de Punicis ſeu Africanis populorum & oppidorum nominibus ait, *vel maximè ſunt ineffabilia, præter quàm ipſorum linguis.* Et idem ipſi dicerent de Linguâ Latinâ, vel Græcâ: nam ſicut apud ipſos ſunt aliquæ pronun-

cia-

ciationes, quibus apud nos non ſunt literæ correſpondentes, ſic & nos proferimus nonnullas literas, quas Hebræi, Arabes, & Indi non poſſunt.

De Nibilo & Infinito. An poſſint vocibus ſignificari?

Si rem ipſam conſiderem, duo mihi ineffabilia abſolutè videntur; *Nihil* & *Infinitum*: nam ſicut comprehendi mente nequeunt; ſic exprimi labio non poſſunt.

Sanè cùm primū nihil omninò ſit, & ſecundum omnia ſimul ſit, videntur conveniens nomen indipiſci non poſſe. De illis in particulari diſſeramus. Et primo de voce *Nihil*, quæ ſignificat *nihil*.

An dentur voces nihil ſignificantes?

Suppono eſſe voces expertes ſignificationis, & tales ſunt quæ ut tales cognoſcuntur à Logicis, videlicet *Blictiri*, & *Scyndapſus*. Has bene conſiderari jubéo, & cum illis confero vocem *Nihil*. An-ne differunt? Illæ nihil ſignificant, hæc nihil ſignificat, non ergo differunt inter ſe.

An hæ ſint, quibus ipſum nihilum ſignificatur?

Vt rem intelligas, rerogita, An-ne idem ſit, *Non dicere rem eſſe*: ac *dicere rem non eſſe?* Porrò in priori caſu actum, in poſteriori objectum negatio afficit. Ergo pari modo de prædictis vocibus philoſophaberis, nam *Blictiri* & *Scyndapſus* voces ſunt, quæ nullam habent ſignificationem; at *Nihil* eſt vox quæ quidem habet ſignificationem, quæ tamen ſignificatio pro objecto habet ipſummet nihil.

Aliud eſt nihil reſpondere, hoc eſt, non reſpondere: & aliud reſpondere Nihil: hoc eſt dicere hāc vocem Nihil.

Cavendum eſt, ne etiam vocis *Nihil* ſuppoſitio formalis cum materiali confundatur; vox enim *Nihil*, materialiter ſumpta, non eſt nihil, ſed aliquid. Audi hanc hiſtoriam. *Dum veníret Bruxellas Ludovicus prætergreſſus patibulum hominem (ſi vocari homo poteſt ſceletum humanum carne à corvis exeſâ) pendêre vidit, & illum adloquitur dicens, Iure, an injuriâ paſcis corvos? Inſinua mihi quid feciſti? Et tunc ille è patibulo clarâ & ſonorâ voce reſpondit interroganti, Nihil.* Audierunt aliqui, & ſtupidi illū fuiſſe innocentem jurarent; ajebant enim, non ſine miraculo potuiſſe fieri, ut excarne cadauer loqueretur. Et bene profectò diſcurriſſent, ſi cadaver dixiſſet hanc vocem *Nihil*: non autem, ſi reſpondiſſet nihil: hoc eſt, nîl reſpondiſſet.

De attributis Divinis. An, & quibus nominibus ſignificentur?

Porrò Dei attributa poſſe & ſolere nominibus ſignificari, fatentur univerſi Theologi; [ſunt enim relativa, & creaturas reſpiciunt, quæ in multitudine, magnitudine, & perfectione cognoſcunt terminos.] neganeque eſſentiam poſſe, nam eſt abſoluta & infinita: & probant ex illo *Exod.* 33. 19. ubi Moyſi Dominus. *Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram me, &c. Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & vivet, &c. Ecce eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram: cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dexterâ meâ donec tranſeam: tollamque manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.*

An Deus à viventibus videri poſſit?

Ergo, ſi Divina eſſentia humanitùs cognoſci non poterit, nomine aliquo humanitùs explicari non poterit. Firmant hanc Veritatem plurimi Scripturæ & Patrum loci qui à Theologis adduci ſolent. Dicitur enim Geneſ. 32. *Cur quæris* nomen meum? Iudic. 13. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Proverb. 30. *Quod nomen eſt ejus: & quod nomen Filii ejus, ſi noſti?* Et Eccleſ. 43. *Multa dicemus, & deficiemus in verbis: conſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus.* Et Concilium Lateranenſe, ut habetur cap. *Firmiter.* de Summ. Trinit. & Fid. Catholic. *Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd unus ſolus eſt verus Deus, æternus, immenſus, & immutabilis, incomprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis.*

An, quod non cognoſcitur, poſſit denominari?

An innominabilis Deus ſit?

Conſonant Patres, & præcipuè Auguſtinus Epiſt. 42. ad Madaurenſes dicens. *Eſt quiddam inviſibile, ſummum, æternum, incommutabile, & nulli effabile, niſi tantùm ſibi.* Damaſcenus libr. 1. Fidei cap. 16. *Cùm Deus incomprehenſibilis ſit, nomine quoque prorſus caret.* Anſelmus in Menolog. cap. 62. *Deum ideò eſſe ineffabilem, quia penitùs non poteſt comprehendi.* & libr. 1. de Fid. Orthod. cap. 1. *Ineffabile eſt Divinum nomen, & incomprehenſibile; nam eſſentia Dei, quid & qualis in ſe ſit, comprehendi à creato intellectu, & humano ſermone efferri non poteſt. Ideò Spiritusſanctus demiſit ſe ad noſtrum captum, & attributis quibuſdam eſſentiam ſuam deſcripſit.* Vnde meritò ſancta & ſcita Attali Martyris verba ab Euſebio *lib. 6. Eccl. Hiſt. cap. 3.* referuntur & celebrantur: nam per contemptum interrogatus à Tyranno, quod nomen Deus haberet, reſpondit. *Qui plures ſunt nominibus diſtinguuntur; qui autem unus eſt, non indiget nomine.* Vbi Vides Deum, & propter varias rationes carere nomine. Sunt & alia Patrum teſtimonia, quæ apud Faſolum 1. *part. quæſt.* 13. *art.* 2. *dub.* 1. Recupitum *libr.* 6. *de Deo quæſt.* 42. *cap.* 1. Patavium *libr.* 8. *Theolog. dogmatic. cap.* 6.7. & alios Recentiores videri poterunt.

An quoad ſe ſit effabilis, & quoad nos ineffabilis?

Cur Deus ineffabilis ſit?

Cur nomen habere nō debeat?

De Incolis Provinciæ Paraguaya in America.

Primò hanc ipſam ineffabilitatem exprimunt ingenioſè Americani illi populi, qui ad Paraguayum fluvium habitant, nam ut P. Antonius Ruizius in libr. qui inſcribitur, *Conquiſta eſpiritual, hecha por los Religioſos de la Compañia de Ieſus en las Provincias del Paraguay*, &c. *Artic.*

10.

10. ſic inquit. *Conocieron, que havia Dios, y aun en cierto modo ſu Vnidad, y ſe collige del nombre que le dieron, que es* TV-PA. *La primera palabra* TV *es admiracion, y la ſegunda* PA *es interrogacion: y aſſi correſponde al vocablo Hebreo* MAN-HV? Quid eſt hoc? *En ſingular.* &c. hoc eſt, *Cognoverunt Paraguayenſes dari Deum: immo & aliquo modo eum eſſe unum: ut conſtat ex nomine, quo illum ſignificant. Eum vocant* TV-PA; *cujus vocis prima ſyllaba* (TV) *eſt admirantis interjectio; ſecunda verò (nempe* PA) *interrogantis. Vnde erit ſimile Hebraico illi vocabulo* MAN-HV? Quid eſt hoc? In *particulari.* &c. Quam ob rem, ita delinearetur [! ?] nomen hoc ſi deberet à Latinis ſcribi. Deus ergo tantus eſt, ut ſemper in eo rimemur perfectiones, quæ cum admiratione adoremus, ſemper infinitas ignoremus, quas poſsîmus doctiores interrogare, & licet plures & plures quotidie aſſiduâ meditatione diſcamus, ſciemus eas quas didicimus cum cæteris, quas neſcimus, collatas eſſe guttæ ſimillimas, ſi cum immenſo Oceano debeat comparari. Et hoc altè perpẽdentes Theologi nobiliſſimi Deũ poſſe nominari negarunt. Et tantâ univerſalitate Bañez *in* 1. *part. quæſt.* 13. *art.* 1. *concl.* 2. Zumel *ibid. quæſt. unic. concl.* 4. Suarez *libr.* 2. *de attrib. cap.* 31. *num.* 18. & alii, ut aſſeruerint, *neque à viatore, neque à comprehenſore, immò neque ab ipſomet Deo, ſibi nomen imponi poſſe, quod ſignificet Deum, ut eſt in ſe.* Alii hanc ſent ntiam ad ſolos viatores contrahunt, exiſtimant enim, Deum, ut eſt in ſe, non ſolùm ab ipſomet Deo, ſed etiam à Beatis poſſe denominari. Ita S. Thomas 3. *part. quæſt.* 13. *art.* 1. & 1. *contra Gentes cap.* 31. Cajetanus & Ferrarienſis *loc. cit.* Henricus *in Summ. art.* 13. *quæſt.* 9. Capreolus *in* 1. *diſt.* 22. *quæſt* 1. *art.* 1 Richardus *art.* 1. *quæſt.* 1. Palatius *ibid.* & alii. Pulchra, & huc maximè concernentia ſunt illa Ciceronis verba, quæ in primo de Deorum naturâ leguntur. *Plato in libris legum, quid ſit omninò Deus, inquiri oportere non cenſet; Omnibus ferè in rebus, maximè in Phyſicis, quid non ſit Deus, quàm quid ſit, dixerim. Roges me quid, aut qualis ſit Deus? authore utar Simonide, de quo, cùm quæſiviſſet hoc idem Tyrannus Hiero, deliberandi causâ ſibi unum diem poſtulavit: cùm idem ex eo poſtridie quæreret, biduum petiit: cùm ſæpius duplicaret dierum numerum, admiranſque Hiero quæreret, Cur ita faceret? Quia, quanto, inquit, diutiùs conſidero tanto mihi res videtur obſcurior.*

Quo modo vocent Deum?

Quid Tu & Pa ſonent in eorũ lingua?

Man-hu. *Quid hoc?*

Exod. 16. 15.

Quo modo Nomen Dei poſſet ſcribi?

An Deo Viatores, an Beati, an ſaltem ipſemet Deus poſſit nomen opportunum imponere?

An ſcire poſſimus, quid ſit Deus?

Pulcherrima Simonidis ad Hieronem Tyrannum Reſponſio.

Interim communis hodie ſententia aſſerit, poſſe Viatores Deo imponere nomen, quod ſignificet eum *ut eſt in ſe.* Eſto viatores non ſignificant Deum *ut eſt in ſe.* Ita Scotus *in* 1. *diſt.* 22. *quæſt. unic.* §. *His præmiſſis.* Rubius *quæſt.* 1. *art.* 2. Ochamus & Gabriel *ibid.* Molina *in* 1. *part. quæſt.* 13. *art.* 1. *diſ.* 2. Valquez *ibid. diſp.* 57. *cap.* 2. Qui ſequuntur S. Auguſtinum *libr.* 1. *de doctrin. Chriſt. cap.* 6. dicentem. *Pugna verborum eſt, dum ineffabilis* (indicibilis) *dicitur ille, qui dicitur: quoniam, ſi illud eſt ineffabile,* (indicibile) *quod dici non poteſt, non eſt ineffabile* (indicibile) *quod vel ineffabile dici poteſt.* Dicimus ergo eodem Deum ſenſu vocari *ineffabilem, innominabilem, indicibilem,* &c. quo *inviſibilem.* At dicitur *inviſibilis,* quòd nec naturæ vitibus, nec comprehenſivè videri poteſt: ergo eodem etiam ſenſu vocari poterit *Ineffabilis, & Indicibilis.* Fundamentum hujus ſententiæ eſt, quod poteſt quis ita loqui, ut rem meliùs intelligat, qui audit, quàm qui dicit. Pono exemplum. Tomyris Maſſagetarum Regina, nunquam à Cyro viſa, Legarum apud Cyrum Perſam miſit: ſit vocatus Eutherius. Annon quoties Cyrus nominabat Tomyrim, meliùs & clariùs, quæ & qualis eſſet ipſa, intelligebat audiens, quàm dicens?

An poſſit nomen ita rem ſignificare, ut eam meliùs intelligat audiens, quàm dicens?

Hinc Iudæi, æternam Dei naturam, quam quodammodò confusè intelligebant, ſignificarunt nomine, quo intellectualiter audito Angeli ad perfectiorem rei ſignificatæ pervenirent notitiam, quã ipſi proferentes habebant. Nomen hoc & proferre, & ſcribere poterant: verùm enim verò calamo, quàm linguâ animoſiores auſi ſunt nomen Dei ſcribere, non proferre: quoniam יהוה ſcribunt: & hoc eſſe nomen Dei eſſentiale aſſerunt: aut idem eſſe ineffabile addunt, & ideò ubi illud raperiunt ſcriptum plerumq; אדני *Adonai*, & aliquando etiam אלהים *Elohim* legunt. Et, ſi fortè puncta voci יהוה ſubſcribant, illa exſcribunt ex his vocibus, & ex ADONAI faciunt IEHOVA; aut ex ELOHIM formant IEHOVA. Et Septuaginta Interpretes morem Hebræis gerentes, hoc ipſum nomen IEHOVA, prout punctum fuerit, jam Κύριον, *Dominum*, & jam Θεόν *Deum* interpretantur. Sanè nomen IEHOVA à radice HAVA deducitur, & hæc ſonat *eſſe*, adeoque in linguâ Latinâ nomen, quod ipſi reſponderet, deberet à verbo ſubſtantivo deſumi: unde ſicut à *florere* eſt in uſu *Florentius*, & à *vincere* eſt *Vincentius*, &c. ſic ab *eſſe* deſcẽdere poſſet *Eſſentius*, quod nominis IEHOVA ſignificationem exprimeret, & Divinam eſſentiam denotaret.

De Dei nomine

Quomodo ſcribatur? quibus punctis notetur? quomodo proferatur?

Quid nomen IEHOVA *ſignificet?*

An, & quo modo Latinè reddatur?

Qui

Google

Qui autem IEHOVA, aut Dominum aut Deum interpretantur; nam ſi Dominus à dominando & Deus à dando dicitur: *veriſſime quidem per conſequens* IEHOVA *redditur* Dominus, *nam qui* IEHOVA *eſt, videlicet cujus eſſentia eſt à ſe ipſo, omnibuſque dat & conſervat hoc ipſum, quod ſunt, is procul dubio eſt* Κύριος κυριευόντων, καὶ μόνος δυνάστης, *&* παντοκράτων, *abſoluteque & propriè Dominus*: ut ait Nicolaus Fullerus *in Miſcellaneis ſacris. libr. 2. cap. 6. pag.* 190.

An, & cur Deus ſit Dominus?

1. Timoth. 6. 5, Apoc. 1. 8.

Multa & præclara de hoc ineffabili nomine fuerunt olim ab Hebræis, Græcis & Latinis ſcripta, multa paſsìm etiamnum ſcribuntur. Eò univerſi tendunt, ut dilucident, quæ Nicolaus Cauſſinus inſinuat. Sic enim ſcribit. [Quid de ſtupendo nomine dicemus, cujus vìm nulla oratione, nec ratione explicandam, ſatis illa declarant, quòd ipſum Summus Pontifex ſolus, idque in anno tantùm ſemel, decima luna Septembris, in interiori ſacrario, arcano quodam more à Moyſe tradito, pronuntiare auderet? Quid de cæteris, quorum vis magna, & infinita propè multitudo, cum præſertim unus Ioſephi libellus de arcano ſermone conſcriptus, undecim locorum millia ex ſacris, ut ipſius nominis explicet? Num hæc magnæ opulentiæ, quæ ex noratione nominum petitur, loco numeranda ſunt? &c.]

An, & cur à ſolo ſummo Sacerdote nomen Dei proferatur?

Cur illa puncta inſcripta fuerint, jam diximus: at Zinchius *libr. 1. cap. 13. de Divinis attrib.* myſterium reperit, & ex contingente Antecedente Concluſionem neceſſariam deducit: in quâ Conſequens à Conſequentiâ diſtinguentes, ſicut damnamus illam, hoc ſuſpicimus & adoramus. Zanchii itaque ſententiam, quoniam librum non habeo, verbis citati Fulleri proponam.] Cedo namque mihi in omnibus omnium [a] gentium linguis nomen alterum, quod huic ad unguem reſpondeat, quodque eſſentiam ſecundum triplicem, hoc eſt, univerſam temporis notationem exprimat: itaque adumbratam immutabilis & æternæ durationis imaginem captui noſtro facillimè, pulcherrimèque repræſentet. Siquidem, ut acutè obſervavit Zanchius, in nomine HIEHOVA *Camets* productum literâ ה, præteriti temporis index eſt: *Cholem* præſentis: *Iod* denique futuri. Et totum Thema HAVA ipſum *eſſe* ſimpliciter ſignificat. Hoc idem adegit Authorem Apocalypſεως, periphraſim adhibere, quâ vim & naturam nominis IEHOVA pleniùs explicaret. Etenim, quod uno verbo non poterat efferre, dum [b] ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν. καὶ ὁ ἐρχόμενος.] Qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt. *Apocal.* 1. 4. Vnde addit hoc ipſum ſanctum nomen à Veteribus ἀνεκφώνητον meritò nominari. Hanc eamdem ſignificationem ex alio tamen capite adducit *tom. 3. libr. 1. Hæreſ.* Epiphanius; ipſi enim IEHOVA eſt, ὃς ἦν καὶ ἐστὶ καὶ ἀεὶ ὤν. *Qui erat, & eſt, & ſemper exiſtens.* Bis præſens ponitur, & futurum omittitur, ergo latet ſphalma (nam S. Patris liber, & Græcus præcipuè, incorrectiſſimus eſt) & erat verus textus, ὃς ἦν καὶ ἀεὶ ὤν. *Qui eſt, & erit, & ſemper exiſtens.*

Ex incerto antecedenti certè conſequens deduci poteſt.

a] In aliqua. voluit dicere.

Voces iſtas conſidera.
Paqad.
Poqed.
Ipqad.
Præteriti, Præſentis, & Futuri ipſa ſunt. Et in Præterito eclucet Camets *in Præſ.* Vau, *&* Cholem, *& in Futuro* Iod.

b] *videtur deeſſe*, dixit his pluſculis.

Rem recognoſcis, & interrogas, *Anne nomen Dei* IEHOVA, *poſſit characteribus aliorum populorum ſcribi?* Reſpondeo illud Græcis non poſſe, nimirùm propter ה & ו non enim Græci vocalem in dictionis medio aut fine adſpirant, nec habent conſonantem V. nam illorum ὂψιλὸν ſemper vocalis eſt; unde cùm volunt u conſonantem ſcribere potiùs utuntur B, quàm Y; quod & in hoc nomine fecerunt aliqui, ut ſtatim videbimus. Latini autem convenientes characteres habent, quibus & Hebræas literas, & adſcriptas motiones repræſentent; nam hoc nomen IEHOVA ſine punctis eſt *ihuh*, & cum illis *Iehovah*.

An nomen IEHOVA *poſſit à Græcis & Latinis ſcribi?*

Cùm autem puncta illa non ſint propria, ſed aliunde translata, interrogas, *An Veteres, qui antequam puncta invenerunt Rabbini, floruerunt, hoc nomen ſciverint pronunciare?* Reſpondeo Apollinis Clarii Sacerdotes dixiſſe Ἰαω. Sacerdores, inquam, non Apollinem; Idola enim erant lignea aut lapidea, adeoque muta, quoniam, ut canit Pſaltes, *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient; neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum*, Quia, tametſi in illis ſtatuis Dæmon potuerit loqui, aut fortè fuit aliquando loquutus, Sacrificulus erat, qui reddebat Oracula; & quo id modo fecerit, Athanaſius Kircher, & alii Viri docti explicarunt. Ergo Clarius Apollo, (hoc eſt, Sacerdos, qui per ejus os loquebatur) ut habet Macrobius *libr. 1. Saturnal. cap.* 18. ſic inquit.

De ejuſdem punctis. Vnde illa ſumantur?

Pſal. 134. 15.

Quiſnam dederit Reſponſa in Oraculis?

Φράζεο τὸν πάντων ὕπατον Θεὸν ἔμμεν Ἰαω.

Cunctorum ſummus Divorum habeatur Iao.

An IEHOVA *ſit* Ἰαω.

Poſſet hîc primò aliquis circa vocis ὕπατον ſignificationem diffundi: & poſſet ſecundò vocem πάντων conſiderare, & adſerrere, hoc carmen, etſi ſummam ipſi Ἰαω gloriam deferat, eſſe ſacrilegum,

nam.

nam negat expreſsè unitatem.

Deus Græcè dicitur ὑπέρτατος, *ſicut Latinè* Altiſſimus.

Sed respondeo breviter ὑπέρτατος per ſyncopen tranſire in ὕπατος, *ſupremus, ſummus*. Iliad. ψ & ω. legitur, ἐν γὰρ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρόν. *In pyra excelſiſſima cadaver*. &c. Et in Epigramm. ὕπατον ὄρος, *Mons altiſſimus*. &c. Vocem poſteà tranſtulere ad Politicam, & quos Latini Conſules, quod apud eos, poſt exactos Reges, ſumma poteſtas eſſet, Græci Romanarum rerum Scriptores ὑπάτȣς vocaverunt. Dionyſius Halicarn. Plutarchus, & alii. Deus igitur meritò ὑπέρτατος, aut ὕπατος vocari potuit. Addo tamen, Latinum verſum Græci rigorem non exprimere: non enim Cæli Creator Græcè πάντων θεῶν ὕπατος, *Omnium Deorum ſummus*, ſed πάντων ὕπατος θεός. *Omnium rerum ſuprema Deus*, quibus verbis ſuprema adoratur Majeſtas, & Vnitas non negatur. Cætera Theologi examinent, nam ſingula non debeo diſcurere in diſputatione Grammaticâ. Sufficiat ergo nobis. illo ævo in Græciâ nomen Iehova legi Iaω.

Cur Græci Cõſules Romanos ὑπάτȣς *dixerint?*

Verba Græca exponuntur.

Et eamdem vocem paulò aliter legerunt iidem Græci Chriſti tempore: nam Diodorus Siculus, qui Iulii & Auguſti temporibus, paulò antè Chriſtum vixit, omnes Legiſlatores, ut Tabulis à ſe præſcriptis authoritatem & obedientiam cõciliarent, ab aliquo eos illas Deo recepiſſe, aut ſaltem ſe recepiſſe ſimulaſſe aſſerit: & veniens ad Movſem, ſic ſcribit. Παρὰ δὲ τοῖς Iȣδαίοις Μωσῆν τὸν Ιαῶ ἐπικαλȣμενον τὸν Θεὸν προσποιήσασθαι τȣ̃ς νόμȣς αὐτῷ διδόναι. *Apud Iudæos Moſem finxiſſe, Deum illum, qui Iaô cognominatur, leges ipſi tradidiſſe*. Inter Clarii Apollinis Sacerdotes & Diodorum hinc tantùm in accentu differentiam reperio, quod in nomine *Iao*, in quo conveniunt, illi acuant primam, & ultimam hic circumflectat. [Et hîc Diodorum non ut Theologum, ſed ut Grammaticum produco; nempe, ut ſciam, quomodo vocem Iehova legerit, non ut curem, quid de Deo irreligioſus homo dixerit: de eo enim Genebrardus *pag.* 343. ſic ſcribit. *Fabulas tantùm exponit quia perquiſitis omnium Hiſtoricorum profanorum ſcriptis, certi nihil de prioribus temporibus repererat. Belli autem Trojani tempus Narrationis ſuæ exordium ſtatuit, Apollodori & Varronis præcipuè operibus adjutus*. &c.

Apud Diodorũ Siculum IEHOVA *legitur* ἰαῶ.

An Deus Moyſes ſit fictus? Loquitur Diodorus ut Ethnicus?

Qualis ſit Hiſtoriographus?

Majori differentia eamdem vocem ante Troiæ excidium proferebant: nam Sanchouniatho Berytius, Hiſtoricus apud Phœnices celeber, pro Iehova ſcripſit Ἰευώ. Conſtat hoc ex Porphyrio, erudito Dialectico, tametſi inſenſiſſimo Chriſtianæ Religionis hoſte. Hic enim, (ut apud Euſebium *libr.* 1. *de præparat. Evangel. cap.* 5. habemus) præfatum Sanchouniathonem à diligentiâ & veracitate commendat, & inter alia ſcribit. Τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν Συναγαγὼν συνέγραψε. *Veterem hiſtoriam, partìm ex civitibus urbium ſingularum, partìm ex ſacris templorum Commentariis, compoſitam perſcripſit*. Eam à Philone Byblio in linguam Græcam verſam, iterum, iterumque dilaudat: vultque in iis, quæ de Iudæis tradit, ab omnibus debere admitti. quoniam illa ipſa didicit, παρὰ τȣ̃ ἱερέως Θεȣ̃ τȣ̃ Ἰευώ. *A Sacerdote quodam Dei Ievô*. Habuit à linguâ Phœniciâ, & Syrâ illud ω, nam *Cametz*, quam cæteri ut *a*, ipſi volunt proferre ut *o*. Quos hodie imitantur ſuperiores Germani, qui illam eamdem vocalem *Cometz* nominant.

Vocem IEHOVA *Porphyrius legit* ἰευώ.

Quis ſit Sanchouniatho?

An ָ *Hebræorum vocalis, ut* α, *an verò ut* ω *proferri debeat?*

Aliter enim pronunciat Epiphanius, tomi enim tertii libr. 1. adverſus hæreſes poſtquam plura Dei nomina recenſuiſſet, & expoſuiſſet, tandem velut maximè proprium ponit Iehova, quod Græcis characteribus ſcribit Ἰαβέ. At non ſic ſcripſiſſe Epiphanium, ſed Amanuenſes in exſcribendo adlucinatos fuiſſe contendit Nicolaus Fullerus *Miſcell. Sacr. lib.* 2. *cap* 6. *pag.* 195. dicens. [Corruptum proculdubio à Librariis, ut & totum ipſius exemplar Græcum innumeris mendis ſcatet. Crediderim initio ſcriptum fuiſſe ab autore Ἰωβα. Mutatio autem deinceps ω in ε proclivis admodum erat, propter magnam harum literarum ſimilitudinem, ſitu tantummodò, non figura diſcrepantium. Et ſyllabarum, literarumque tranſpoſitionem creberrimam experimur. Atque hoc pacto pro vitiata voce Ἰαβέ, quàm emendatiſſima nobis teſtituetur Ἰωβά. Eamque ſi admiſerimus, conſulemus æſtimationi ſanctiſſimi Patris, linguæ etiam Hebraicæ non ignari &c.]

An S. Epiphanii libri corrupti ſint?

Sunt ε *&* ω *literæ ſimiles*,

Ἰωβα, *&* *non* Ἰαβε, *Sanctus Epiphanius ſcripſit*

Latini nomen Iehova punctis vocis אֱלֹהִים affectum legerunt *Iovi*. Et poſteà per tertiam declinationem inflectendo, dixerunt. N. *Iovi*. G. *Iovis*. D. *Iovi*. Ac. *Iovem*. V. *Iovi*. Ab. *à Iove*. & neglecto Recto, utpote à lingua peregrina deſumpto, retinuerunt, & retinent cæteros caſus. Non enim hi à voce *Iuppiter* dicendi ſunt; nam *Iuppiter*, ut exiſtimant Critici, dicitur, quaſi *Iuvans pater*. (& ſtando Hebraicæ Linguæ fontibus, dici profectò poſſet quaſi *Iova-pater*, aut *Iovi-pater* ſi volueris) & habet proprios caſus; videlicet *Iuppitris*, *Iuppitri*. &c. vel *Iuppi-*

Quo modo Latini nomen IEHOVA *legerint?*

De obliquis Iovis, Iovi, Iovem, à Iove, *unde prodierint?*

De nomine Iupiter. *An in Gen.* Iuppitris, *aut* Iuppiteris *habeat?*

Digitized by Google

piteris, *Iuppi-teri* &c. ut alii malunt.

Schola Hallæ *nominantur Lovanii.*

D. Mercerum S. Theologiæ Doctorem ſummę memorię Virum, &c. ſub ann. 1640 cognovi, ut ſuſpexi Lovanii: qui tametſi ab eloquentia laudaretur, & cum applauſu in Hallis (ſic vocant ſcholas) oraret; nolebat *Iovem* dicere, ſed contendebat illum *Iupitrem* nominari debere, ne propter unū nefarium nebulonem ponatur in lingua Latina nova & ſpecialis Declinatio.

NOTA.

An poſſit Deus per negationes explicari?

MAteriam primam, quam poſitivè nemo poteſt benè definire, & exponere per negationes Ariſtoteles dilucidavit, dicens eam eſſe aliquid quod nec eſt ſubſtantia, nec quantitas, nec qualitas, nec relatio, nec actio, nec paſſio, nec ubi, nec tempus, nec ſitus, nec cætera.

Hanc imitatus methodum Dionyſius, poſtquam, quid eſſet Deus omnes perfectiones componendo, expoſuerat; quia in creaturis, etiam nobiliſſimis & perfectiſſimis imperfectiones reperiebat, [in Mundo enim creato

Sunt mala mixta bonis, & bona mixta malis]

ſecundum ſumpſit calamum, Deumq; per negationes dilucidavit. Eum imitatus eſt Maximus Tyrius in Orat. de Deo. Audiunto Nicolaum Cauſſinum de Eloquētia Sacr. & Hum. libr. 4. cap. 22. pag. 208. b. inquit enim. [Eſt illud uſitatiſſimum in divinis definitionibus: & diſertiſſimè expreſſit Maximus Tyrius, pulchrum Deum dicam, & pulchrorum omnium pulcherrimum: haud quidem pulchrum corpus, ſed unde pulchritudo in corpora emanat; neque etiam pulchrum pratum, ſed unde, & prata, & amnes, & mare, cælum ipſum, cæleſteſq; Dii pulchritudinem decerpunt. Inde enim pulchritudo omnis, tanquam ex perenni, puriſſimoque fonte, ad nos, uſque perlabitur, tantumque, aut fortitudinis, aut firmitatis, aut ſalutis rebus in ſingulis, quantum ab eo fonte reſperguntur. Ex quo ſi nihilum hauriant, continuo turpes, diſſolutæ, corruptæque tabeſcunt: hoc tibi ſi ſatis eſt, Deum inſpexiſti; ſin minùs, quæ non alia poterunt ejuſdem naturæ interpretationem proferre? Fac in eo, nec magnitudinem, nec figuram aliquam cogites; non aliud prætereà quicquam, quod materia pati conſuevit. Ex quo fit etiam, ut ea divinæ naturæ præſtantia ſuarum tenebrarum latibulo incluſa ratione noſtri אין (Non) aut (nihil) appelletur, ut nonnulli philoſophantur in hunc exodi

Sigalion.

locum: Eſtne Dominus in nobis אסאך.

Neque verò tantùm his negationibus; ſed caſto plerumque ſilentio utuntur oratores, tanta Dei Majeſtate perculſi, & præclarè ubi nos Pſalm. 65. legimus. Verba Davidis Hebraica ſonant: Tibi ſilentium la' De' in Sion לדומיה תהלה אלהים בציון quod ſilētiū efficaciſſimū eſt: unde Moiſes, ut notat Zoar) in 14. Exod. licet corde orare, dicitur clamare, quia ſilentio tam grandi nihil vehementius.

SECTIO III.

De Mariæ Nomine, & Prærogativis. *An illud ineffabile, & iſta indicibiles ſint?*

De Sole, & Sola.

P. Bernardus Bahuſius hunc Proteum invenit, illumq; Erycius Puteanus in longum deduxit, & Scholiis pulchris dilucidavit.

IN Sole omnes ſplendorum theſauri, qui in Firmamento per Conſtellationes diviſi reddunt illuſtria ſydera ſimul congregati inveniuntur: & in Sola (quo nomine ſola intelligitur Angelorum Regina) omnes Divinæ gratiæ, quæ ſparſim Sanctos in Empyreo condecorant, in ipſa divinitùs coordinata refulgent. Unde meritò illam celebrat quidam devotus Iunior uno ſimplici carmine, qui in millenas formas poteſt, & figuras tranſire: videlicet,

Tot tibi Virgo ſunt dotes, quod ſydera Cælo.

Dotes Virgineæ cum Æternis collata.

Cui, tametſi metro ſit ſimile, & poſſit per totidem combinationes alterari.

Quot tibi Virgo ſunt dotes, tot ſydera Cælo.

illud Theologica condemnavit ſynceritas; licèt enim quot ſplendorum gratiæ inſunt Cælo, reperiantur in Virgine, non autem Parthenias Cælum capit, quoniam perfectiones Cæleſtes, tametſi infinitis ſimillimæ, ſi cum Partheneis conferantur, excedantur in numero.

In Mariæ nomine Liber tantus includitur, ut multis vix poſſint ſæculis ad longum poni, quæ per cipharam, & compendium includit.

Quàm Magnū ſit Nomen Mariæ?

Et quidem tam magnum eſt hoc nomen, ut ab Oriente in Occidentem ſumma Majeſtate decurrat, contineatque prærogativas, quas nulla poſſit Hyperbole exæquare, aut attingere. Quidam, qui multarum ſyllabarum nomen præſeferebat, dicebat olim apud Plautum, *Tam longum eſt nomen meum, ut ab Aurora uſque ad conubiam noctem ſi ambules, vix ad finem pervenias.* Reſpondet Senex, *Opus eſt face, & viatico ad tuum nomen, ut tu prædicas.* Quæ verba, tametſi de Ethnico, & ab Ethnico ſcripta, ita conveniunt Deiparæ, ut propter ipſam Solam fuiſſe inventa credantur. Longum profectò eſt nomen Virginis:

Sanè in magnis voluiſſe ſatis: & ideò de Deiparæ laudibus aliquid dicere, poterit unuſquiſque, at verò vel unicam ejus Virtutem dignè celebrare nemo poterit.

ginis : quoniam, ſi à vitæ initio ad anhelitum ultimum Parthenii Patres (quo illos nomine intelligo, qui fuerunt Divæ devotiſſimi) de illo, aut eloquerentur, aut ſcriberent varias inire poſſent vias, in quibus felix initium, Diſcurſus nanciſceretur; nullam, in qua ad metam pervenire liceret. Et eſt, ut Devotio oculata perſuadet, tam magnum iſtud Virgineum Nomen, ut, ſi ab Ortu (à Nativitate) immò etiam ab Aurorâ (à Conceptione) ad noctem (ad Sanctiſſimum Tranſitum) diſcurras, innumeras Virtutes invenias, quas incipias laudare; nullam, in cujus Panegyrico poſſis ad finem pervenire. Multa ſunt de ſingulis ſcripta encomia. Et in illo Bahuſiano tot viæ ſe pandunt, ut filo, & face, & viatico indigeas, ne, vel deficias, vel in ambagum excurſibus allucineris.

Libri Authoris de Virgine.

Et quidem tam magnum & eximium eſt ſanctiſſimum nomen, ut jam olim duos Libellos ſpeciales ſcripſerim, quorum alter Maria Liber inſcribitur, & alter exhibet Orationem, in qua Parthenium Mariæ nomen ἀναγραμματικῶς dilucidatur.

Varia Librorũ genera.

Eſt Puriſſima Virgo, *ut ex priori libello conſtat*, Liber ex charta, *Liber in albis* Liber compactus. *Liber purus.* Liber etiam pelle maculoſa; aut, ſi velis, maculata compactus. *Liber compactus Deo.* Liber uniceps. *Liber principio, & fine carens.* Liber ſcriptus, non impreſſus, *Liber impreſſus.* Liber errore carens. *Liber unicus.* Liber finitus, & tamen Verbum Infinitum complectens. *Liber liber, non venalis.* Liber in folio. *Liber Polygraphicus.* Liber Steganographicus. *Liber Grammaticus.* Liber Polyglottus. *Liber, ſed non Syrus.* Liber, non tamen ſcriptus idiomate Orientali. *Liber Poëticus.* Liber Rhetoricus. *Liber Mathematicus.* Liber Arithmeticus. *Liber Geometricus.* Liber Logarithmicus. *Liber Militaris.* Liber contra omnia pericula Mundi. *Liber Chronologicus.* Liber Itinerarius. *Liber Muſicus.* Liber Philoſophicus. *Liber Logicus.* Liber Phyſicus. *Liber Generationis.* Liber de Animâ. *Liber de Cœlo.* Liber Metaphyſicus. *Liber Theologicus.* Liber Vitæ. *Liber Ethicus.* Liber Politicus. *Liber Oeconomicus.* Liber Theſauri. *Liber Expenſarum.* Liber Nuptialis. *Liber Legum.* Liber Medicus. *Libellus ſupplex.* Et hæc omnia debuerunt uberiùs, & accuratiùs dilucidari; nam omnes prærogativæ & perfectiones, quæ ſparſim reperiuntur in hujuſmodi Libris; omnes, omnes, in Cælorum Regina, velut in pulcherrimo florum, & roſarum faſciculo (Hiſp. *como en un ramillete*) ab Angelis, Hominibuſq; reverentiâ admirabunda ſuſpiciuntur.

Prærogativæ & Characteres univerſorum in Maria reperiuntur.

Nominis Mariæ laudes & anagrammata.

Et eadem Puriſſima Virgo, ut ex Libello poſteriori conſtat, in ſuo Parthenio Nomine, hæc, myſteriorum plena, continet Anagrammata. Amari. *A Mari.* Máſia. *A Rami.* A Mira. *I Arma.* I Aram *Mî Ara.* Ramia. *A Rima* &c. Eſt enim *Nomen* מרים MaRIaM (ſic enim in Lingua Sancta ſcribitur & pronunciatur) *Tetragrammaton.* Nomen Immortale, *Nomen Omnipotens.* Nomen Iuſtificans. *Nomen Beatificans.* Nomen ſupernaturale. *Nomen Fortiſſimum.* Nomen Revelatum. *Nomen Altum.* Nomen magnificum. *Nomen Eximium.* Nomen Dominans. *Diameter*, ἀναγραμμ. *Dei Mater.* Eſt & Maria Nomen Infallibile, Ineffabile, Indicibile &c.

An illud indicibile ſit?

Cætera in Libro illo noſtro, qui *Conceptus Evangelici* inſcribitur *à num. 622. ad* 810. ediſſeruntur; & adhuc collegi non paucas Sanctorum Veterum authoritates, quibus exorno ſingula, ut in tertia Editione prodeant uberioribus Charitibus dilucidata. Quia autem impræſentiarùm de ſilentio, & his, quæ vel dici, vel ſcribi non poſſunt, cura ſpeciali diſputamus, Mariae Nomen *indicibile* dicimus; & nos hoc rem intelligere & dicere ex Melleo noſtro Doctore demonſtramus. Sic enim S. Doctor exclamat.

S. Bernardus ſerm. 4. de Aſſumpt. circ. med.

De Virtutibus Virginis Matris.

Non eſt equidem quod me magis delectet, ſed nec eſt quod terreat magis, quàm de gloria Virginis Mariæ habere ſermonem. Ecce enim ſi in ea laudavero Virginitatem, mihi multæ Virgines poſt eam videntur offerri. Si Humilitatem prædicavero, invenientur fortè vel pauci, qui docente Filio ejus, mites facti ſunt, & humiles corde. Si magnificare voluero Miſericordiæ ejus multitudinem, ſunt aliqui miſericordiæ viri, etiam & mulieres. Unum eſt, in quo nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem, Gaudia matris habens cum Virginitatis honore. *Mariæ privilegium eſt, non dabitur alteri; ſingulare eſt, ſed continuò etiam* indicibile *invenitur.* Verumtamen non hoc tantùm, *ſi diligenter attendas, ſed cæteras quoque Virtutes ſingulares prorſus invenies in Mariâ, quæ videbantur eſſe communes. Quæ enim vel Angelica puritas Virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritus Sancti Sacrarium fieri, & habitaculum Filii Dei?*

An omnes indicibiles ſint?

An à copia poſſit provenire Paupertas?

Inopem me copia fecit, antiquus exclamabat Orator, & in uno Homerus loco, & in duobus Virgilius, tam multis conceptibus præpediebantur, ut tacere debuerint quia decernere non poterant, unde initiū deſumerent. Videri Homerus poterit *Iliad.*

Digitized by Google

Iliad β. *verſ.* 489. οὐδ' εἴ μοι &c. quem imitatus eſt Virgilius *lib.* 2. *Georg.* & *lib.* 6. *Æneid.* dicens, *Non mihi* &c. cujus curioſos numeros, per Hyperbolen ab ipſo effuſos, ſine ulla Hyperbole Patres Veteres attemperarunt. Homeri, & Virgilii ſententiam, ſi non verba expreſſit B. Petrus Damianus, nam *in ſerm. de Nativ. Virg.* ſic exclamat. *Hic taceat & contremiſcat omnis creatura, quis enim audeat adſpicere tantæ Dignitatis immenſitatem!* Cur taceat? quia Deiparæ dotes indicibiles ſunt. Cur autem contremiſcat? quia ſe impurum omnis homo crediderit, ſi ſe cum Deiparæ puritate componat. Et ego potiori jure de Angelorum Regina inculcabo, quæ olim dixit de Paula [*] S. Hieronymus ad Euſtochium, nobiliſſimam Virginem ſcribens. *Si cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce reſonarent, nihil dignum Sanctæ, & venerabilis Paulæ virtutibus dicerem.* Conſono Damaſceno, qui *Orat. 2. de Virg. Nativ.* ſimili utitur phraſi, ut Deiparæ celebret prærogativas. *Virgo*, inquit, *omnium encomiorum legem excedit. Si omnes in toto Orbe diſperſæ linguæ in unam coëant, ejus laudes oratione conſequi non poſſent.* Quo reſpiciens D. Bernardus *Serm. 4. de Aſſumpt.* ad univerſas ſubſtantias intellectuales convertens orationem, ſic inquit. *Quo jam poteris lingua, etiamſi Angelica ſit, dignis extollere laudibus Virginem Matrem. Matrem autem, non cujuſcumque, ſed Dei?* Sic & alii Sancti Patres loquuntur. Et ego illorum imitando Pietatem, & illi Virgilianos numeros attemperando, ſic ſcribo.

Hieronymus libr. 2. Epiſt. 27.

*] Euſtochiū filia fuit Paulæ.

Laudes Deiparæ non admittunt Hyperbolen.

Damaſcenus.

Bernardus.

Virgilius libr. 6. Æneid.

Tot tibi ſunt Virgo dotes, ut carmine puro
Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq; centum,
Ferrea vox omnes *Charitum* comprehendere formas [*a*]
Omnia *Virtutum* percurrere nomina poſſem.
Ecce ades, inceptumq; una decurre laborem,
O decus, ô noſtræ meritò pars magna *ſalutis*, [b]
Virgo Parens, pelagoq; volans da vela petenti [*c*]
Non ego cuncta meis amplecti verſibus opto [*d*]
Nō [*e*] mihi ſi centum linguæ ſint, oraque centum,
Ferrea vox [*f*] ades. Et primi lege littoris oram
In manibus Terræ. [*g*] Non hic te carmine ficto [*h*]
Atq; per ambages & longa exorſa tenebo. *Sigalion.*

Libr. 2. Georg.

Hinc ergo dicens. Satis eſt, Regina Polorum,
In magnis voluiſſe. ſtatim mea Muſa tacebit.

Quæ rotundo charactere expreſſa, verba Maronis ſunt; noſtra autem, quæ curſivo ſcribuntur.

a] In verbo *comprehendere* per craſin literæ *prehen* tranſeunt in unam ſyllabam.

Comprehendere *quadriſyllabum eſt.*

b] Præbendo Æterno Verbo carnem Deipara ad noſtram redemptionem & ſalutem concurrit.

c] In aliis libris manuſcriptis legitur *petenti*, & in aliis *parenti*. Et quidem in procelloſo hoc miſeriarum Oceano Angelorum Regina, nobis impetrat vela, quæ Spiritui Sancto concredita nos ad portum conducant.

Cunctis hominibus favores impertitur Deipara.

d] Non ego cuncta chariſmata, quæ Mariam decorant & exornant, amplecti verſibus opto: cum, quia paucula tantùm admirabundus ſuſpicio, & pleraque omnia ignoro. Ergo nequeo optare, quæ neſcio, quia *ignoti nulla cupido*. tum, tot eſſe in Diva Charites, ut carmine comprehendi nequeant, ſcio, & voluntas non ſe præcipitat in impoſſibile.

Nec ignota, nec impoſſibilia deſideramus.

e] Sæpe cauſales Poetæ (immò etiam Oratores interdum) intermittunt particulas, quas volunt ſubaudiri aut intelligi. Hic *enim* Maro in atramentario reliquit; ſed ſine ſenſus damno, nam illud univerſi intelligimus.

Vox enim *debet ſubaudiri.*

f] Quæ volebat fortem ſuam vocem eſſe *ferream* dixit, & potuiſſet eam vocare *auream*, ſi de pretio & pulchritudine diſputaretur. Quoniam, ut ingenioſus quidam Iunior cecinit.

Es la Muſica del oro
La mejor; porque, ſin par,
El mejor metal de voz [*]
Es la voz deſte metal.

*] Vocis ſubſtantia *el metal de la voz* ab Hiſpanis vocatur.

g] Eſt ſimillima cuidam immenſo Oceano rerum poſſibilium multitudo, & venienti in hunc Mundum, in quo continentur creaturæ univerſæ exiſtentes, illi Animæ, quæ Marianum erat corpus informatura, dicebat Providentia Creatrix.

— *Ades. Et primi lege littoris oram*
In manibus Terræ. hoc eſt *Adami.*

Dicitur autem navis legere, & præterlegere oram, quam non pertingit. Hunc alibi conceptum exorno, ut Deiparam ſine peccati labe conceptam fuiſſe univerſis perſuadeam.

De Beatiſſima Virginis immaculata Conceptione.

Carmen fictū. Quid ſit?

h] Sed quid *carminis ficti* nomine hoc in loco dicere aut intelligi cupio? Sunt verba ficta, quæ non reſpondent factis, non enim metra ita imponenda ſunt verbis, ut humanæ actiones metro careant. Mentitur Monachus, qui religioſam veſtem gerens, irreligioſam habet animam. Mentitur Chriſtianus, qui orthodoxè quidem loquitur, in ſua autem vita leges Catholicæ converſationis non obſervat. Mentitur Eccleſiaſtes, qui non facit, quod docet. Qui non imitatur S. Ioſephum, de quo S. Bernardinus (à P. Antonio Bianchetio in Quadrageſimalis ſecundi Diſcurſu LII. pag. 452 b. citatus) ait, *Ioſeph Chriſtum factis ſummovere prædicavit: quibus quidem occaſionem univerſo præſtitit Orbi, ut converteretur ad orandum Verum Deum Hominem factum.*

Operibus potiùs quàm verbis debent Concionatores prædicare.

SECTIO IV.

De S. Ioſephi Paternitate. *An ineffabilis ſit? An quantis prærogativis & privilegiis condecoretur, indicibile ſit?*

SImiles ſunt Mariæ, & Ioſephi virtutes & prærogativæ. De illa B. Anſelmus *Decuit Beatam Virginem eā puritate nitere quā major ſub Deo nequit intelligi.* (Vide S. Thomam *in 1. diſt. 17. qu. 2. art. 4.* & Salazariū *de Concept. B. Virg. cap. 42. pag. 390. a.* qui hoc S. Anſelmi teſtimonium exponunt.) Illiuſque verba recogitans Ioannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis *in ſerm. de Virg. Nativ.* hæc ſcribit. *Sicut decuit,*

Deipara & S. Ioſephus fuerunt in virtute ſimillimi.

Digitized by Google

cuit, ut Virgo ſumma puritate niteret, ſic etiam decuit, ut haberet ſuo modo parem Sponſum puriſſimum, qui eum perpetua Virgine Virgo permaneret. Uterque Regali progenie illuſtris &c. Hanc eamdem ſimilitudinem exponit, dilucidatque S. Bernardinus, ſic ſcribens. *Quomodò cogitare poteſt mens diſcreta, quod Spiritusſanctus tanta unione uniret menti tanta Virginis aliquã Animam, niſi ei Virtutum operatione ſimillimam? Unde credo iſtum Virum Sanctum Ioſeph, fuiſſe mundiſſimum in Virginitate, profundiſſimum in Humilitate, ardentiſſimum in Dei Amore, & Charitate, altiſſimũ in Contemplatione, ſolicitiſſimum pro omniũ ſalute ad ſimilitudinẽ illius Virginis, Sponſæ ſuæ.*

Qualis & quantus Ioſeph fuerit?

Ecce in omnibus, & per omnia Ioſephus fuit ſimillimus Angelorum Reginæ. At illius charites & prærogativas nuper exclamabat Bernardus *indicibiles* eſſe; Anne etiam Sancti Ioſephi virtutes *indicibiles* ſunt? Reſpondeo affirmativè, & Damaſceni authoritate me benè reſpondiſſe perſuadeo: ipſe enim *ſerm. 3. de Virg. Nativ.* ſic ſtatuit. *Dignitas magna hæc conceſſa fuit Ioſepho, ſingulari Dei dono, ut per deſponſationem omni ſermone præſtantiorem fieret Virginis Sponſus.* Ergo, ſi omni ſermone eſt dignitas Ioſephi præſtantior, qualis & quanta illa ſit, humanitùs eſt indicibile.

An dotes & gratiæ Ioſephi indicibiles ſint?

SECTIO V.

An ſint nomina, quæ hominibus imponi non poſſint?

IPſa diſcurſus ratio poſtulare videtur, ut poſtquam *An ſint aliquæ res innominabiles? quæ nomen habere non poſſint?* expoſuimus: *An etiam ſint aliqua nomina, quæ hominibus imponi non queant?* exponamus.

An ſint res quibus aptari nequeant Nomina? & an ſint Nomina, quæ nulli rei imponi poſſint?

Profectò humana nomina, nam finitam ſignificationem habent, niſi ab hac imperfectione emaculentur, Deo adtribui non poſſunt: nam eſt infinitè perfectus. Ergo etiam ex hoc capite Deus ineffabilis eſt, hoc eſt, vocabulis ad res creatas ſignificandas inventis, niſi ipſorum priùs ſignificatio corrigatur, nominari non poteſt. Hinc Moyſes exod. 15. 3. miraculoſam illã, quam fuerant victoriam contra Pharaonẽ, & Ægyptios indepti celebraturus, ut more humano loqueretur, & tamen Deo humanas imperfectiones non adfingeret, addita vocula *quaſi* vocum emaculavit labem concinens. *Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen ejus, currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare.*

An, & quo modo Humana Deo, & Divina hominibus adtribui poſſint?

E contra Divina illa nomina, quæ infinitam ſignificationem habent, niſi hæc reſtringatur, hominibus, qui finiti ſunt, adtribui nequeunt. Sic inter alias eſt notiſſima vox illa Deus, propter quam pluri-ma ſunt paſſi Orthodoxi.

Nomen profectò *Deus* ſumptum in ſua ſignificatione rigoroſa ſoli Deo convenit. Deut. 4. 4. & 6. 4. & 32. 39. (1. Samuel 2. 2.) 2. Samuel 7. 22. & 22. 32. (1. Reg. 8. 60. & 18. 19.) 2. Reg. 5. 15. & 19. 15. 19. (1. Paral. 17. 10.) 2. Paral. 6. 14 (Pſal. 86. 10) Iſ. 37. 30 & 43. 10. & 44. 8. 24. & 45. 21 & 46. 9. & 64. 4 (Dan. 3. 96.) Oſea 13. 4. (Ioël. 2. 27.) Mar. 12. 29. (Ioann. 17. 3.) 1. Corinth. 8. 4. 6. (Epheſ. 4. 5. 6.) 1. Timoth. 2. 5. &c. At idem nomen per opportunas circumſtantias limitatum etiam accenſetur hominibus. Occurrunt primò illa exodi 7. 1. verba. Dixitque Dominus ad Moyſen. *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem.* &c. Occurrunt ſecundò illa, quæ 1. Samuel 28. 13. leguntur. *Dixitque ei Rex. Noli timere. Quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul. Deos vidi adſcendentes de terra. Dixitque ei: Qualis eſt forma ejus? Quæ ait, Vir ſenex adſcendit, & ipſe amictus eſt pallio.* &c. Occurrit tertiò Pſal. 81. 1. 6. ibi. *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum: in medio autem Deos dijudicat.* Et poſt pauca. *Ego dixi Dii eſtis, & filii excelſi omnes. Vos autẽ ſicut homines moriemini, & ſicut unus de Principibus cadetis. Surge Deus, judica terram.* &c. Occurrit quartò Quæſtio Theologica quæ inquirit. *An ſacrilegæ blaſphemiæ rei ſint adoleſcentes, qui ſuas amaſias* Deas *appellant?* Illam autem jam alibi me expoſuiſſe & deciſiſſe ex Coronio reſpondeo ipſe enim *in Diana Summa* ſic ſcribit. [Non eſt blaſphemia vocare amaſiã Deũ, aut Idolum ſuum, nam hæc verba non dicuntur, aut capiuntur in ſenſu proprio, ſed hyperbolico. Ita Mendoza *in 2. 2. diſp. 91 ſect. 4. §. 16.* Diana *part. 5. tract. 13. reſol. 20.*]

Nomen Deus. An ſano ſenſu competere poſſit hominibus?

An blaſphemus Ovidius ſit, quando Corinnã vocat Deã?

Nomen etiam *Dominus* ita Dei propriũ eſſe videtur, ut hominibus appropriari non poſſit. Audi *lib. 8. ſuper Geneſim* Auguſtinum dicentem. *Deus ſolus Dominus eſt: quia illi animo, non ad ſuam, ſed ad noſtram utilitatem ſervimus: nam, ſi nobis indigeret, eo ipſo non verus Dominus eſſet, cum per nos ejus adjuvaretur neceſſitas, ſub quâ etiam ipſe ſerviret.*

An nomen Dominus, ſit ſolius Dei?

Nomen profectò *Dominus* phyſicè, vel politicè; hoc eſt; realiter aut civiliter, & etiam amplè, aut ſtrictè uſurpatur. Primo illud ſenſu Creatorem Cœli, & Terræ ſignificat; qui ſicut realiter ex nihilo om-

Poteſt realiter & politicè ſumi.

nia

Digitized by Google

nia condidit, ſic omnia in nihilum poteſt convertere: & ideò eſt realis, & verus rerum Dominus, nam poſse producere, & deſtruere, eſt naturaliter dominari. Dominium naturale homines in filios exercent, authoritate limitata, qui enim animas non producunt, nec habent jus in vitas, nec in animas. Dominium politicum habẽt Superiores in vaſallos, & ſervos, ſed aliter & aliter in alterutros, & nõ ita magnũ, ut Ethnici nõ benè inſtituti, putarunt. Et hoc Dominium, vel politicum eſt, vel univerſale, vel ad aliquem locum & gentem, aut familiam contractum. Vide noſtram Theologiam intentionalem *libr.* 1. *diſp.*4. *num.* 109. Et hinc ſcire poterimus, qua fuerint apprehenſione præventi Imperatores, qui *Domini* noluerunt, aut voluerunt vocari. Dici noluerunt *Domini* Auguſtus Imperator, Tiberius, Alexander, Severus, Adrianus, Claudius, Nerva, Trajanus, ut Suetonius, Cornelius Tacitus, Lampridius, & alii Scriptores teſtantur: contra autem Caligula, & Domitianus *Domini* voluerunt nominari.

Quinam Imperatores noluerint, & quinã voluerint Domini *nominari?*

Porrò Principes, & Imperatores, non habent in homine naturale Dominium: hoc enim ſoli Deo convenit, ut *Apologetici cap.* 34. eruditè exponit Tertullianus. Ergo Imperatores, qui hoc ſenſu noluerunt dici *Domini*, fuerunt pii, & religioſi, & qui voluerunt dici *Domini* fuerunt ſacrilegi: nam & Caligula, & Domitianus etiam voluerunt *Dii* vocari: unde Horatius Odarum libr. 1. cecinit.

Homo in hominem Dominiũ naturale non habet.

Terrarum Dominos evehit ad Deos.

non enim eſſet mirum, ſi Deorum albo inſcriberentur, ſi qui naturales terrarum Domini cenſebantur: & hoc ſenſu voces *Deus*, & *Dominus* ſunt ita affines, ut altera ſumatur pro altera. Virg. *Æneid.* 3.

An voces Deus *&* Dominus *apud Gentiles confundantur?*

Iunonis magna primum prece Numen adora

Iunonis cane vota libens, dominamq; potentem

Supplicibus ſupera donis. &c.

Et poſtrà *libr.* 6. agens de raptu Proſerpinæ.

Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Potuerunt etiam ſi intra Politicæ ſignificationis ſe continerent terminos, æquivocationem reſpicere, tam, qui nomen *Domini* recuſarunt, quàm qui ambiverunt. Maluerunt illi *Patres* dici, quàm *Domini*, ne Romani haberentur ut ſervi: hi autem, quia inter cives & ſervos noluerant invenire diſcrimen, *Dominos* ſe jubebant vocari.

Cur Imperatores dici voluerint Patres*?*

Adoleſcentes illi, qui à Luppo Alexandriæ Præſide ſunt trucidati, quod Veſpaſianum *Dominum* appellare noluerint, laudandi, & excuſandi ſunt, quod nomen illud Præſes Ethnicus, rem gratam Imperatori ſe facturum exiſtimans, in ſenſu naturali ſuſceperit, & Veſpaſianum juſſerit nuncupari אדני *Adonai* quod nomen, cùm ſit Divinum, ſine ſacrilegio adtribui non poterat Imperatori. Hebræi enim אדון Adon, *Dominum*, & אדני Adoni, *Dominum meum*, libenter Imperatorem dicerent; at illum אדני Adonai, *Dominum Deum*, nominare non poſſent.

Sab. libr. 3. En. 7.

Quo modo Iudæi Veſpaſianũ potuerunt, & quo non potuerunt Dominũ *appellare?*

Syri, ut ut Religioſiſſimi, ut omnem tollerent æquivocationem, nomen, quod ſignificatione diminuebant, etiam pronunciatione contraxerunt, ut ſeu prolatum, ſeu dictum, ab altero diſtingueretur: nam מריא *Morio* nomen eſt tetragrammaton, quod *Dominum Deum* conſignificat: & מרא, *Moro*, eſt contractum nomen, quod importat abbreviatum dominium. Hos Græci imitantur, & Κυρὸς à Κύριος diſtinguunt, quæ conſideratio ap[...]tinos, quæ inter *Dominus*, & *Domnus* inſpicitur, peperit diſcretionem. Quam admiſere Eccleſiaſtici, & expreſsè S. Benedictus *in Regulâ*: quo illud pertinet Lemma, *Iube Domne benedicere*, quo utuntur omnes, qui ſunt in choro lectionem aliquam recitaturi. Hæc etiam vox *Domnus*, ut video, Græcis placuit; nam in Oppiano lego.

An, & quo modo voces MORIO *&* MORO*: quo* Κύριος *&* Κυρὸς*: quo* Dominus *&* Domnus *differant?*

Καὶ μηγάλη μεγάλῳ φυτήσαν Δόμνα Σεβήρῳ

Et granat grandi generabas Domna Severo.

In quo verſu notari poterunt Critici (1) Δόμνα, *Domna*, eſſe vocem latinam. (2). β, poni pro *v* conſonâ, nam Græci nec *j*, nec *v* conſonas habent (3) *η*, ſonare, ut *e*, non ut *i*, quidquid Iuniores contra vociferentur.

An vox Δόμνος *ſit à Græcis recepta? Grammaticum Monitum.*

Præterea inter Divina nomina vocem *Abbas* enumerat S. Hieronymus, & temeritatis eum incuſat, qui illam homini accenſet. Ejus verba conſidera. *Cum autem* ABBA Pater, *Hebræo ſermone, Syroque dicatur, & Dominus noſter in Evangelio præcipiat nullum* Patrem *vocandum, niſi Deum, neſcio, quâ licentiâ in monaſteriis, vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos adquieſcamus*. Habentur apud Ioſephum Langium *verb. Abbas*, & apud P. Gregorium *in ſyntagm. Iuris univerſ. part.* 2. *libr.* 15. *cap.* 13. *de Abbatib.* quem ipſe adlegat. Interim in Evangelio, ut Deum *Patrem* vocemus Chriſtus præcipit; ne autẽ alios hoc nomine dignemus, nõ præcipit. *Abbas* ſanè in monaſteriis dicitur, Superior, qui univerſos gubernat. S. Benedictus in Regulâ. *Abbas, qui præeſſe dignus eſt monaſte-*

An Abbas *ſit nomen ſolius Dei?*

An Prælati poſſint vocari Abbates*?*

S. Benedictus in Regul. cap. 2.

Digitized by Google

ſterio, ſemper meminiſſe debet, qui dicitur, & nomen Majoris factis implere: Chriſti autem agere vices in Monaſterio creditur, quando ipſius vocatur pranomine, dicente Apoſtolo: Accepiſtis ſpiritum Adoptionis filiorum, in quo clamamus ABBA, *Pater*.

Nullus Chriſtianus poteſt vocari Ieſus. *Aliqui* Salvatores *vocantur*

Tandem dulciſſimum nomen *Ieſus*, quod noſtri Redemptoris, & Domini proprium eſt, nulli Chriſtiano communicatur. Qui *Salvatores* dicantur, reperîmus; non, qui *Ieſus* hoc enim nomen ob reverentiam nulli imponitur.

Nullus Papa vocari voluit Petrus.

Idem dicendum eſt de *Petri* nomine: tanta enim erga S. Petrum Apoſtolum, & primum Chriſti Vicariũ, omnes ejus Succeſſores devotione feruntur, ut nullus auſus fuerit illud ſibi nomen adſciſcere, tametſi ſolenne ſit primum nomen mutare. Et ideò Albaniæ Epiſcopus, qui Petrus anteà nominabatur, ann. 1009. ad ſummum Sacerdotium evectus, mutavit nomen, & Sergius II. vocari voluit; ut vel ſic oſtenderet, quanto honore S. Petrum Apoſtolum proſequeretur. Agens de Sergio IV. à quo nominũ mutationem apud Summos Pontifices ſumpſiſſe exordium, aliqui ſcribunt, P. Franciſcus Carriere ſic inquit. *Sergius IV. Romanus, Epiſcopus Albanenſis, tunc Petrus nuncupatus, ſed cui ob reverentiam Apoſtoli nomen mutare placuit*. Vltimum Summum Pontificem, ut in S. Malachiæ Propheria legitur, video forè Petrum II. qui in ſummis miſeriis, & perſequutionibus Romanam Eccleſiam gubernabit.

De ultimi Pontificis nomine.

Dedecet Principes, & Viros Magnos ſordidis vocabulis dedecorari.

Et quidem ratio ipſa naturalis dictat, ut nec Principes habeant nomina turpia, vel vilia; nec ignobiles, aut viles homunciones gloriosa, & grandia. Hinc Dominus *Osporci* (vel, ut alii loquuntur *Bucca-porcius*) quem Sergium II. fuiſſe, Platina ex Martino Polono aſſeverat, & anno 844. ſediſſe; quem tamen Carriere & alii fuiſſe Sergium IV. exiſtimant, anno 1009. ad Summam Eccleſiæ dignitatem aſſumptum, mutavit nomen, ne ob propudioſum vocabulũ à vulgo imperito, & indocili contemneretur. Hinc etiam conſtat ſortis inferioris hominibus grandia nomina non poſſe imponi; oportet enim ut quos nobilitas à vulgo ſeparat, etiam diſtinguantur nominibus. Hinc orta ſunt familiarum cognomina; hinc leges, quæ inhibent, ne illa ignobiles homunciones uſurpent. Et, ut videre poſſis, eas antiquiſſimas eſſe, addam Herodis Philoſophi verba, quæ apud Agellium libr. 9. cap. 2. leguntur. *Majores* ait (*mei Athenienſes*) *nomina* Harmodii *&* Ariſtogitonis, *qui libertatis recuperanda gratia* Hippiam *Tyrannum ſuſtulerant, ne unquam ſervis indere liceret, decreto publico ſanxerunt; quoniam nefas ducebant, nomina Patria libertati devota, ſervili contagione pollui*. Potuiſſent, & alio decreto ſervos *Hippias* dicere, ut ſicut Redemptores Patriæ æterna gloria, celebrabant, ſic æterna ignominia oppreſſorem offundeſent.

Grandia nomina imponi non debent vilibus homuncionibus.

De nominibus Harmodius, Ariſtogito, *&* Hippias *in particulari.*

SECTIO VI.

An ſint Hominum nomina, qua proferri non poſſint? De immortalitatis deſiderio. An immortalem Famam, ſi non bonam, ſaltem magnam homines concupiſcant. De Templi Diana Epheſia incendio. De Oblivionis pœna. Qualis apud Parthos, & Nicanos ea fuerit?

Cur Pyramides & Sepulchra fuerint ædificata?

CONnaturalis eſt Animæ Rationali immortalitas: adnihilari poteſt, ſed corrumpi non poteſt. Ethnici, qui hanc Veritatem neſciverunt, qualem judicabant poſſibilem, Immortalitatem ambiverunt. Ideò erectæ Pyramydes, & ædificata Mauſolea, ut qui verè non erant, Politicè Statuis & Imaginibus cooperantibus viverent in Tabulis Æternitatis.

An præſtet malam famam habere, quàm nullam?

Et eo Immortalitatis in illis hominibus deſiderium pervênit, ut maluerint malam famam obtinere, quàm nullam. Eorum Genium profectò expreſſum video in Præfatione illius Libelli, qui inſcribitur, *Mulieres non eſſe homines* & de argumento ingenioſè jocatur; ait enim ejus Author, *Famam ſe, ſi non bonam, ſaltem magnam, conſequuturum eſſe*.

Heroſtratus ut nomen imortale conſequeretur, Dianæ Epheſiæ templum incineravit.

Hujuſmodi præoccupabatur ambitione Heroſtratus, qui cum non haberet unde nominis gloriam conſequeretur, ut univerſis innoteſceret, Dianæ templum, quod erat miraculum Artis Architectonicæ, incendit & incineravit. Contra quem Græcorum lege ſtatutum eſt, ut oblivionis pœna (vi cujus nec labio, nec calamo nominari poterat) condemnaretur.

De pœna oblivionis. Qua illa fuerit?

Pœna hæc *Oblivionis* recepta fuit olim apud Parthos, Procopius .n. lib. 1. de bello Perſic. cap. 5. de Regni Proceribus deliberantibus, quid de Rege Cabade redacto in ordinem, decerni poſſet, ſic ait Οἱ δὲ κτεῖναι ἄνδρα Βασιλεῖου αἵματος οὐδ' ὅλως ἔγνωσαν ἀλλ' ἐν φρουρίῳ καθεῖρσαι ὅπερ τῆς λήθες καλεῖν νενομίκασιν· ἢν γάρ τις ἐνταῦθα ἐμβληθεὶς τύχῃ οὐκ ἔτι νόμος σφίσι μνήμην αὐτοῦ εἶναι ἀλλὰ θάνατος τῷ ὀνομακότι ἡ ζημία διὸ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην πρὸς Περσῶν ἔλαχεν. *Abhorruere tamen eorum animi ab effundendo Regio ſanguine, ſatiſque habuerunt ſervare Cabadem* in Caſtello Oblivionis; *ita dicto ex lege, qua de eo, qui fuerit illuc conjectus, mentionem unquam fieri*

Caſtellum Oblivionis.

fieri vetat: pœna etiam capitali iis propoſita, quæ ipſius nomen protulerint; quæ cauſa fuit appellationis eiuſmodi.

An λήθη non Græcum, ſed Perſicum vocabulum ſit?

P. Petrus Poſſinus Chriſtophorum Perſonam incuſat, quod φρούριον λήθης, Latinè reddiderit, *Caſtellum*, quæ Lethe vocabatur, quaſi λήθη Perſicum, & non Græcum vocabulum ſit; laudatque Claudium Maltretum, qui φρούριον λήθης, *Caſtellum Oblivionis* appellat.

Vnde ſit verbū, Lateo?

At non video cur λήθη non poſſit eſſe nomen Perſicum; nam לאט & לוט, eſt *latere*, in Pihel *abſcondere*; unde לט LAT, *latebra*. Ergo, ſi illud vocabulum Parthicum ſit, Φρούριον λήθης, erit *Caſtellum abſconſionis*, Hiſp. *Vna carcel, en la qual, los que una vez entraban, no eran deſpues oidos, ni viſtos.*

An, & cur, & à quo in Græcia Oblivionis carcer ædificatus ſit?

Hoc Caſtellum, ſeu Carcerem viderat Palæologus, dum peregrinaretur apud Perſas, & aliud ſimile Nicææ conſtituit, ut conſtat *ex libr. 3 cap.* 28. Hiſtoriæ, quam Pachymeres concinnavit. Locus is fortis erat, & *lib.* 4. ἀντονομαστικῶς ab eodem Scriptore Κάστρον, *Caſtrum*, Latino vocabulo appellatur. Barlaamum enim ſuſpecti & ſeditioſi ingenii hominē, Imperator Nicæam adduci præcipit, ac ibi πρὸ τοῦ εἰς Κάστρον εἰσαγαγεῖν. στερῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν *priùs in Caſtrum* (in Oblivionis Carcerem) *introduceret, oculis privari.*

Barlaamus excæcatur, & oblivionis ſententia condemnatur.

ARTICVLVS VI.

De verbis laſcivis: *An, quæ nudam ob mentis oculos exponunt Venerem, ſint ſordida, & indicibilia? An, & quomodo reſtringantur, & emaculentur?*

Cur hic de huiuſmodi vocibus differatur?

Meritò impræſentiarùm de vocibus immundis diſſero, ſunt enim ineffabiles, & gravis Viri lingua non pronunciantur, ſed aliis earumdem loco poſitis intelliguntur.

De primo genere.

Et quidem duo ſunt genera ſordidarū dictionum, aliæ enim prorſus infandæ ſunt, & nullo unquam modo ab Eccleſiaſte, aut Rhetore ſunt uſurpandæ: aliæ autem aliquo velo indutæ permittuntur proferri.

Prioris generis ſunt, corporis partes propudioſæ & obſcœnæ, quarum immediata à caſtâ linguâ nunquam proferuntur vocabula, ſed communibus, aut metaphoricis ſignificantur.

Quid verbum cognoſco ſignificet?

Et hic eſt neceſſaria Reſtrictio: nam verbo *cognoſco*, quo Viri caſti utuntur, ut copulam habere ſignificet, latiſſimè patet, & per metaphoram contrahitur ad præſentem materiam. Dicit *Gen.* 4. Moyſes, *Adam cognovit uxorem ſuam Evam, quæ concepit, & peperit Cain*. Ergo licèt multis modis accipiatur hoc verbum, hîc per conceptus, & partus circumſtantias reſtrictum, rem feciſſe ſignificat, ex qua concipere, & parere mulierem ſequi debuerit.

Poſterioris generis voces ſunt, quæ poſſunt aliis vocibus emaculari. Eſt autem Emaculatio quædam Rhetoricæ figura, quæ adjungit verbulum, quo aſſertæ, aut adſumptæ vocis, improprietas, inſolentia, novitas, impudentia, aut dedecus emaculatur, & hoc multis modis contingit.

De ſecundo Vocum genere.

Quid ſit Emaculatio?

Primò enim apud Mercatores, *nomen, nomina facere nominari* &c. *Sunt debitum credere, debere* &c.

Cautus nominibus certos expendere nummos:

dicebat aliquandò Horatius, & Iuvenalis eodem ſenſu

Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen

Quid ſit in libro habere aut non habere nomen?

Hinc *lib.* 48. *Digeſt. tit. de fur. L. ſi quis uxori*. Vlpianus: *Siquis ſervo meo perſuaſerit ut nomen ſuum ex Inſtrumento tolleret*. Et hîc *tollere* idem eſt, ac delere: Cum autem debitum ſit duplex, nempe ſolutum, & ſolvendum, idem omninò eſt *nomen è mercatoris libro tollere, ſeu delere*, ac debitum reſtringere, ut pro ſoluto, & non pro ſolvendo ſupponatur.

Quando & quomodo optima nomina ſiant mala?

Videtur expoſitione, aut etiam reſtrictione opportuna agere Columella. *Optima*, inquit, *nomina non appellando fieri mala*, hoc eſt, *Certiſſima, & ſecuriſſima debita non exigendo in litigioſa verti*. Vnde Seneca de vita beata venit intelligendus, *Nunquam*, inquit, *magis nomina facio, quàm cum dono*. Et quidem aptè loquuntur: quoniam debita incerta, & dubia diſtinguun-

Digitized by Google

Debita, vel certa, vel incerta ſunt.

guuntur: & quæ creditor exigendo ad claſſem certorum reſtrinxerat; ſi negligens ſit, & non exigat, ad alteram claſſem traducit, & ita ſuâ negligentiâ reſtringit, ut in litigioſa, & difficilis ſolutionis debita convertantur. Porrò Senecæ authoritas mihi in memoriam revocat verba Ciceronis *de Amic.* dicentis. *Vt enim benefici, liberaleſque ſimus, non ut exigamus gratiam; neque enim beneficium fœneramus* (id eſt, fœnori damus) *ſed naturâ propenſi ad liberalitatem ſumus.* Oportet effectum, à fine diſtinguere. Si illum reſpicias, *Cùm beneficium præſtamus, illud fœneramur, nomina facimus, gratiam adquirimus,* ut inquit Seneca: at finis operantis emaculatus eſſe debet, ac propter à, *Ita debemus beneficia præſtare ut illa non demus fœnori, non faciamus nomina, nec ſperemus ullam gratiam.* Et ſic à Cicerone inſtituimur. Igitur *beneficium præſtare* actus eſt indifferens, qui poteſt, aut Liberalitatis condecorari gloriâ, aut Avaritiæ labe commaculari. Si per utilitatis propriæ ſpem reſtringatur, maculatur: & tunc emaculabitur, cùm ita fiat, ut ſolius donatarii reſpiciatur utilitas, & donantis uſura negligatur.

Quo debeat animo beneficia præſtare, qui à liberalitate delaudari deſiderat?

Tametſi, qui beneficium præſtat, illud fœnore det, non debet illud præſtare, ut uſurâ recipiat, ſed tantùm, ut amica faveat.

Quomodo nomina in libris ſcribantur?

Profectò nomina in Mercatorum libris ad majorem horum ſecuritatem Debitorũ manu ſcribebantur, & tunc dicebantur χειρόγραφα: & à voce hac Paulus *lib. 42. D. tit. de privil. cred. leg. bon.* deduxit nomen *Chirographarius*, ut ſignificaret creditorẽ, qui haberet debitorum chirographa, *leg. pen. C. de Novat.* & *C. etiam ob chirogr. pecun.* Et ſciri debet obiter *chirographum inane* dici, cum perſolutum eſt, quod debebatur. Vlpianus *leg. 18. D. de ſolut.* ibi *Solutione chirographo inani facto.* Hinc Paulus: nam ad Coloſſ. 2. 13. ſic inquit Συνεζωοποίησεν ὑμᾶς σὺν αὐτῷ χαρισάμενος ἡμῖν πάντα τὰ παραπτώματα: ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον τοῖς δόγμασιν, ὃ ἦν ὑπεναντίον ἡμῖν καὶ αὐτὸ ἦρεν ἐκ τοῦ μέσου προσηλώσας αὐτὸ τῷ σταυρῷ. *Delens illud adverſus nos chirographum dogmatibus, quod erat ſubcontrarium nobis, & ipſum tulit de medio affigens illud Cruci.* Vbi legitimæ inſiſtendo Metaphoræ, *chirographum deletum, de medio ſublatum, crucique affixum* nominat, quod *perſolutum*, Vlpianus nominaret. Hanc ob rem, qui Titii nomen in Mercatorum libris legi aſſerit, eum ære alieno onerari aſſeverat. Et quia Perſæ Herodoto aſſerente, duo eſſe turpia peccata [illegible]bantur, videlicet debere, & mentiri, quòd debita, ſicut mendacio contrahuntur, ſic etiam mendaciis protelantur, quem cum ignominia *debitorem* dixiſſent, ſalvo honore *veracem debitorem* (Hiſp. *un deudor de credito*) nominabant. Hoc ergo nomen *Debitor*, quod ignominiæ confuſione non caret, quia ſuſcipit epitheton *verax*, reſtringitur, & emaculatur.

Propter peccata in Deum, homo eſt eius debitor.

Chirographum, aſt ipſius eorum, quo debitum illud fatetur.

Deleto chirographo, homo à debito abſolvitur.

Quænam fuerint propudioſiora peccata apud Perſas?

Ab ignominia præſervatio.

Reorum omnia in Tribunalibus paſſim audiuntur: & ideò ingenui Viri non libenter tolerant ſua declamari pro roſtris, aut in proceſſibus ſcribi. Et hanc ob cauſam Oratores, cùm alicujus dictis aut factis volunt rem aſſertam firmare: *Hoc Titius,* inquiunt, *quem honoris causâ nomino, ſolebat facere*, quam loquendi formulam, in uſu apud veteres fuiſſe, multis poſſem teſtimoniis probare.

SECTIO I.

De obſcœnis, & laſcivis vocabulis. *Cenſeri an debeant apud ingenuos homines indicibilia? Et, an tunc alia à circumſtantiis reſtringantur, ut ſub honeſto velo res turpes, & immundas ſignificent?*

MVndæ eſſe debent Rhetorum linguæ, mundæ Auditorum aures, & ideò res obſcœnæ ſileri potiùs, quàm proferri deberent.

Nefanda Venus, quæ? & cur ita vocetur?

Præpoſtera Venus tam propudioſa eſt, ut *nefanda*, quod ne nominari quidem apud honeſtos viros poſſit, paſſim jam nominetur. Et, quia inter connaturales ſordes nulla exſecrabilior Adulterio, noluit Lycurgus maculare Legum Spartanarum Tabulas, huic crimini ſupplicii præſcribendo. Accidit autem, ut Geradam interrogaret peregrinus, cur hæc lex ſit omiſſa, & dicenti, *Spartæ tale crimen neſcitur*, inſtaret, *Et quid, ſi ab aliquo committeretur?* tunc Geradas. *Dabit*, inquit, *bovem, quæ porrecto extra Taygetum collo bibat ex Eurota.* Cumque ille ridens diceret, *Fieri non poſſe, ut tanta bos inveniretur*, adridens, dixit Geradas, *Nec fieri poſſe, ut virago Spartana ad tantam inſolentiã deveniat, ut ſcelus tam enorme committat.* Plutarchus *in Lacon. Apophth.* & *in Lycurg.* Spartanis ſimillimæ erant olim Hebrææ, nam Ioachimus, ne quidem uxoris ſuæ puritatem, & innocentiam in dubium vocari permiſit. Audi verſus ſequentes.

De Adulterio.

Cur contra Adulteros nullas leges ſtatuerit Lycurgus?

Gerada Spartani Civis Reſolutio.

An, & cur Adulterium nec nominari quidem debeat?

Susanna. *Quiſo ſu torpe deſeo*
Vencido en mi reſiſtencia
Profanar deſmi decoro.
Ioach. *No proſigas: baſta; ceſſa:*
Que ya he viſto ſu malicia,
Y conoſco ſu innocencia.
Suſann. *Pues porque no me permittes,*
Que ſu maldad te refiera?
Ioach. *Porque, ſi del coraçon*

Hæc Ioachimi verba Comœdia I. partis XXX. pag. 33. a. reperies.

Es

Digitized by Google

Es inſtrumento la lengua,
Y eſſa es tan torpe maldad,
Que aun para la voz es fea,
Vn coraçon que es tan puro,
Que no puede cometerla,
No ha de tener inſtrumento,
Que aun el pronunciarla ſepa.

Res immunda & obſcœna vocibus mundiſſimis & caſtiſſimis poſſunt ſignificari.

Dignus reprehenſione videtur Cicero, ubi 1. *Officiorũ*, nam dixit, *Liberis dare operam re honeſtum eſt, nomine obſcœnum.*

Res poteſt eſſe immunda & licita; & matrimonialis copula, etſi ad procreationẽ filiorum neceſſaria, eſt obſcœna.

Si objicias, ſublatis rerum obſcœnarum vocabulis, non poſſe earum malitia exponi, adeoque in hac materia ſcelus non poſſe à virtute diſtingui. Ego, voces, inquam, obſcœnæ pronunciari non debent, ſed illarum aliæ loco ſubſtitui, quæ puræ ſint, & tamen res impuras ſignificent. Tropos hos etiam Canonici Scriptores obſervant. Conſidera textus ſequentes. Geneſ.4. *Adam verò cognovit uxorem ſuam Hevam, quæ concepit, & peperit Cain*, &c. *Cognovit quoq. adhuc Adam uxorem ſuam & peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth*, &c. *Cognovit autem Cain uxorem ſuã, quæ concepit, & peperit Henoch*, &c.cap.16. *Ingredere ad ancillam meam, ſi forsè ſaltem ex illa ſuſcipiam liberos*, &c.& cap.9. *Cum vidiſſet Cham, pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nunciavit duobus fratribus ſuis foras*, &c. Quibus in locis verba *cognoſcere*, & *ingredi*, & nomen *verenda* ſunt pura, & tamen res immundas ſignificant.

De vocibus quæ in una lingua puræ ſunt, turpes in alia.

Occurrit aliud turpium verborum genus, quæ tametſi apud Latinos caſta ſint, ſunt ſimilia vocibus, quæ in aliis linguis non ſunt caſtæ: & tunc modeſtia poſtulat, ut vis inferatur Orthographiæ, ne præjudicetur verecundiæ & pudori. Octavius Boldonius *in ſua Epigraphica, lib. 2. pag. 54.* ediſſerit hoc argumentum dicens. [*Alterius ordinis verba turpia ſunt, quæ non Latinis quidem veteribus, ſed noſtratibus, vel Latinè enunciata, obſcœnum quid ſonant. Idcircò exempli locum non obtinebit Epitaphiũ inter Brabantina monumenta à SWertio relatum : videlicet.*

Vtra utri (ubi conſuli non poteſt utrique) Ortographia Verecundia, an verò hæc illi debeat prævenire?

DIONYSIVS FEVTEN
Abbas huius Eccleſię, dũ viveret, meritiſſ.
Cui Studij Athenæ altera Patria,
Virtutis Antiſtes Eximiæ,
Candoris Animi in Canonicâ ſuâ
candidiſſimâ familiâ
Candidus ipſe * ſotor, & fautor. &c.

Nam dictio in poſtremo verſu aſteriſco prænotata vulgo Italorum noſtratium fœda eſt. Id quod in ſimilibus alibi gentium obſervandum. Cavit hoc Theſaurus in Mundi Viril. Elogio. *quod inſcripſit* Hiſtoria, *pro* Achaz *Patriarchâ dicens* Achás, *& pro* Ioachaz, Ioachás.]

Eſt ſanè D.Octavius digniſſimus Theanenſium Epiſcopus, & hodie inter Eruditos præcipuus; propter eximias Animi dotes univerſis chariſſimus. Interim neſcio, cur diphthongos diſſolvat? Scio Erycium Puteanum diphthongos omnes in manuſcriptis diſſolviſſe, at permiſiſſe Typographis, ut morem communem in Orthographiâ ſequerentur. Ego amo diſtinctionem: & *i* & *u* vocales ab j & *v* conſonis diſcerni libentiſſimè video: & quia nomen *aeris* eſt æquivocum, nam vel unum è quatuor elementis, vel unum è metallis ſignificat. Illud ad priorem ſignificationem duo puncta literæ *ë* ſuperſcripta reſtringunt, nam diphthongum diſſolvunt, ut ſit *aër, aëris*: ad poſteriorem autem contrahit illarum vocalium (*a & e*) adglutinatio, quam exhibet character *æ*, ut ſit *æs*, *æris*. Et ratio poſtulat, ut quas connectit vocales, lingua, etiam ſtylus connectat.

D. Octavius Boldonius laudatus.

An binas vocales in diphthõgis debeat calamus diſſolvere, an verò adglutinare?

An, & quomodo i & u ab j & v diſtinguãtur?

Pradus & Villalpandus in templo Salomonis etiam Diphthongos diſſolvunt.

Eſſe voces, quæ tametſi in unâ ſint linguâ puriſſimæ, in alia ſunt ſordidæ, & omnino fugiendæ exemplis plurimis probari poſſet. Interim in illis proferendis & ſcribendis indigemus prudentiâ: nec enim reprobandæ ſunt paſſim, nec ubi illas pudor proſcribit, admittendæ. Quã ob rem voce *puta*, quæ Latinè eſt *exiſtima*, & *adoleſcentulam* ſonat Italicè, non ideò Latini & Itali abſtinere debebunt, quod ſignificet *meretricem* Hiſpanicè. Interim quando cum Hiſpanis agit Latinus, aut Italus, conſultò ab hac voce abſtinebit, ne occaſionem præbeat, aut ridendi, aut errandi: puniri enim Salmanticæ juvenem Concionatorem vidi, quòd converſus ad fœminas è ſuggeſtu dixiſſet *Quid (Putas) puer iſte erit?* nam ex modo dicendi, illud *Putas* in Vocativo poni, colligebatur: eſt enim res valde ſeria concio, nec eſt permittendum, ut cum audientium injuriâ in concione jocetur Eccleſiaſtes. Et hanc ob rem, etſi loquamur in linguâ, in quâ vox non habet ſignificationem indecentem, ſi tamen cum hominibus agimus, apud quos illa malè ſonat, prudentiùs loco illius aliam ſubſtituemus. Vt hoc perſuadeam opportunum exemplum apud Petrum della Valle *Epiſt. 11. num. ult. pag. 120.* reperio: inquit enim. *Trovai d'Italiani il Padre Chriſtofero Boro Milaneſe, detto* Brono *in India, per non offender le orecchie Porteghesi con la voce* Boro, *che in lor lingua non ſuona bene.* Ecce Societatis Superiores, quoniam prudentiſſimi ſunt, ut ſapientibus inſipientibuſque ſatisfacerent, vocis *Boro* ſignificatione circumſpectè conſideratâ permiſerunt, ut Pater Chriſtophorus cognomen ſuum retineret inter Italos; &

De vocibus dicendis & fugiendis.

De voce Puta. *Quid Latinè, quid Italicè, & quid tandem Hiſpanicè ſignificat?*

An vox in contextu unius linguæ, alius linguæ poſſit habere ſignificationem?

De vocibus, Boro, Fullero, Loco, *&c.*

tamen inter Luſitanos, ſiquidem male apud illos ſonat, mutaret. Et, ut puto, ſuaſiſſent Nicolao Fullero, Ioanni Locko, & Ioanni Catzio, &c. mutarent nomen, ſi in Hiſpaniam, aut Italiam venirent: ibi enim *Fullero* aleatorem fallacem, & *Loco* ſtultum; & hîc tertium vocabulum rem obſcœnam ſonat. Putarem tamen ex unâ linguâ in alteram vocum immunditiam & impudicitiam non tranſire; nam Sebaſtianus Covarruvias in Theſauro, & vocem ipſam, quam apud Italos aures caſtæ non tolerant, ponit & exponit his verbis. CAZO. *Eſte nombre tiene cerca de los Italianos ſignificacion torpe, como algunos ſuyos honeſtos ſuenan mal en nueſtra lengua. Cada uno hablando o eſcribiendo la ſuya, no puede, ni eſtà obligado a las demas, que ſe preſume no tener en eſtos vocablos correſpondencia ninguna, ni analogia.*

An vitanda ſint voces, quæ in una lingua ſunt honeſta, ſi ſint obſcœna in alia?

Interìm intra Materni Sermonis terminos Nomenclatorem continens, dicerem cum Seniore Plinio *pueris nomina pulchra & generoſa imponenda*, ut vel ipſo moneantur vocabulo probè & animosè procedere: ſed tamen ob materialem aliquã ſignificationis deformitatem, nomina mutari non permitterem, quoniam, ut nos docet Demoſthenes, *Non decet ex nominis ſignificatione de moribus judicium ferre*. Quò apud D. Ioannem Antonium de Vera in Legat. diſcurſ. 2. pag. 134. reſpiciens inquit Iulius, *Lo cierto es, que huvo y hay nombres de infeliz pronunciacion, porque ſignifican coſa torpe, o tienen aluſion con ella. Y aſsi havrà quien diga, que en Italia no ſon felizes nombres* Malateſta, Vrſino, Gambacurta, *ni en Eſpaña* Hurtado, Leon, Lobo, Ladron; *y otros apellidos generoſos y de iguales equivocos*. Videlicet, *Certum eſt fuiſſe & eſſe nonnulla nomina pronunciationis infelicis, quoniam aut rem propudioſam ſignificant, aut aliquid cum ipsâ connexum. Et hanc ob rem non deerunt, qui in Italia infelicium vocabulorũ cenſui* Malateſtas, Vrſinos, Gambacurtas, *& alias ſimiles familias, & perſonas adſcribant: & in Hiſpania* Hurtados, Leones, Lobos, Ladrones *&c. ſicut è contrario felicium, & fauſtorum claſſi, qui habent generoſa cognomina*. In utriſque autem carpenda eſt erudita temeritas; qui enim dixit

Qualia pueris nomina ſint imponenda?

An ex nominibus judicium prudens de perſonis ſumatur?

Multæ, eaque nobiliſſima Familia in gloriã verterunt nominum inhoneſtorum ignominiam.

Concordant rebus nomina ſæpè ſuis.

potuiſſet eodem jure dicere

Diſcordant rebus nomina ſæpè ſuis.

De nominum & rerum concordia.

Immundæ res, ſi debeant dici, mundiſſimis poterunt vocabulis ſignificari. Succurrunt tamen Caſus, in quibus non liceat circumloqui, ſed debeant ob aures caſtas poni ipſa verba formalia. Si enim accuſetur Antonius, quod verba obſcœna, aut ſacrilega dixerit, de illorum gravitate, & malitia non poterunt dictamen formare Iudices, & Senatores, niſi formalia proferantur. Ideò Accuſator his verbis, aut aliis ſimilibus utitur. *Ioannes, quod horreo dicere, Deum injuſtum, & ſceleratum eſſe aſſeruit*. Vel etiam, *Petrus, cum reverentiâ, Titium porcum vocavit*. Hinc Hiſpanus, ſi fortè immundum verbum protulit, *con perdon* (hoc eſt, *cum veniâ*) ait: & putat quod addendo hoc verbulum, rem expoſuerit, & vocis ſordes emaculaverit. Cum alicui contradicit Hiſpanus, ut mentem ſuam exponat, & urbanitati non deſit, loquentem interpellat, dicens, *Con licencia de v. m. yo lo dirè, como paſsó, que eſtoy bien informado*. Et merâ petitione licentiæ putat contradictionis labem emaculari. Gallus in occaſione ſimili ait. *Pardonnez-moy, le conteray cette hiſtoire, parce que je la ſçay*.

An aliquando dici debeant immunda & obſcœna vocabula?

Quo modo voces ſacrilega & propudioſa illæſa religione & verecundia proferantur?

Dixi in turpium vocum proſcriptione opus eſſe prudentiâ; nam etiam puritas non caret vitio, ſi minimis videatur affectata. Vnde ita debemus nomina obſcœna fugere, ut non illa fugiſſe cenſeamur. Scio enim Concionatorem, qui ne Auditores vocem *caro* pro luxurioſa voluptate uſurparent, noluit dicere, *Caro perplacuit Titio*, ſed abſtulit homonymiam dicendo, *Titio placuerunt carnes*. Et reprehenſionem promeruit; nam oſtendebat ſe turpia mente concepiſſe, dum illa removebat à labio. Huc etiam pertinet illa Hiſtoria, vel Fabula, quæ de Blanca, Gallâ Virgine, nimis tamen pudicâ, & modeſtâ narratur; nam unguentum Βασιλικὸν nominatura, ne ultimæ ſyllabæ (quæ Gallicè propudioſa & obſcœna eſt) pronuntiatione illibatum linguæ ſuæ candorem macularet, *Baſili-choſe* afferri juſſit: nam *choſe* Galli (ſicut *la coſa* Hiſpani) nominant illam corporis partem. Et inter Scriptores, qui prodierunt in lucem nimius Boldonius eſt, nam *loc. cit.* ſic inquit.

Ita turpia nomina debemus fugere, ut advertentiam in illorum fuga non prodamus.

Baſilicon.

Baſili-choſe.

Tertia ſede reponimus, quæ ſexum, vel primis develant oculis. Proindè cultor quidam obſervantiſſimus Iuglariani charactleris, magis autem Elogiaſtici pudoris non dubitavit particulam carpere Epigraphes in imaginem Chriſtianæ Franciſcæ: ibi: In Chriſtianæ corpore totam Henrici Animã vides. *Nam ubi (inquit Cenſor) fœminæ corpus audieris, ſpecies illico obſcœna ingeritur menti, ni aliquid honeſtum quaſi velum prætenderis. Itaque diſpoſuit is ea verba hoc ordine;* Henrici Animam in Chriſtianæ corpore totã vides: *Aut (ſi priùs enunciandum illius nomen, cui dicatur Epigraphe)*

An D. Boldonius ſit nimius?

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos ultra, citraque nequit conſiſtere rectum.

N. B.

Ignorantiam hic meam ingenuè & ſincerè fatebor: nam duos locos adductos à Boldonio conſidero: priorem

Google

enim ex Chriſtiana imagine deſumptum corpus, poſteriorem exſcriptum à Lario Sygiſmundi commêdat: & tamen neutrum, aut ſaltem poſteriorem deberet: nam hic Selue puerorum, puellarumque ſeſuſ develat. 2]

phe) In Chriſtianæ pectore totam Henrici patris Animam vides. *Vtrum hic ſuperſtitioſior? Ego verò pudore haud veter, quin commendem hoc loci pudicitiam Sygiſmundi fratris in ſuo Lario, ubi nuditatem virilem, muliebremque deſcribens ſic habes:* Vincunt tamen omnium pulchritudinem ficte in una tabula Charites, Cereſque ſimul, & Venus, & hujus Comes Liber Pater, quibus Amores parvuli ad pedes ludunt: omnes Græco more corporibus nuſquam velatis. *Illud verò ne cenſura nimium tetrica des nobis, ſed magis pudicitiæ ſtudio, lectorem precamur; quod in hunc numerum accenſemus Epitaphium Mediolanenſe in Divi Franciſci (citat Placidus Puccinellius* in calce ſui Zodiaci) *videlicet.*

Catharinæ Calcaterræ Vxoris pudiciſſimæ Franciſci Ferratii conjugis dilectiſſ. amplexus ſecundos poſt maturè truncata Parcæ ſtamina hoc in tumulo ſepulti, expectant cineres M.DIX. Die XIII...

Non enim amplexus ſecundos memorare fas eſt, quin primorum recordatio ſubiens, obſcœnis imaginibus pudicam mentem labefactet. Cæterùm hac Inſcriptione vix quidquam vividius.

An contra Modeſtiam peccet Titius, ſi verbis puris inſinuet, mentem ſuum immunda cogitatione prapediri?

Nimia hæc ſunt, ut exiſtimo; nam Theſauri *Achás* pro *Achàz* & *Ioachás* pro *Ioachàz* dicentis mentem immunditiæ accuſabunt Lectoris, non enim Z in S, contra etymi rationem lingua, & calamo verteret, niſi turpitudinem, quam ultima illa Syllaba continet, conſideraret. Et dicent eſſe Gallicis virginibus ſimilem, ipſe enim unguentum *Baſilicon* pronunciare non audent; & ſi quando illud petere debeant, ne ultimam illam ſyllabam, quæ eſt valdè obſcœna, proferant, dicunt *Baſilichoſe*, oſtenduntque ſe reflectere ad ultimæ ſyllabæ ſignificationem. Debemus ergo dicere ſyllabas, quæ ſeorſum poſitæ immundæ & turpes ſunt, per unionem cum aliis, & ad vocem aliam conformandã concurrunt, emaculari: & hanc ob rem potuiſſe & debuiſſe Theſaurum *Achàz*, & *Ioachàz* etiam corã Italis dicere; & *Baſilicon* etiam coram Gallis proferre, etſi ultima harum dictionum ſyllaba ineffabilis ſit ſeparata. Idem dixero de vocibus *Cognoſco*, *Meſopotamia*, & ſimilibus, quarum prior prolata ab Italo, in Hiſpanorum auribus ſonum turpem ſub initium ingenerat: & poſterior in medio continet, quod ſi ſepararetur, Italicæ aures, ſordidum judicarent.

Baſilicon.

Baſilichoſe.

Achaz. Ioachaz.

Cognoſco. Meſopotamia.

Nomen ſexus expreſſè aut implicitè poſitum, niſi abuſum concernat, turpitudine caret.

In illis verbis, *Tertiâ ſede reponimus, quæ ſexum, vel primis develant oculis*, reprehenſionem dignam reprehenſione reperio. Non ſunt turpia verba, quæ ſexum apertè exprimunt; ergo nec illa, quæ innuunt, & quaſi primis oculis ipſum devélant. Pu-

Sigalion.

ra ſunt hæc Eccleſiæ ad Reginam Angelorum ſuſpiria. *Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fæmineo ſexu*, &c. pura hæc etiam Oratio. *Deus, qui inter cætera potentiæ tuæ miracula, etiam in ſexu fragili victoriam Martyrii contuliſti, concede propitius* &c. Non ergo nomen *ſexus*, ſi ſubaudiatur, ſonum obſcœnum reddet, ſiquidem expreſsè poſitum turpitudine caret. Præterea, in illa particula Epigraphes, *In Chriſtiana corpore totam Henrici* (Patris) *animam vides* (quidquid de ingenio ſit: carent enim acumine) nimis oculatus Cato ſit, qui timetur turpitudinem aliquam. *Sed ubi* (inquit Cenſor) *fæmina corpus audieris, ſpecies illicò obſcæna ingeritur menti*, &c. Et hic Ego; adſumptum aſſero, nec eſſe verum, nec ad rem. Et quidem, verum non eſſe ſuadeo; quoniam illius vocis *corporis fæminei* auditio, & rei obſcœnæ cogitatio, non habent connexionem intrinſecam; & illam externã, ſiquam habent, nanciſcentur à malitiâ auditorũ, qui ſi probi, & prudentes, non recipient ſcandalum, ubi non datur. Audiat quæſo Boldonius Nyſſenum *in Oratione de Placilla*; & audiat Chryſoſtomum *tom. 4. in Epiſt. ad Coloſſenſ. cap. 4. homilia* 12. *fol.* 479 *col.* 2. audiat & alios Patres qui de corpore fœmineo ſcripſerunt; & deindè cogitet de carpendo Chriſtianæ productam imaginẽ. *Tulit*, inquit Nyſſenus, *ætate noſtrâ Humana Natura, extra ſuos terminos egreſſa, virilem animam in fæmineo corpore ſupra omnia propemodũ ſuperiora Virtutis exempla.* Plus hîc habes, quam in lapide, & tamen hoc olim Nyſſæ S. Gregorius coram numeroſo populo declamavit: & nuper (ann. 1668.) Reverendiſs. P. Ioannes Paulus Oliva, S. I. Generalis digniſſimus, in Concione de S. Roſa, habitâ Romæ apud Minervam, eadem verba repoſuit & pulchro commentario exornavit. Et Conſtantinopoli, Imperatoriâ Civitate, ad quã ex toto terrarum Orbe confluebant populi ſic S. Ioannes (quem ἀπὸ τοῦ ςόματος, καὶ χρυσοῦ, *ab ore, & auro*, paſſim appellamus Χρυσόςομον, hoc eſt, *Os-aureum*) perorabat. *Si quis ex theatro & ſcenâ laſcivorum quopiam abſtracto, in corporum amore flagrante & debachante, Virginem quamdam oſtenderes, ipſo ætatis flore, atque in cæteris Contubernales vincentem; & in facie, præter reliqua membra, oculos habentem teneros ac delicatos, tacitè inſidiantes, tacitè circumſpicientes, flexibiles, placidos, ſerenos, ſubridentes, & multò quidem exornatos pudore: verùm, & multa gratia ex nigris decoratos palpebris; deindè, & infernè & supernè, coronatam, vividam, ut ita dicam, ac ſplendidam habentem frontem: Et rurſus infrà*

An ubi fæmina corpus auditur ſtatim menti ſpecies obſcæna ingeratur.

Scandalum eſt duplex; alterum receptum, & alterum datum.

Qualis Placilla fuerit?

Eſt Reverendiſs. Pater Oliva, Concionator Eximius, quo hodie Italia celebriorem non habet.

Virgo ſpecioſa, caſtis verbis depingitur à S. Chryſoſtomo.

Memoriæ inhærẽt aliquãdo res leves, excidunt graves; &, ne hic vacet margo, ſequentem hiſtoriolam ſcribo. Salmanticæ anno 1630. Pater N. cecinit in Refectorio, *Ecce Rebecca egrediebatur*, &c. *puella decora, nimis virgo*, &c. Geneſ. 24. 16. Et quidem, nulla in Sacramentali Confeſſione fœmina peccata ſua poſſet expo-

 illam

Digitized by Google

nere, ſi Confeſſarii aures numis Virgines eſſent, Ergo ſordes, quas caſtè poteſt dicere pœnitens, caſtè poterit audire Confeſſarius.

Quanam ſint verba ſordida?

Lipſius libr. Saturnal. in Præfation.

Ut radii Solis in ſordes & caliganeia loca conjecti, illuſtrant non inquinantur: ſic boni inter fœdos ſqualenteſque animos reſulgent, nihilominus vera Virtutes ſua laude.

illam genas exactum ruborem adſequutas, & marmoris inſtar plurimam ſubjectam æquabilitatem, &c. Et ſimilia ex aliis Patribus poſſem adducere, quę paſſim in eſus ſcriptis cum ædificatione leguntur. Boldonius ergo, cum nimium eſſe ſeverus vult, adlucinatur (ſed felix adlucinatio, quæ ſeducit in melius:) nam ſi Veteres Patres, caſtis verbis (quin obſcœna menti ſpecies ingeratur) Virgineæ faciei partes (Hiſp. *las faciones del roſtro*, Italic. *le fatezze del viſo*) ſigillatim, ut vidiſti, depingunt; proculdubiò etiam poterir (quin cogitatio laſeiva in mentem ingruat) in effigie Chriſtiana *corpus fœmineum* nominari. Non eſſe ad rem oſtendo; quoniam, etſi eſſer verum, nil probaret: non enim verba turpia, & ſordida illa ſunt, quæ ſignificant res turpes, & ſordidas; quoniam ſicut ſol loca immunda illuminat, quin maculetur, ſic mens, Soli ſimillima, poteſt & ſolet purè impura concipere, & ſordida immaculatè cogitare. Dicuntur autem verba turpia, quæ turpiter res turpes ſignificant; & videntur turpiter ſignificare, quæ proprie; modeſtè, & ſobriè, quæ impropriè, & per ſuccurrentem metaphoram.

Qui ſint ſecundi amplexus in conjugibus? Alij mundi, & alij immundi ſunt.

Prætereà, in Catharinæ Calcaterræ Epitaphio tranſlationem importunam verius, quàm vocem obſcœnam, aut immundam reperio: quod ſic perſuadeo. Quiſquis *amplexus ſecundos* audit, fuiſſe ſubaudit primos, ad quos ſecundi referantur. Porrò amplexus puri, & impuri poſſunt eſſe; qui enim inter amaſios ſunt laſcivi, laſcivià, qui inter amicos, carent. Ergo hæc vox *amplexus*, per ſtatum connubialem reſtricta, innuit primos amplexus ad procreationem filiorum ordinatos. Eadem autem vox per mortē & carnis reſurrectionem necnō per illa Chriſti verba:

Matth. 22.30. Marc. 12. 25. Luc. 20. 35.

Ἐν γὰρ ἀναστάσει οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐκγαμίζονται, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. *In enim reſurrectione, neq; nubēt, neq; dātur nuptiæ, ſed ſicut Angeli Dei in Cælo ſunt*: cōtracta, ſunt mera teſtimonia amicitiæ, & ſuſpicione turpitudinis carent. Firmat hoc Sacer Textus, quoniam ſupernaturales Charitatis actus, quibus Chriſtus & ſponſa (Anima pia & ſancta) ſe redamant, non potuere immundis ſymbolis ſignificari: & tamen Cant. 2.6. & 8.3. amplexuum exprimuntur imagine; utrobique enim Sponſa ingeminat. *Fulcite me floribus, ſtipate me liliis, quia amore langueo. Leva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* &c. Interim, quia ſapientibus, & inſipientibus debitores ſumus, & præter corporea, & ſenſibilia gaudia, nulla ſuis Clientibus Alcoranus promittit, & beatitudinem in gula & voluptate æterna collocat. hoc idem Epitaphiū ſenſum abſonum redderet, lectum à Mahometanis: & hanc ob rem, ubi dominantur, aut ſerviunt hujuſmodi homines, illud proſtare non permitterem: ſecundi enim amplexus, qui apud nos per Sacram Scripturam reſtricti, immaculati ſunt: apud ipſos per deliria Alcorani contracti eſſent libidinoſi. Denique, quomodocumque illa vox reſtringatur, etiam, ubi ſenſus eſt ſanus, ſe in illam ingerit importuna tranſlatio: nam Epitaphia proſtant publicè, & quæ à vulgo legenda, debent eſſe tam clara, ut non indigeant commentario. Et hìc mirabor iterum clementem Boldonii cenſuram, qui à vivacitate Epitaphium commendat. Mea tamen ſententiâ pleriſque omnibus eſſe nequit vividius quod non eſt vividum; nec dici debet vividum, quod caret ingenioſo conceptu.

Charitatis ſupernaturalis actus, amplexuum nomine in Canticis ſignificantur.

In quo conſiſtat æterna ad mentem Mahometi beatitudo?

Quæ à vulgo legenda debent attemperari vulgi captui.

Boldonii, Optimi Viri, pace dixeram, omnia quorum notitia indiget Lector, etſi obſcœna & ſordida, caſtis, & puris verbis poſſe dici. Cæterùm jam ut video, re meliùs perpenſa, communi ille opinioni ſubſcribit: libri enim ſexti capite quinto membr. 2. pag. 706. b. ſic inquit [*Apud eumdem* (Athenæum) libr. VI. cap. V. *Pauſimachus, eum paraſitum, qui à vetula nutriebatur*, contrarium pati, *dicebat*, ab illis, qui cum vetulâ coirent: cum ipſemet in ventrem accipiat. *In membro priore proponit, in poſteriore probat. Id quod clariùs in rem noſtram diſtinxit Machon Comicus inquiens* Nunc cuncta fiunt. *Ecce propoſitio: deinde ratio.* Hæc non concipit in ventrem at hic capit diebus ſingulis.] Ergo, ſi hic ipſummet *coitum* verbis exprimit; & vocem *membrum* profert, quæ, etſi non præcederet memoria *coitus*, rei ſordidæ ſpeciem poſſet ingenerare, non eſt, ut puto, cur *corpus fœmina* nominare interdicat.

De illo, qui fuit lacte ab uberibus hauſto, nutritus.

N. B.
Neſcio, cur ubera eſſe vetulæ juſſerit Athenæus, nā vetulæ lac habere non poſſunt.

Et hæc de vocibus obſcœnis ſcripſiſſe ſufficiat, adhuc de aliis, quæ ex capitibus aliis dictu indigna cenſentur, breviter diſſeramus.

AR-

ARTICVLVS VI.

De verbis Iocoſis adeoque de Dicteriis, Carminibus, Novellis, Comœdiis, & Fabulis. *An Indicibilium adnumerari cenſui debeant? An Eutrapelia, Virtus, an Vitium ſit?*

Quid Eutrapelia ſit, & unde dicatur?

QVam Græci Εὐτραπελίαν appellant, in Rhetoricis ſuis Ariſtoteles πεπαιδευμένην ὕβριν *eruditum cōvicium* interpretatur. Et dictam fuiſſe ab Eutrapelo dicaciſſimo homine, cujus *libr. 1. Epiſt.* Horatius meminit: nam ſicut morem illum moroſum, quo cum amicis cōverſabatur Lentulus, *libr. 3. Epiſt.* Cicero *Lentulitatem* appellavit, ſic aculeatum & ingenioſum loquendi morem, quo utebatur Eutrapelus, potuerit Horatius *Eutrapeliam* vocare. Sed antiquior eſt vox Εὐτράπελος, *lepidus, venuſtus, urbanus*. Ariſtoteles in *Eth. 2. cap. 7.* Iſocrates *in Areop.* Et εὐτραπελία, ſed in malam partem, *in Epiſt. ad Epheſ. cap. 5.*

Quid ſit Lentulitas?

An Eutrapelia ſit indifferens?

CONCLVSIO. *Sanè Eutrapelia jocos facetiaſque concernit; & ideò ſecundum ſe conſiderata, indifferens eſt; & à circumſtantiis habet, quod Vitiis, Virtutibus-ve adnumeretur.*

SECTIO I.

An in Humanis Actibus aliqua Bonitas aut Malitia ſit; an verò omnes ſint ἀδιάφοροι & indifferentes?

De Actibus Humanis Generalis Quæſtio. An omnes ſint indifferentes?

IAM, ut negarent; jam ut Concluſionem præcedentem nonnulli Gentiles aſſererent, omnes dicebant hominum operationes eſſe ancipites, nec Crudelitate Miſericordiam, nec Prodigalitate Liberalitatem laudabiliorem eſſe: & ducti Conſequentiæ permiſſi ſubjungebant, ægrotum reſtituere ſaluti & ſanum interimere; & tandem vivere & mori eſſe perinde. Inter alios, qui obſcurioris ſunt nominis, hanc quidam Pyrrhus Sectam, & Diogenes profitebantur, de quibus duo circumferuntur Apophtegmata.

An perinde ſit vivere, aut mori?

Inter vitam & mortem nullum eſſe diſcrimen, plebi, quæ ad concionem accurrerat, volebat perſuadere Diogenes. Et ubi tandem dixit [quoniam ſub illud tempus (Hiſp. *tambien los ſermones tenian poſte*) etiam Concionatores debebant poſt Orationem dubia, ſiqua objiciebantur [*] diſſolvere] quidam ex Auditoribus eidem obſtitit, & hanc objectionem propoſuit. *Si mori & vivere perindè eſt, quare non moreris?* & illi Diogenes, *Quoniam perinde eſt*. Sentiebat ergo ingenioſus Philoſophus, inter æqualia electionem non dari, ſed utiliora ſemper voluntatem amplecti.

*] *Tener poſte* dicitur in Hiſpania Cathedraticus, qui è gymnaſio egreſſus atrii poſti adhærens, dubiis omnibus, quæ de lectione excitantur, ſatisfacit.

Quid ad electionem requiratur?

An-ne Diogeni contradicit Scotus? Videretur, quod ſic. Affirmat enim non ſolum in æquale, aut minùs bonū, ſed etiam in malum, ut malum cognitum, voluntatem humanam poſſe tendere. At hic ego adlucinationem manifeſtam percipio: quoniam Bonum eſt triplex: Honeſtum, Vtile, & Delectabile: & hoc ultimum addo in Senſibile & Intelligibile ſubdividi. Et hinc affirmo, poſſe, & ſolere hominis Voluntatem honeſtis inhoneſta, & utilibus inutilia præponere: addo & amara dulcibus, nec non dolores voluptati. Et ad ſpiritualem delectationem veniens, ajo, quando propudioſa & inhoneſta eligit homo, quando inutilia, aut nociva, quando cruciatus, & dolores, & denique quando pugionis ictu ſibi conſciſcit mortem, quidquid de corporeis tormentis & doloribus ſit, hac ipſamet electione ejuſdem voluntatem delectari. Ergo licet in Honeſtatis, Vtilitatis, & Corporeæ Delectationis genere ſciens & volens Malum interdum eligat, ſemper id eligit, quod ſub illis apprehenſionibus eſt ſuę voluntati delectabile. Semper igitur Bonum: & hoc ſenſu admitti poteſt illud, aliàs ſcandaloſum Lemma, *Quod volumus, id bonum eſt*.

An malum quis poſſit eligere?

Sententia Scoti

Boni diviſio.

Datur ſpiritualis quædam delectabilitas.

Hæc electionem quamlibet concomitatur.

SECTIO II.

Adhuc de Humanorum actuum Indifferentia. *An Sententia, quæ Titio eſt utilis, Sempbronio eſſe poſſit nociva? An Philippus Melancton aſſenſum Luthero præbuerit?*

PYrrus Philoſophus, quem Indifferentium Sectæ adhęſiſſe aſſeruimus, Philiſtiam ſuam ſororem ob neſcio quam actionem minùs prudenter factam corrigebat

An doctrina, quæ apud Viros eſt vera, eſſe poſſit apud Mulieres falſa?

bat vehementer: & quia in eum Cohæreticorum ſuorum animi commovebantur, quæſivit, undè ingenioſè improbitatem maledicentium eluderet. Vrgebant illi, defeciſſe ab ſchola ſua Pyrrhum, ſi enim omnia perinde ſunt, ſoror quidquid feciſſet, objurgari non debuit: &, ſi illa carpi, & caſtigari juſtè potuit, non omnes hominum actus indifferentes ſunt. Ille autem contra; eam, quam profitebatur, Sectam, eſſe Philoſophorum, & non mulieculaꝝ; & hanc ob rem actiones, quæ in Viro ſunt adiaphoræ, eſſe malas in fœmina. Laertius *lib. 9. cap. 11.*

De Pyrrhi ſecta.

Aliquid ſimile in Epiſtolâ Philippi Melanctonis, quæ Romæ in Manuſcripta Bibliotheca Cardinalis Franciſci Barberini adſervatur, reperio. Receperat à ſuâ ſorore literas, quibus ſignificabat, ſe velle etiam Religionem Lutheranam amplecti; & ad eam ipſe, *Martini Lutheri doctrinam eſſe ſupra mulierum captum*, ſcribit, *& à ſolis Theologis tractari poſſe: & hanc ob rem ignorantes mulieres, inter quas non erat ipſa minima, ſine temeritate non poſſe ſe ſubducere à Papa.*

De ſecta Martini Lutheri.

Quid de illa Phil. opus Melancton ad ſororem ſcripſerit?

Ergo, ut & inimici noſtri ſint Iudices, ſaltem ex Pyrrhi Ethnici, & Philippi Hæretici reſponſione, erronea à certis ſeparantes, colligere poſſumus, non quidem *Omnes hominum actus, indifferentes eſſe*, eſſe enim aliquos bonos, & alios malos certum eſt; ſed, *Actus humanos, qui ex objecto ſuo ſint indifferentes, à perſonâ, à qua fiunt, poſſe, & ſolere recipere moralitatem: eoſdemque, qui in iſtis ex. gr. boni ſunt, eſſe malos in aliis.*

SECTIO III.

De Iocis, Dicteriis, & Facetiis privatis.
Quales ſint? An ſemper ſine officio, aut injuria dicantur?

Dicteria acuta, vix unquã ſunt indifferentia.

ACumina, ſi de mortuis, qui nec cognatos, nec amicos reliquerunt ſuperſtites, dicantur, ſcribantur-ve, adiaphora à nonnullis cenſentur. Ab iis ego diſſentio, & alibi meam Reſolutionem probaturus, ad vivos, & ſuperſtites tranſiens, ſic ſtatuo. *Quæ vivos concernunt, aut demulcent, aut pungunt: & ideò proſunt, nocent-ve, & rarò, aut nunquam remanent in ambiguo.* Carmina illa Virgilii,

Proſunt Authori, ſi demulcent:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane,
Diviſum Imperium cum Iove Cæſar habet.

ſunt ingenioſa, præbentque adulationis exemplum, tametſi enim ſint blaſphema, & ſacrilega, ita placuerunt Auguſto; & propter illa inceperit Authorem magni facere. Sanè homines, quia concepti ſunt in originaria labe, laudant quidem Heroica, legunt tamen Satyrica: & ideò illorũ genio ſe Proſa, & Carmen frequentiſſimè attemperat, etiam cum ſcribentis, aut loquentis jactura. Interim tanti Adoleſcentes faciunt inter Ingenioloſ recenſeri, ut ſuos omnes Diſcurſus hoc ſuccollent Axiomate.

nocent, ſi pungunt.

Por un buen dicho
Perder un Amigo.

Multa poſſem Antiquorum, & Iuniorum exempla adducere, ut oſtenderem mortem & vitam (infortunia, felicitatemque) eſſe in manibus linguæ, ſed unum tantum ex veteri, alterum ex novitia Hiſtoria recenſebo.

Scipio propter unam dicteriũ repellitur; & propter alterũ mulctatur.

Scipio Naſica, cum adhuc adoleſcens, ad Curulem Ædilitatem adſpiraret, omnium à quorum promotio ſua dependebat ſuffragiis, ut Candidati ſolent, manus affectuoſè comprehenſabat. Cumque in hominem, qui opere duratas habebat, incidiſſet, illũ lepóris gratia, an deambularet manibus? interrogavit. Quo dicterio cùm ille, tum tota ruſticana tribus, tum etiam aliæ, ita fuerunt offenſæ, ut ferre repulſam debuerit. Ioci igitur intempeſtivi non proſunt. Eraſmus *libr. 6. Apophth.* qui etiam addit propter alium lepórem Catoni Cenſori dictum eumdem Scipionem luiſſe pœnam.

Comes de Villamediana, ſatyricus Poeta, occiditur.

Ante annos paucos Comes de Villamediana, Vir ingenii Satyrici, cui in aurem inſonabat Homerus,

Talia ſi loqueris, non longo tempore vives.

eleganter de vitiis aliquorum ſcripſit; unde promeritus multorum odia, tandem occiſus fuit: canente de illo populo,

Que, porque eſcribió mal bien,
Se vino a morir bien mal.

D. Franciſcus de Quevedo cur pluries fuerit incarceratus?

Genii ejus hæres, ſed majori prudentia, fuit D. Franciſcus de Quevedo, qui meritò ſolebat dicere,

Deme mihi ingenium, vita quoq; crimina demes.

& tamen propter intempeſtivos lepóres incurrit Principum indignationem, & tertiò, aut quartò in ergaſtulum truſus capite periclitatur.

Stat ergo dicteria, ſi piperata ſint, authori ipſi plus quàm aliis nocere.

SE-

SECTIO IV.

De Iocis, & Ludis publicis. *An audire Comœdias, & Spectaculis ſolennibus intereſſe ſit malum?*

Reſolutio.

SVbvenio ad ludos publicos, & ad recreationes, quas Civitas, ut animi ſubleventur, inſtituit. Indifferentes ſunt; & tamen ubi mala impediunt, bonorum actuum albo; & ubi impediunt bona, malorum debent accenſeri catalogo. Rem dilucido exemplis.

Actus, quo mala impediuntur eſt bonus.

Eſſet Titius ad tabernam iturus, ubi aut ſe inebriaret, aut concitaret turbas, & tu illum ad Comoediam deducis; ad Comœdiam inquam, in qua ingenioſè diſcurritur, & jocoſa, non autem laſciva, nociva-ve repræſentantur. Laudo Prudentiam tuam, & aſſero auditionem Comœdiæ, ut ut per ſe judicetur indifferens, reſpectu Titii bonam eſſe, & laudabilem: quidquid enim præſtat, ut non fiant mala, bonum eſt. Ergo actus ille, quo Titium, ut vadat ad Comœdiam perſuades, bonus eſt. Et idem dico, ſi ad Hippodromum ducas, aut ludo aliquo licito, & permiſſo præpedias.

Et, quo bona impediuntur, eſt malus.

At ibat ad Eccleſiam Semphronius, ubi erat Venerabile expoſitum, & peccatorum indulgentiæ authoritate Apoſtolica concedebantur. Tu illum divertis, & cum Titio ad theatrum, & repræſentationem conducis. Improbo reſolutionem tuam, & aſſero auditionem Comœdiæ, ut ut per ſe judicetur indifferens, reſpectu Semphronii vituperabilem, & malam eſſe; quid quid enim impedit bona, malum eſt. Actus igitur ille, quo Semphronium, ut vadat ad Comœdiam perſuades, malus eſt.

An unus & idem actus indifferens, bonus & malus eſſe poſſit?

Stat ergo unum & eumdem actum poſſe eſſe bonum, malum, & indifferentem diverſorum reſpectu.

Et hinc intelligere incipio, quid illa importent verba, (quæ Religioſi, & Aſcetici Magiſtri ſunt, incerti tamen, nam ſub diverſi Authoris nomine citari ſolent) *Ioci in ore ſæcularis, joci ſunt, in ore Sacerdotis blaſphemia.* Nam Sacerdotes ex officio, & dignitate docere debent populũ, legem profectò Dei, & non nugas: inquit enim Hieronymus, *Conſidera Sacerdotum eſſe officium de lege interrogatos reſpondere. Si Sacerdos eſt, ſciat legem Domini. Si ignorat legem Domini, ipſe ſe arguit* (ſe incuſat) *non eſſe Sacerdotem Domini: Sacerdotis enim eſt ſcire legem, & ad interrogationem reſpondere de lege.* Scandalizatur ergo populus, cum eum jocari audit, qui legem Dei deberet valdè ſeriò ediſſerere.

An nugari Sacerdotibus liceat?

Hieronymus in Agæum Prophet.

An debeant Sacerdotes eſſe docti?

An Monachis nugari liceat?

Et hinc etiam intelligo, cur tam ſeverè S. Benedictus jocos & facetias condemnet. Capite ipſe ſexto Sanctæ Regulæ ſic ſcribit. *Mors & vita in manibus linguæ. Nam loqui & docere Magiſtrum condecet: tacere, & audire diſcipulo convenit. Et ideò, ſiqua requirenda ſunt à Priore (à Superiore) cum omni humilitate, & ſubjectione reverentia requirantur, ne videatur plus loqui, quàm expedit. Scurrilitates verò, vel verba otioſa, & riſum moventia æterna clauſura in omnibus locis damnamus: & ad tale eloquiũ diſcipulum aperire os non permittimus.* Et meritò: quoniam jocoſa verba, quæ in ſæculari, aut indifferentia, aut etiam bona eſſe poſſent, ſi illum diverterent, & ab opere aliquo peccaminoſo abſtraherent, in Aſcetâ, cujus vita eſt contemplativa, & in Cælis converſatio eſſe debet, ſunt nociva, quoniam Orationem impediunt.

S. P. Benedicti Conſtitutio.

An una & eadem actio, quæ in uno bona, aut ſaltem tolerabilis eſſet, in alio poſſit mala cenſeri?

SECTIO V.

An claudi theatra debeant, interdici Tragædiæ, & Comici univerſi proſcribi?

De tribus differentiis carminum.

POemata univerſim loquendo, aut ſunt propudioſa, & laſciva, aut ad Virtutem excitant, aut ob meram animi recreationem funduntur. De illis, quæ ad hoc ultimum genus ſpectant, controverſia excitatur, nam illa priora jam judicata ſunt.

In ſua Plato Republica Poetas damnat; & cur?

Fuit apud Græcos olim publicum lupanar Parnaſsus, Muſæ immundiſſima ſcorta, Poetæ lenones; & de fonte Caballina, & Pegaſo, ſi uti æquivoco vellet, haberet malitia in Hiſpania quæ diceret. Interim audite placet D. Thomam de Oña, qui in ſuo de tertiâ parte Comœdiarum D. Petri Calderonis Iudicio ſic inquit. *No niego, que en la Republica de Platon deſterraron los Poetas (ſi bien* lib. 2. de Republ. *los llame,* DEORVM FILIOS, Hijos de los Dioſes: *y en ſu Lyſide ſe admire diciendo, que ſon* SAPIENTIAE PATRES, DVCESQVE, & RERVM DIVINARVM INTERPRETES, Padres y Guias de la Sabiduria, y Interpretes de ſecretos Divinos: *y en el Phedro,* NON HOMINVM ESSE INVENTA PRAECLARA POEMATA, SED DEORVM MVNERA, que la Arte Metrica no es coſa, que inventaron los Hombres, ſino don recibido de la mano [a] de Dios) *ni que en Roma tuvieron poca eſtima las Comedias; que las deſpreciò Ageſilao, y que Eſparta no las admitia; mas eſto fuè por el abuſo, que entonces huvo de la Poeſia, envenenada con las ſucias cantilenas de Atemas impuro inventor de los verſos amatorios, de Anacreon ſodomitico, y ebrioſo, de Sappho deshoneſta, de Archiloco maldiziente, de los deſahogos de Ho-*

Eoſdem aliis in locis celebrat.

De Comœdiis. A quibus admiſſæ, aut non admiſſæ ſint?

a] Plato Deum eſſe unum, & Mundum è nihilo creaviſſe cognovit.

Horacio, Catullo, Auſonio; de la eſcaridad de Aphoriano, y los delirios de Heſiodo.

At non obſtante tantos Poeſeos abuſu Philoſophos, & Theologos, qui ligata oratione ſcripſerunt ſua laus manet. *Vſus & vitia perſonarum* (ait in Præfatione ad Canonum, & Arcanorum Linguæ Sanctæ pag. 20. P. Ludovicus de S. Franciſco) *legitimis, optimiſque Artibus & Scientiis minimè tribui debent: ſi quidem teſte D. Auguſtino ad Publicolam* (& refertur à Grattiano in Canon de occidendis 23. qu. 5.) *nihil tam ſacrum eſt, tamque ſanctum, quo non abuti poſſit, nec ſtatim illa propter abuſus quorundam damnari debent. Aliàs enim & Sacramenta & Sacræ Scripturæ, & quamplurima alia (quibus impii abutuntur) tollenda forent.* Hæc autem tollenda non ſunt. *Porque* ut citatus D. Thomas ibid. ait, *que culpa tiene la Poeſia de ſus ſinieſtras applicaciones? No ſe deſterrò (en la Republica de Platon) el Arte, ſino el abuſo. Y que Facultad no ha padecido entre los Antiguos el miſmo deſayre? No merecieran aquella Cenſura Empedocles Agrigentino, Heraclito y Lucrecio Philoſophos, Dioniſio Coſmographo Africano, Arato y Manilio Aſtronomos, ni los dorados verſos de Opiano, bien premiados de Antonio; como eſtimados de Alexandro, ſobre los deſpoxos de Perſia los de Homero; y en Thebas los de Pindaro. Con eſta ſalſa nos dieron las Sybillas ſus Prophecias, Nazianzeno ſus Verdades, Prudencio nueſtros Dogmas, y los hechos Apoſtolicos Ambroſio y Sedulio. Es Arte finalmente (la Poetica) que mide tanto las palabras, como las ſentencias; oracion elegante, compueſta con numero y medida, regla del ſilencio, grillo de la lengua, valla del entendimiento, centro de la Sabiduria y don particular de Dios. Y en el ſiglo preſente las Comedias una moral reformacion de coſtumbres embozada en un honeſto y ingenioſo entretenimiento.*

Vide iterum Auguſtinum libr. 2. de lib. arbitr. cap. 18. col. 1. *Omnibus rebus abuti homines poſſunt.*

In verſibus abuſus ſolùm damnatur, non ars.

Recenſentur aliqui graviſſimi Poetæ, quorum carmina cum profectu leguntur.

De quibus diſputandum ſit?

Non de prioribus numeris, nec de poſterioribus ago; illos enim qui de propudioſis argumentis funduntur; univerſi condemnant; & illos, qui aut Pietatem promovent, aut Scholæ & Reipublicæ ſerviunt, univerſi laudabunt. Ago de indifferentibus, quales videntur eſſe, qui in Comœdiis paſſim Hiſpanorum leguntur; & dicuntur *adiaphora*, quod ſunt ſcripti calamo indifferenti. Hos in Iudiciũ voco, & reſcire deſidero, cur tã diverſis & adverſis ſint obnoxii cenſuris? Ago, inquã, de carminibus illis, quæ caſta mente concipiuntur, lingua pura dictantur, & calamo indifferenti ſcribuntur qualia continere viderur ille Liber, qui condecoratur hac Cenſura. *Correſponde a ſu Author, pues ſus verſos ſon tan grandes, que qualquiera docto podrá ſacar mucho para la materia en que ſe exercita. El eſtilo es tan caſto, como acoſtumbra, ſin que lo Comico y guſtoſo lo controya a termino, que ſea indecente.* Ita D. Emanuel Mollinedo, in Cenſura, quâ partem tertiam Comœdiarum D. Calderonis honoravit.

De Dn. Petri Calderonii carminibus.

Ergo, ut omnia comprehendam, has Concluſiones defendendas adſumo. Sit

Leges de Verſibus.

Prima. *In bene gubernata Republica nec Comœdia libidinoſa, nec laſciva carmina decantantor.*

Inhibentur laſcivi.

Secunda. *Scholaſtica & Heroica, quæ aut Scientias dilucidant, aut Virtutes commendant, concinuntor.*

Permittuntur honeſti.

Tertia. *Indifferentes, quæ ex objecto, nec bona, nec mala ſunt quia prodeſſe poſſunt, ſi debita intentione audiantur, tametſi damnũ poſſit provenire ex abuſu (quoniam damnum ſi quod fortè reſultet, eſt per accidens, & non ex verſibus ipſis, ſed ex malitia Auditorum provenit) permittuntor.* Et hanc Concluſionem tertiam firmant omnes Cenſuræ, vi quarum Comœdiæ imprimi ſolent, & in lucem emitti.

Etiam indifferentes: etſi noceant per accidens.

Trigeſimam-quintam Comœdiarum partem ab optimis Ingeniis compoſitam P. Mag. Franciſcus Zuaço 4. Iul. 1670. approbavit his verbis. *No hallo en ella coſa, que opponga a nueſtra Sancta Fee, ni a las buenas coſtumbres; antes juzgo ſerá muy appropoſito para el entretenimiento de todos los que la huvieren, pues ſu diverſion ahuyenta la ocioſidad, recrea los animos, y alienta las fatigas, affloxa la tirante cuerda de la vida, cuya edad es infancia, y ſolo ſe differencia de la de los niños en jugar con coſas mayores. Aſſi le pareciò a Ciceron, que las perſonas de mas ſeſo deſean no eſtar de veras alguna vez, y que no juzgaba por hombre libre al que no le ſobraba algun rato, en que nada hizieſſe de importancia.* Mihi enim liber eſſe non puto, qui non aliquando nihil agit. *Y que por eſſo Scipion ſe ſalia al campo con Lelio a reverdecer la edad.* Sæpè audivi Lælium ſemper fere cum Scipione ſolitum ruſticari, eoſque incredibiliter repueraſcere eſſe ſolitos. *En lo que es natural, no hallo diſconveniencia: y fue de parecer Ariſtoteles, que* Homo naturaliter delectatur ſymphoniâ, & metro. *Con que no es bien hazer deſden de la Poeſia; porque hallar eſcarmiento en los males agenos, es Prudencia; y tenerlos a la viſta, medicina; uſar mal de ellos deſatino, o malicia. Que ſi porque ſe puede tomar lo peor de las Comedias, ſe huvitra de eſcuſar el eſcribirlas, y que ſalieſſen a luz, lo meſmo ſe pudiera dezir de las Hiſtorias, en que ſe refieren buenos y malos exemplares. En fin ſoy de parecer*

Cur Comœdiæ approbentur, & permittantur in publicam lucem prodire.

— Arcum non ſemper tendit Apollo.

Quis homo liber cenſendus ſit?

Cicero de Oratore libr. 1. *De Scipione & Lælio. Repueraſcebãt in ætate decrepita.*

Ariſtoteles Poeticæ libr. 1

Rationes, quas contra Comœdias formant aliqui, æquè militant contra Hiſtorias.

cer

Digitized by Google

cer que eſte Libro ſe de a la Imprenta; porq; aunque pareſca diverſion de obras mejores a los Virtuoſos, tendran los que no profeſſan (tanta perfeccion) eſta indifferencia, con que ſe embarace la malicia; en que ſe manifieſta la utilidad.

An propter ebrios eradicāda vites ſint?

Hæc ratio ultima eſt efficaciſſima, & in ſimili occaſione, illa utitur Stephanus Aguilarius, cujus verba ſubſcribo. *No ſe han de arrancar las vides, dixo Licurgo, porque muchos ſe embriagan; ni ſe ha de condenar la Poeſia, porque abuſan muchos de ſus licencias. Necio fué el Satyro, que ſe abrazaba por veerle lucido, y en vez de calentarſe a diſtancia proporcionada ſe quemaba* (ego dixiſſē *ſe abraſſaba*) *por no proporcionar la diſtancia de ſu uſo. Por eſtas y otras razones ſe han permitido las Comedias, y en eſtas hallo yo las miſmas* [a] *que haſta ahora han prevalecido para permitir que ſe divulguen tantas en España, ſin que tenga cauſa alguna eſpecial paraque ſe les niegue la miſma licencia.* [b]

De Satyro, qui amplexabatur Ignem.

Fabulam hanc pulchriùs recenſere poteſt Hiſpanus, quā Latinus propter ſimilitudinem verborū *abrazar*, & *abraſſar*.

a] Amanuenſis in curia redundabant aliqua verba, quæ quia perturbabant ſenſum, expunxi.

b] Notet Theologus, hujus Cenſoris Eruditi ſententia eſſe rationem ſufficientem ut aliqua concedatur licentia, non eſſe rationem negandi.

In bene gubernata Republica eſt optima in praxi Reſolutio, Fiat, quod ſolet fieri.

Quid requiratur, ut ſuperior licentiam poſtulatam concedat?

Oportet adhuc reſpondere Objectioni, quam contra Comœdias & ingenioſa carmina nonnulli homines, qui cum Stoicis tantùm ſeveras Reſolutiones adprobant, comminiſcuntur. Audiunto igitur illos quoniam argumentantur ſic. [Abutuntur aliqui jocis Comœdiarum, & Carminum, Ergo nocent per accidens. At providentia benè gubernatę Reipublicæ etiam ſubditis inhibet, quæ ſunt pernitioſa per accidens. Ergo, ſi benè gubernata ſit noſtra, debet inhibere Comœdias. Suadetur Minor. Quoniam Vulgaria Biblia, quia per accidens nociva ſunt, Pontificia authoritate interdicuntur.]

An inhiberi debeant, quæ ſunt mala per accidens?

Ipſa malitia accidentalis, quæ dicitur inesse Comœdiis, explicatur.

Reſpondeo Comœdiarum abuſum, non conſiſtere in eo, ut illæ aliquem alias bonum, in peccatum propellant; ſed in eo quod qui aliàs mali ſunt, iis utantur, aut abutantur veriùs, ut ſuam foveant malitiā. Vnuſquiſque in theatro præjudicio ſuo regitur, & quod placet, deducit. Arias dum eſſem adoleſcens, quia geſtu & actione eminebat inter Comicos maximè celebrabatur. Aderat, dum ageret, numeroſus Auditorum accurſus; & præter otioſos juvenes, non ſolùm Poetæ & Rhetores & aliarum Societatum Comœdi, ſed etiam nobiliſſimi Concionatores, ſinguli enim in verſibus ab illo recitatis, habebant, quid poſſent addiſcere. Et hæc ipſa varietas, non ab Actore, ſed ab Auditoribus oriebatur. Et, ut hanc Veritatem confirmem, producam pulchram hiſtoriam, quam Sigalion. exod. 32. c. reperitur:

Arias Comicus celeber in Hiſpania.

Quid ab illo addiſcerent Concionatores?

Deſcendentibus Moyſe, & Ioſue de monte, occœpit clamor in caſtris Hebræorum excitari. Hærent illi, & ſeſe interrogant, qualis ille eſſet, qui audiebatur ſtrepitus. Auſcultans tumultum populi vociferantis ait Ioſue, [*Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.*] *Ecce innitur conflictus, cornua enim inſonant, & vox tubarum in montis ſaxis repercutitur.* Ioſuæ autem Moyſes, [*Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, nec vociferatio compellentium ad fugam; ſed vocem cantantium ego audio.*] *Ecce pſallunt ad numeros, & diſtributi in choros Muſici carmina modulantur.* Sic illi; & ego ſcire volo, cur unus, & idem clamor, in auribus Ioſuæ horribilis ſit & militaris, & in auribus Moyſeos ſit ſuaviſſimus, & euchariſticus? In promptu reperîtur Reſponſio. Erat miles Ioſue inter arma nutritus, & intendebat Iudæorum gubernando exercitui; Ejus igitur interiores & exteriores ſenſus præjudiciis militaribus occupabantur. Moyſes erat Sacerdos, directorque Eccleſiaſticæ Muſicæ, & hanc ob rem habebat aures præoccupatas Euchariſticis canticis. Non ergo mirum, ſi ille caſtrorum clamor in Ioſuâ militares excitaret ſpecies, & in Moyſe Eccleſiaſticas.

Idem populi vociferantis clamor, militaris Ioſuæ, & Eccleſiaſticus videtur Moyſi. Et cur?

Quàm ſint potentia & efficacia præjudicia?

Et hinc ad noſtrum caſum. Eadem carmina, eaſdem Hiſtorias, Novellas, Comœdias, & Fabulas

Legunt boni, legunt mali,
Sorte tamen inæquali
Vita vel interitus,
Mors eſt malis, vita bonis.
Vide paris lectionis
Quam ſit diſpar exitus.

Eundem profectò librum, aliter, & aliter, probi & improbi legunt.

Hæc autem differentia & varietas, non ab ipſa re lecta, vel audita, ſed à diverſa legentium, & audientium indole & diſpoſitione procedit.

SECTIO VI.

De Poetis veteribus, & eorum Metris.
An eorumdem laſcivia metro careat?
An-ne Viris ingenuis probiſque interdum liceat carmina laſciva componere?

De hujus Sectionis Argumēto.

NON eſt idem hujus & præcedentis Diſputationis argumentum: huçuſque enim de Comœdiarum & Carminum laſciviētium lectione & auditione diſſeruimus, & nunc de eorumdem conditione & modulatione diſputamus. Hac igitur Admonitione præmiſsâ, ad rem veniamus. Attendunto.

Quinam in Patrum Veterum libris Chaldæorum *&* Mathematicorum *nomine intelligantur?*

Cum admiratione profectò Viri docti lectitant in Antiquorum libris Platonem, prudentiſſimum & moderatiſſimum Virū,

è ſuâ Republicâ proſcripſiſſe Poëtas, cùm tamen Metrica, quædam ſit Mentis Muſica, quæ ſicut Harmonia Senſum, ſic ipſa Intellectum oblectat. Interim tem examinans video, ſicut Chaldæos & Mathematicos Veteres Patres, ſic Platonem Poetas incriminari. Erant in Primitivâ Eccleſiâ Homines perditiſſimæ vitæ, ſimiles per omnia Gyrovagis, qui in Italiâ *Zingari*, & *Gitanos* in Hiſpaniâ vocantur, & ſe eſſe Ægyptios mentiuntur, Matheſim profiteri, & ex manuum lineis, aut vultûs formâ futura præſagire præſumũt. Priſci ergo Patres quando exſecrantur Chaldæos, ob mentis oculos non habent Maronitas & alios illîus vaſtæ Regionis populos, apud quos viguit Pietas & Virtus, & Modeſtia & Iuſtitia obſervantur. Intelligunt igitur Chaldæorum nomine homines inconſtantes & vagos, qui ex provinciâ in provinciam decurrunt, & ut majoris apud ignorantes fiant, ex Nino & Semiramide Babiloniæ Principibus oriundos eſſe impudenter effutiunt. Quãdo autem Patres fulminant in Matheſim, non numerariam, quæ fuit cum hominibus genita (Mundus enim ſine Arithmeticâ gubernari non poſſet) non Enharmonicam, quam invênit Pythagoras, non Metricam, quam digeſſit Euclides, non Cæleſtem cui jecit fundamenta Hipparchus, nec ullam aliam legitimam Artem, ſed adulterinam & ſpuriam, quam profitebantur illi Gyrovagi, ſemper intelligebant. Quia igitur Platonis ævo Poetæ Muſis abutebantur, & non niſi de rebus laſcivis & ſordidis modulabantur, Poëtarum nomine Pſeudopoëtas intellexit, & hos meritò à ſuâ Civitate proſcripſit, ut conſtat ex Legis ratione, arcendos enim eſſe Poëtas aſſerit, *ne facilem occaſionem ad neqaitiam noſtris adoleſcentibus præbeant*. Et quidem prudentiùs pronunciaſſet, ſi legere potuiſſet Voſſium, illam Sententiam, *Vitabimus eos, qui mentem moreſque inficiant laſcivis amoribus. Amplexabimur illos, qui Venerem quidem colunt, ſed Celeſtem; Cupidinem, ſed Celeſtis Veneris filium: Muſas ſed ſeveriores. Duæ enim ſunt Veneres, duo Cupidines, duplices Muſæ*. Et ad illam elimare ſuam legem; videlicet.

Et, qui apud nos nominantur Ægyptii?

Quàm ſit neceſſaria Arithmetica?

De inventione Scientiarum.

Quales Poetæ à Platone damnentur?

Plato apud Agrophilum pag. 143. Gaſpar Voſſius apud eūd. pag. 150.

Quales à Voſſio

Reſolutio.

> *Poëtæ laſcivi & ſordidi exſunto: Modeſti, honeſti & graves, admittuntor, publicis [a] ſtipendiis tolerantor, ferto aureo [b] coronantor.*

a] Et hæc circumſtantia poni debuit, quia dum vixit Homerus, permiſſus eſt perire fame; & poſt mortem aris & templis cultus; & in Scholis ſuorum carminum Expoſitores multos aluit. Quid non præſtitiſſet Vir Magnus, ſi Principem habuiſſet, à quo protegeretur; panem, quem eſſet; angulum, ubi quieſceret; pulvinar, ubi caput ſuum reclinaret?

De Homero. Quàm indignè ſit à coætaneis habitus?

b] Et circumſtantia altera propter inveteratum Poetas colendi morem; lauru enim, infructifera arbore, illos avariſſimi redimiunt Principes, & in miſeria, qua premuntur, relinquunt. Et quidem, quod longa experientia didicerat hoc Tetraſticho expreſſit Santanderius: hos enim Verſus, ad Laurum converſus, profudit.

Cur lauru Poetæ redimiãtur?

> *Para coronar Poetas*
> *Eligio tus ramos Phebo;*
> *Que d'arbol, que no da frute,*
> *Se coronan los Ingenios.*

Priorem profectò Legis partem Antonius Guzzius *in Agrophil. pag.* 137. proſpectans, Numeros ſequentes modulatur.

Quod Gentilibus licuit, Chriſtianis permitti non poteſt.

> *Siqua dedit priſco laſciva licentia ſæclo* [c]
> *Carmina, & obſcænos nada Thalia jocos.*
> *Omnia rejicio* [d] *corrupta in tempora calpam,*
> *Et Vatam mores improbo, Scripta proba* [e]
> *Edere ſed ſimiles nulli permitto libellos:*
> *Authorem laudet Charta pudica ſuũ.*

c] Clament & inclament Decrepiti, O *tempora, ò mores*, quando ætatis præſentis conditionem conſiderant: at Ego ſemper ejuſdem coloris fuiſſe Mundum, aut eum tempore & Chriſtianorum Regum cura in melius mores populi reformari reperio. Fatebatur Catullus.

An cum ætate mores humani deformentur?

> *Sæcli incommoda, peſſimos Poetas.*

At hodie caſtæ omnes Muſæ ſunt; &, ſi qua libidinari audeat, ſtatim ſuprema authoritate ſupprimitur.

d] Litera *I* inter duas vocales vim duplicis habere debet; unde Poetæ, ubi volunt *re* in *rejicio* corripere, alterum *i* abjiciunt, & *reicio*, *reicis* proferunt.

De litera I. An duplicis conſonantiæ vim habeat?

e] Semper immunda Poetæ mens exonerat in verſus ſordium ſarcinas; & quia in verborum morbis cordis percipiuntur ſymptomata, ideò ſanè, quorum mores ſunt improbi, verſus non erunt probi.

Inter Poetam, Verſuſque quærunt differentiam nonnulli, immò magnam reperiſſe aſſeverant; quoniam morum Canones ſunt Hominibus præſcripti, non Metris. Vetus Poeta.

An Pudicitiæ lex hominibus & non verſibus fuerit impoſita?

> *Nam caſtum decet eſſe pium Poetam*
> *Ipſum: Verſiculos nihil neceſſe eſt.*

Quam ſententiam expreſſi aliquando hoc Tetraſticho.

Auſonii & Ovidii ſententia.

> *Obſervent leges illi, quibus imperat Orbis*
> *Conditor, haud illi, queis nihil ipſe jubet.*
> *Afficiunt præcepta Viros, non Carmina, caſti*
> *Ergo ſunto Viri, Muſa jocetur iners.*

Et ex hoc fundamento excuſationem haurire prætendebat, qui cecinit

> *Laſciva eſt nobis pagina, vita proba eſt.*

Et qui repoſuit etiam

Ovidius.

> *Vita verecunda eſt, Muſa joceſa mihi.*

Verùm enim verò inter Vitam & Muſam præcedenx non ſubſiſtit diſtinctio, eſt enim Vitæ imago Muſa, & penicillo linguæ cordis paſſiones exprimit. Apud Plutarchum ſcitè Sophocles,

E verbis hominum mores & inclinationes rimamur.

> *Non verba factis à malis veniunt bona.*

vel, ut *pag.* 146. convertit Guzzius,

> *Non facta verbis à malis veniunt bona.*

vel, ut magis ad rem reponi velim,

> *Non verba factis à bonis veniunt mala.*

Mentitur igitur, qui dixit,

> *Laſciva eſt nobis pagina, vita proba.*

ut enim ab æterna Veritate Matth. 12. 34. & Luc. 6. 45. docemur Ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας τὸ στόμα λαλεῖ. *Ex abundantia Cordis Os loquitur.*

SE-

SECTIO VII.

De legendi libros interdictos licentiâ. *An concedi poſſit? & Quid importet licentia poſtulatæ conceſſio, ſi periculum maneat?*

Libri nocivi Divina & Humana authoritate interdicuntur.

OMnes ſordidi libri, & qui nudam Venerem ob oculos Lectorũ ponunt, interdicti ſunt à lege ipſa Divina, juxta illud, *Qui amat periculum, peribit in illo*: & à Providentia Apoſtolica; ubi enim libri laſcivi in lucem miſſi, illicò nigro theta inuruntur, & ſuppreſſionis tenebris condemnantur.

Interim, quia interdum legendi hos libros à Curioſis imperatur licentia, quæri debet, *Quid ejuſmodi licentia importet?*

Ubi duabus legibus una res interdicitur, ſi in altera diſpenſetur, manet altera.

Reſpondeo in ſua lege, non autem in Naturali & Divina Eccleſiam, facultatem illam concedendo, diſpenſare: adeoque eos, qui poſt obtentam licentiam cum periculo, aut prava intentione libros nocivos legerint, Apoſtolicæ cenſuræ fulmina non incurrere; ſed tamen in legem Naturalem & Divinam peccare. *Sed quid de periculo dictari ſumus? An ſemper & neceſſariò lectionem hanc concomitatur?*

Sententia quæ periculum negat.

Agrophilus pag. 147.

Negat Iuſtus Lipſius, qui Petronii Arbitri, immundi, ſed ingenioſi Authoris, lectione, & meditatione ſummopere delectabatur. Sic enim ad Amicum ſcribit, *Ut in vita, ſic in ſtudiis juvat Severitati adſperſa Comitas. Ea cauſa frequenter ſoleo à gravioribus libris animum quaſi in ludum mittere ad Scriptores amæniores, quo in numero Petronium repono, quidquid dicant iſti frontis ſeveræ.* Paulo deinde poſt. *Nudi illa nequitia nihil offendor, joci me delectant, urbanitas capit, cætera nec in animo, nec in moribus meis magis labem relinquunt quam olim in flumine veſtigium cymba. Ut vina appoſita vinoſum movent, invinium, ut antiqui loquebantur, non movent; ſic iſta animum jam ante improbum fortaſſe incitent, caſto, & caſtigato non adhærent, & ſunt tamen inter Muſæos homines, qui hunc Scriptorem fuiſſe velint, quibus nos certè mi Pithœe diſſentimus.*

In libris quid dicitur, & quo modo dicitur debet conſiderari: poteſt enim in libro, & quæ dicuntur diſplicere, & quæ dicuntur, perpiacere Elegantia.

Sententia, quæ periculum aſſerit.

Aſſerit apud Antonium Guzzium ſuus Dinocritus, qui verba Lipſii hoc ſcholio caſtigat, *A periculoſa lectione, ſummo alioqui ingenio Vir, prudentiùs abſtinuiſſet.* Nec volet, inſeras, *Ergo prudenter non abſtinuit*, quoniam illud *prudentius* non accipit comparativè, ſed adverſativè; ut ſolummodò abſtinere, bonum ſit, & non abſtinere ſit malum. Ut firmet ſuam ſententiam, ignoti ſed eruditi Scriptoris verba, quæ ſequuntur, producit.

De nomine Comparativo. An interdum non comparativè, ſed adverſativè ſumatur?

Venit Petronius, nova editionis in manus. Sigalion.

Tu petis, ut mittam, & quaſi quærendo, quid de Arbitro arbitrer, placet, & tædet dicere; placet, quia multa placent, nam ſivè defæcati ſermonis pueritiam ſpecies merus lepos, ſive priſcas negotiorum formulas, multa, & elegantes. Tædet, quia pleraque quorum me tædet, ſeu quæ abominor prorſus. Vis enim illas Venerandæ Antiquitatis gemmas legere? Has neceſſe eſt quæras in putore, ſeu ſtercore rabidi, & nefandi illius cupidinis, cujus fœdiſſimæ faces in ejuſmodi quæſita tibi elucebunt. Proh Chriſtiani puderis Candorem! Et hoc vidit Lipſianus Douſa, hoc Ricardus, illius Pracidanca, hujus Notæ librum exornant! At improbanda non approbant. Eſto. Sed quid vetabat turpia expungere? Hæc ſi demas, dicent quid reliqui fiet? Verum inquam quid impediebat pro Gytone Gytonam reponere? Hei mihi! quam peſſimo exemplo talia luce donantur, & quàm cariſſimo pretio hæ vetuſtatis reliquiæ, & cineres nobis emuntur!

Agrophilus pag. 149. *Qualis ſit liber Arbitri?*

Puriſſimo ſtylo materiem impuriſſimam tractat.

An corrigi potuerit & debuerit?

SECTIO VIII.

De Interprete. *Quid fide illæſa poſſit, aut debeat facere, ſi in locos, in quibus Venus propudiosè develatur, incidat?*

Proponitur Quæſtio.

CIrca Imitationem, vel Tranſlationem Quæſtio curioſa inquirit, *An tanta curæ inſiſtendum ſit literæ, ut propudioſa, & obſcœna Primi Scriptoris verba debeant reddi propudiosè & obſcœnè, an verò licitũ ſit Interpreti Venerem, quam ille nudam ob oculos Lectorum poſuit, caſtii circumloquii ornamentis induere?* Illud prius videretur dicendum: non enim petitur ab Interpretibus, Quid ipſi ſentiant, dicant-ve? ſed quid ille Author, quem interpretantur, aut imitantur, dicat? Et videretur hoc poſterius; nam Interpretatio caſta & munda eſſe debet; aliàs enim macularet Interpretem, & puros oculos Lectorum (aut aures, ſi velis) offenderet. D. Franciſcus de Quevedo priorem fuit Opinionem ſectatus, ſextam enim Satyram, quam Iuvenalis laſcivo ſtylo ſcripſerat, laſcivè reddidit: ne quidpiam in Hiſpanicâ Linguâ deficeret, quod in Romanâ inveniretur. Poſteriorem D. Ioſephus Antonius, ingenioſus, & eruditus Vir, qui poſthuma Quevedi Opera in lucem miſit; & eadem à ſordibus emaculavit. Proſtat hæc Satyra in Libro, qui inſcribitur, *El Parnaſſo Eſpuñol* poſt Muſam VI. pag. 653. ſub hoc titulo, *Rieſgos del Matrimonio en los rùines caſados*, & præced. pag. D. Ioſephus, nequis in ejus lectione præpediatur, ſic ſcribit.

Oppoſita Sententia proponuntur.

De Iuvenalis Satyra à Dn. Franciſco de Quevedo in Hiſpanicam linguam ſumma veritate tranſlata.

{ La imitacion de Iuvenal en ella eſtaba muy preciſa; de donde procedia que ſe

An reprehendi & corrigi in ea debeant Prototypi & Ectypi nimia ſimilitudo?

repreſentaſſe tambien la Venus muy deſnuda, y anſi horrible a nueſtros oidos que no permitien la ſignificacion de ſu laſciva incõtinencia ſino veſtida mas y diſſimulada. Sin que baſte (y con mucha raçon no baſte) el ver frequentadas iguales licencias para cenſurar coſtumbres, no ſolo de los ancianos Eſcriptores Griegos y Latinos Gentiles de todas profeſſiones, ſino anſi de los Catholicos, y a un no eſtrañadas de los Sanctos miſmos, como ya hize manifieſto y en *La Apologia por el Satyrica de Petronio Arbitro*. Deſpues de eſte inconveniente, que era grande y muy repetido en todo el contexto de la Satyra; ſtaqucaba la viveça, y elegancia de el ſtilo, y aun de la ſentencia en muchos lugares. Pero ya deſpues advirtiendo en otros pedaços, buenos ſin duda, y dignos de eſtimable memoria, determiné ayudar a eſta Poeſia, paraque aqui ſe colocaſe; ya que no podemos goçar la emendacion excelente, que le habia aplicado Don Franciſco, ſeguo me lo habia el ſignificado. Corrigioſe pues aquella malicia, y adornoſe, donde faltó la pulideça por culpa de el tiempo, no de el Auctor ſuyo, que ya tenia bien prevenido ſu reparo en otra edad mas enmendada.]

Recognoſcere & caſtigare ſua carmina D. Franciſcus decreverat, ſed morte praventus non potuit.

Reſolutio.

Et Tu, quidquid Critici obmurmurent, huic poſteriori Opinioni ſubſcribe.

ARTICVLVS VIII.

De verbis immundis. *An præter laſciva & obſcœna adhuc alia ſordida reperiantur vocabula? Et an hæc, ſive Reales, ſive Civiles ſordes importent, Indicibilibus adnumerentur?*

Quanam voces nominentur immundæ?

OMnes voces, quæ corporum excrementa ſignificent, & organa per quæ illa emittuntur, politicè cenſentur ſordidæ, & ab honeſtis Viris minimè proferuntur. Sed, quia neceſſarium eſt interdum de illis loqui, utuntur circumloquiis Authores; & nolunt nudas ſordes, ſed in vaſis incluſas, ne fœtorem emittant, aut in Sermone publico, aut in colloquio privato pronũciare.

An, & quomodo proferri poſſint?

Authoritas & Nobilitas in India conſiſtit in ciborum delectu.

Et meritò de Viris honeſtis loquor; nam ſicut apud Indos, qui authoritatem conſtituunt, in delectu ciborum, non enim Nobiles veſcũtur carnibus, viles, & ignobiles homunciones παντέφαγοι, Italicè, *Mangiatutto*, Latinè autem *cunctivori* (quod omnia comedere ſoleant) nominãtur; ſic apud nos vulgares; & qui inferiùs ſcamnum in ludis occupant, παντόλογοι, *Omniloqui* (quod omnia proferre ſoleant) poterunt appellari: & hanc ob rem Ioanni Oweno, qui ex iſtis eſſe voluit, licuit dicere,

Cur aliter Ovvenus & aliter Seneca loquatur?

Vno animam crepitu Anna pepedit anus.

& tamen Seneca, quoniam erat ex alteris, hoc ipſiſſimum dicturus de Imperatore Claudio, circumloquio uti debuit & dicere, *Emiſiſſe illum, animam per os, per quod frequentiùs loquebatur.* Senecam Paſſeratius, & Calepinus imitantur, nam in Dictionario Lugduni ann. 1634. edito verb. *Ibis* hæc leguntur. *Traditur Ibis clyſteris uſum prima commoſtraſſe, quod conſuetudinem habeat ſe purgandi, roſtri aducitate eam perluens partem, quâ ciborum onera redduntur.* Et Plinii *libr. 8. cap. 27.* producunt. Vbi vides ob reverentiam viros modeſtos circumloqui, ſi enim immundo uti vellent vocabulo, rem totam breviùs ediſſeruiſſent.

De Paſſeratio & Calepino.

De Ibi, An Clyſterem invenerit?

De Moralibus & Politicis ſordibus.

Propter corporeas ſordes etiam animalia, quæ ſordeſcunt, tacentur; & ſic Hiſpanus *porcos*, ne ſine velamine in Auditorum mentes illorum immunditiam ingerat, non jam *puercos*, ſed *animales de cerda* dici jubet. Et Lovanii in Brabantiâ, quia unum ex quatuor Collegiis à Porco nomen ſumpſit, vocem *Porco, onis* fingunt, ne porcum proferre cogantur.

De ipſis ſpecialiter in hoc Articulo ſumus diſputaturi.

Interim, quia frequenter ſicut ſus in volutabro luti, ſic homines ſordidis motibus commaculantur, has ipſas morum immundicias neſcit propriis nominibus Lingua nobilis, & urbana proferre, & ideò illa ſilentio ſupprimens illas inſinuat per Metaphoras.

His præmiſſis utraſq; ſordes recognoſco; & quia notiſſimæ corporeæ ſunt, & occultæ morales, de illis nihil dicemus, & has toto hoc Articulo dilucidabimus.

SE-

Digitized by Google

SECTIO I.

De Diſſimulatione. *An ipſa in ſilentio conſiſtat?*

An ſemper ſit improba Diſſimulatio?

TAmetſi ſub aliquibus circumſtantiis toleretur, vulgò Diſſimulatio condemnatur; & apud Hiſpanos, non cenſetur ſincerus, qui dicitur *diſſimulado*. Eſt ergo Diſſimulatio, quam improbamus, actio indecens, poteritq; inter ſordes Politicas enumerari.

Tota aut ferè Reſtrictionum doctrina videtur concernere Diſſimulationem: eritque bona, aut mala, prout à Diſſimulatione laudabili, aut illaudabili denominetur. Porrò ſimulatio non debet cum Diſſimulatione confundi, illas enim ſcitè & ingenioſè diſcrevit Ovidius, cum cecinit.

An, & quo modo ſimulare & diſſimulare diſtinguantur?

Quod non eſt ſimulo, diſſimuloque quod eſt.

Quia aut coincidit, aut parùm abeſt Simulatio à mendacio, niſi multa concurrant, quæ eam emaculent, condemnatur à Chriſtianâ Politicâ: verùm, quia fraus, aut deceptio in Diſſimulatione non apparet, quæri ſolet, *An debeat illa Virtutum Politicarum cenſui adſcribi?*

An mentiatur, qui ſimulat? An Diſſimulatio ſit Virtus?

Videretur, quod non; nam illam paſſim Viri magni cõdemnãt. Plautus Men. ſcen. 2. act. 4. *Sed diſſimulat malus*. Et ibid. *O hominem malum! ut diſſimulat!* Res tantùm malas diſſimulari, ſupponebat Ovidius Triſt. eleg. 1. lib. 3. cum cecinit,

Diſſimulantur infortunia.

Nec Domini fortuna mei eſt, ut debeat illam
Infelix ullis diſſimulare jocis.

Vt vitia cenſeantur Virtutes præſtat diſſimulatio. Idem Faſt. 6.

Atque Ira, Pietas diſſimulata foret. [*]

*] Viri interdum crudeles ab ira & furore ſeducti ſub ſpecie Iuſtitiæ in innocentes ſæpe ſœviunt.

Vnde Quintilianus lib. 10. cap. 1. *Sæpe præparat diſſimulatim inſidias Orator*. Et lib. de claris Oratoribus Cicero. *Non apertè, nec eodem modo ſemper, ſed variè, diſſimulanterq; concluſit.* Quibus bene perpẽſis lib. de Amic. legem hãc Viris ſinceris, & ingenuis præſcribit. *In Amicitia autem nihil fictum, nihil ſimulatum; & quidquid in eâ eſt, idem verum, & voluntarium eſt.* Ecce Orator eximius, Vero ſimulatum opponit, & connectit cum Ficto. Immo *libr. 3. de Offic.* loquendo univerſim exclamat, *Ex omni vita diſſimulatio eſt tollenda.*

Et etiam videretur, quod ſic: non enim vitium cenſeri poteſt, quod in Diis & Viris digniſſimis commendatur. De Socrate, quem ſcimus fuiſſe Oraculi teſtimonio Scientiſsimum, 2. de orat. Cicero. *Socratem opinor, in hac ironiâ diſſimulantiaque longe lepôre & humanitate omnibus præſtitiſſe.* Et 4. Academ. *Libenter uti ſolitus eſt eâ diſſimulatione, quam Græci εἰρωνείαν vocant.* Et quidem Dii, quoties ſe transformarunt in alienas figuras, ſe Deos eſſe diſſimularunt. Quid de Iove & cæteris non ſcripſit Homerus? quid non alii? Se eſſe Deam diſſimulavit Iuno, ubi oportuit. Ovidius Faſt. 6.

An Ironia à Diſſimulatione diſtinguatur?

Diſſimulata Deam, Latias Saturnia bacchas
Inſtimulat.

Similiterq; apud Virgilium Æneid. 1. Venus ſe venatricem ſimulans, & Deam eſſe diſſimulans, apparuit Æneæ

Iuno, & Venus &c. ſe eſſe Deas diſſimulant, & ſe non eſſe Deas ſimulant.

Virginis os habitumq; gerens, & Virginis arma
Spartana, vel qualis equos Threiſſa fatigat
Harpalice, volucremq; fugâ prævertitur Hebrum:
Namq; humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix, dederatque comam diffundere ventis,
Nuda genu, nodoque ſinus collecta fluentes.

De Domino noſtro IeſuChriſto An ſit ſimulationem adſpernatus?

Et urgeri ſtrictiùs ratio poteſt, Diſſimulationem enim, quam Viris Claris, & Diis adſcribunt Ethnici, Chriſto, Veritati infinitæ, acceſſere Catholici: quoniam D. Chriſtophorus de Benavente, & Benavides in libri, cui Epigraphe, *Advertencias para Reyes, Principes, y Embaxadores*, ann. 1643. Madriti editi cap. 22. pag. 492. ſic inquit. *Tampoco halla mi corto Ingenio la gran duda, que veo, embaraça a otros de mayor porte, no contentandoſe de facil ſalida a la ſimulacion que preſupponen huvo en el caſo, quando Chriſto nueſtro Señor encontrando a los Diſcipulos del Caſtillo de Emaus, donde deſeaba quedarſe con ellos, dize el Evangeliſta,* Que fingió, que iba mas lexos, *para obligarlos a que ſu importunidad le detuvieſſe. Y yo no hallo duda alguna, en que aqui huvo diſſimulacion: pero tengo por cierto, que la palabra* fingió *es phraſis que uſa el Evangeliſta: porque Chriſto ſabia, ſe havia de quedar: pero ſu Divina Providencia tenia diſpueſto ſe conſiguieſſe por medios proporcionados, que eran hazer el ademan de quererſe ir, como ſin duda ſe fuera, ſi ellos no le rogaran ſe quedaſſe. Importunaronle, y quedóſe.*

De Emauntinis Diſcipulis.

Luc cap. 24. verſ. 28. 29.

Fines divinitus intentos per naturalia, regulariter loquendo, media, Æterna Providentia conſequitur.

Tu autem, ſi meæ ſententiæ adhærere volueris, ut authores diſſentientes concilies, ſtatue ſimulationem in malam paſſim partem accipi, & ſub hac acceptione in Chriſto reperiri non poſſe. Non ergo Scriptores illi, quorum D. Chriſtophorus hîc meminit doctè Simulationem in Chriſti verbis interfuiſſe ſupponunt: Diſſimulatio-

Simulatio, ſere accipitur in malam partẽ. An & Diſſimulatio?

Digitized by Google

An hæc in ſilentio conſiſtat?

lationẽ verò tunc in illis conceſſero, cum nomen deſæcavero à nævis nonnullis, ſeu maculis: nam cum Chriſtus ſit puriſsima Veritas, in ejus verbis admitti non poteſt falſitatis ſuſpicio. Pronuncio igitur Diſsimulationem eſſe Politicum quoddam ſilentiũ, quod mutatis circumſtantiis, & bonum, & malum, & indifferens eſt. Eſt quidem laudabile, & ſanctum, ubi quæ debent non dici, tacemus: injurioſum, & improbum, ubi ſubticet quis, quæ narrare tenetur: & tandem eſt indifferens, ubi rem ſileri, aut non ſileri perinde ſit.

*] Dolum divido in bonum & malum ſuppono.

Profectò in Legationibus diſsimulatione, dolo [*] quibus deberent uti, abuti interdum Oratores videmus. Et tu interrogas, Quæ ſit hîc noſtra de hujuſmodi uſu & abuſu ſententia? Et reſpondeo. *Rejecto ab uſu, quem ipſummet à moribus ingenuis proſcribit; uſum, qui intra Prudentiæ terminos ſe continet, univerſi commendant.* D. Ioannes Antonius de Veta & Zuniga in ſui Legati diſcurſ. 2. fol. 109. a. b. appoſitiſſimè, *Caſo, que alguna vez el rieſgo de omitir una coſa, ſea evidentemente [a] ninguno, y el provecho pueda ſer grande, podrá el Embaxador caminar con tal arte en el negocio, que lo requiria, que ſin dezir mentira, ni callar verdad de a todo buena ſalida. Porque aſſi como en la Ioya de varias piedras, aunque ellas ſiempre ſean unas miſmas, y no muden color; tal vez con ſeguir la luz, que las hiere, parece que hurta los viſos a la Eſmeralda el Topacio, tal el Zaphiro al Diamante, y el Gyraſol al Amatiſta: y tal vez lo parecen todo: Aſſi igualmente las Acciones Politicas pueden, ſiendo unas miſmas, tener differentes lados, ſegun la agena Opinion las conſidera: y ſucede, que un miſmo Caſo, parece a unos loable, a otros impio; a unos generoſo, a otros perdido; a unos bizarro, a otros cruel: y eſta variedad conſiſte en las circumſtancias.* &c.

a] Nota illud evidentemente, non enim licet Oratori propria Regis negotia probabili periculo exponere.

Mutantur apparentes lapidum pretioſorũ ſpecies Solariũ radiorum incidentia alterata.

Vnus & idem actus, qui videtur his bonus ſolet illis videri malus.

Productæ authoritates, & Hiſpanæ præcipuè, poſtulant, ut Scholia ſubſequentia adjungamus.

De Authoritatibus quæ proponebantur, Iudicium.

Æthiops induta veſte candida.

Dicebat Naſo. *Quod non eſt ſimulo.* &c. & ejus verba fuerunt in causâ, ut Picturæ meminerim, quæ Æthiopem ancillam larvâ candidâ tectam, & nobili veſte exornatam proponebat ob oculos, cum hoc Lemmate, *Vel appare, quod es; vel es quod appares.*

Brevem Caſuræ ſyllabam aliquando producit.

Addebat, Iram, ſi diſſimuletur, Pietatem eſſe, hoc eſt, cenſeri. Nam homines non ſecundum arcana cordis, ſed ſecundũ faciem judicamus. Et hîc notent Poetæ ultimam in *Ira* eſſe brevem, & ibi ob cæſuram ab Ovidio produci.

Ad Ciceronem venio, nec puto Diſſimulationem, ſi in rigore loquamur, εἰρωνείαν poſſe dici: nam diſsimulat ille, qui tacet; & ironicè loquitur, qui verbum aliquod in ſenſum contrarium uſurpat.

An erraverit Cicero εἰρωνείαν, *diſſimulationem appellando?*

Recognoſco D. Chriſtophori verba; & ſi vulgaris vocum acceptio ſtet, ſimulationem damno, & ingenuum non eſſe, qui illâ utatur, affirmo. Cæterùm, quoniam, ſcio, illam à Theologis modificari, ſi cum ipſis agendum ſit, quid in eorumdem Lexico importet nomen iſtud inquiram; ne Realis in Nominalem Quæſtio tranſeat.

De Simulatione.
An ſemper condemnanda ſit?

Ad verbum *Fingo* venio. Latinum & Hiſpanicum eſt, non autem Hiſpanicè, quod Latinè ſignificat: quoniam, ut nunc oſtendi, Latinè ſignificationem primariam & ſecundariam habet. Ex primâ enim inſtitutione ſonat *facere*. Virgilius Georg. libr. 4. de apibus.

De verbo Fingo. Quid ſignificet?

Excudunt ceras, & mella tenacia fingunt.

Et per extenſionem eſt etiam *putando, dedolando, & excidendo formare*. Georg. libr. 2.

Ruſticus & curvo Saturni dente [*] relictam
Perſequitur vitem attondens, fingitque putando.

*] *Curvus Saturni dens* ponitur à Virgilio pro *falce*.

Cæterùm, quia mendacia (quæ falsò aſſeruntur) non ſecundum rem, ſed ſecundum dici *eſſe* habent, & hoc *eſſe* vocale illis dat, qui mentitur, verbum tranſtulit ſimilitudo, juſsitque ut *fingo* ſumeretur pro *mentior*. Ovidius 13 Metamorph.

Prodere rem damnum finxit, fictumque probavit.

Quid verbum fingir ſonet Hiſpanicè?

Et ibidem etiam,

Tutiùs eſt igitur fictis contendere verbis,
Quam pugnare manu.

Et ſic verbum *Fingo* à Latinis accipitur; apud Hiſpanos autẽ primâ ſignificatione deſtituitur, & ſecundam, quæ apud Latinos erat Metaphorica, ſortitur.

Et hanc ob rem, verba illa Latina, *Finxit ſe longiùs ire*, non benè D. Chriſtophorus tranſtulit dicens, *Fingió que iba mas lexos*: loquendo enim Hiſpanicè, *Chriſto nada fingió*. Debuit ergo (nam & id poſteà inſinuat) verba illa in hæc convertere, *Hizo ademan de querer paſſar adelante*, Chriſtus enim re verâ (& nota id, obſecro) habebat voluntatem pergendi ulteriùs, niſi à Diſcipulorum humanitate detineretur.

Verbum Fingo non ſignificat idem Latinè & Hiſpanicè.

Verbum *Fingo* vocat phraſim, & oſtendit ſe vocis rigorem neſcire, nam φρά-

An ſimplex vox poſſit vocari phraſis?

Digitized by Google

φράσις, ut *libr.* 10. *cap.* 1. à Quintiliano docemur, in eloquentiæ corpore & modo dicendi conſiſtit, & ideò uno in verbo reperiri non poteſt. Dicitur ἀπὸ τῦ φράζειν, quod eſt *diſſerere*: & verba ſingula *Diſſextationes* non vocantur.

Aliud non dicere Veritatē, & *aliud* negare Veritatem eſt.

Deinde verba D. Ioannis Antonii recognoſcens, illa, *Podrà el Embaxador caminar con tabarte, en el negocio que lo requiera, que ſin dezir mentira, ni callar verdad, de a todo buena ſalida*; nam opponuntur præcedentibus, corrigo, aſſerens, *que ſin deẓir mentira, con ſolo callar la verdad, podrà dar buena ſalida a todo*. Oratori, licèt nec mentiri, nec Veritatem negare liceat, ſemper licet, & aliquando expedit Veritatem tacere.

Ea, quæ dicit de Opinionum varietate, ſunt vera; unde qui cecinit

De Opinionum & Sententiarum varietate.

Pro captu Lectoris habent ſua fata Libelli,

ſi occurriſſet occaſio, ubi de verbis ageretur, dixiſſet,

Pro captu Cenſoris habent ſua Dogmata fata,

& ſi de factis,

Principum, Regum, Procerum, Ducumq;
Geſta, pro captu ſacra ſingulorum
Iudicum, debent fera ſeu benigna
Fata ſubire.

SECTIO II.

An Tacere *in Aulâ & Palatio ſit* Dimittere?

Conſideretur hoc Politicum Monitum: Los deſengaños no ſe dan, ſino ſe toman.

STet unde voluerit Aulicorum & Palatinorum pertinacia. Me Patientia deficit, & ideò dico: *Tacere, eſt aliquem cum urbanitate dimittere*. Et hoc meum Dictum eſſe verum confitebantur omnes, qui fuerint in Aulâ verſati. Apud Hiſpanos eſt Politicum Monitum, *Los deſengaños no ſe dan, ſino ſe toman*. Non enim omnes in Palatio ſunt civiliter Prædeſtinati, & Præſcitus ab ore Regis nunquam, dum vivat, ſententiam ſuæ Reprobationis audiet. Semper ſperare jubebitur. Ergo ipſe debet ſibi, non à verbis, quæ audit; ſed ab his, quæ non audit, conſequentiam extrahere.

De Politicè Præſcitis & Prædeſtinatis.

Doctrina hæc, in Regum Palatiis recepta, interdum obtinet apud privatos. Mag. Leo in Comœdia, *No hay amar, como fingir* (Et habetur *pars.* 35. *comæd.* 2. *act.* 1.) ſic ſcribit.

Fel. *Siempre adoro vueſtro ceño,*
Aunque tan inutilmente
Sacan mis quexas ſuſpiros,
Que ſolo en àire ſe vuelven.
Que ni aun para deſpedirme
Hablais. Helen. *El mas eloquente*
Idioma de deſpedir
Es el callar las Mugeres.
Id con Dios. Fel. *Mas, que quien ama,*
Obliga, quien obedece.

An fœmina tacendo dimittant?

Scito interim, hanc Helenæ opinionē, quam regulariter & ut in plurimum eſſe veram exiſtimo, aliquando ſubeſſe talibus circumſtantiis, ut admitti non poſſit: & ſub illis Paſchaſium *libr. de virtut. & vitiis. cap.* 32. & ex eo Ioſephum Langium *in Florileg. verb. Silentium*. fœminam conſideraſſe; ſibi enim præſcribunt iſtam Regulam, *Qui tacet conſentire videtur*. Et Scholio hoc dilucidant. *Virginis aut Matronæ ſilentium, cujus Pudicitia pollicitationibus tentatur* (poteſt enim, atque tenetur contradicere) *nihil aliud eſt, quàm ipſe adſenſus, ipſe adnutus. Nā quoties ea, qua debet eſſe conſtantia reſponſi, improba taciturnitate eliditur, in eo verè eſt ipſa flagitii appetitio, confeſſi profeſſio.*

An potiùs tacendo admittere cēſenda ſint?

SECTIO III.

An Silentii Interpretes Amplexus ſint?

Habent ſingula Lingua proprium Lexicon.

SVum Lexicon, & ſuum ſignorum Theſaurum Taciturnitas habet, ſuum Amplexus; multa enim & varia ſilendo innuimus, multa dicimus & explicamus: & multa etiam manibus & brachiis dicimus, multa loquimur cùm Amicos & Conſanguineos amplexabimur. Silentiū ergo ſuam propriam habet linguam, ſuā propriam brachia. Et modò ingreditur Quæſtio, quæ interrogat, *An ſicut, quæ in lingua Græca ſcripta ſunt, ſolent in Latinam transferri; ſic ſimiliter poſſint, quæ in Silentii lingua fuerint dicta ad linguam brachiorum traduci?* Reſpondeo affirmativè, Magiſtro Leoni adhærens, qui *in Comœdia cit.* ſic infit.

An id etiam de Linguis Moralibus verificetur?

Eſte Amigo es el ſucceſſo,
Principio de vueſtro llanto:
Y aqueſte es el fin, que llevan
Las circumſtancias del Caſo.
Y *ſi de mi corazon.*
Lo quereis ſaber mas claro,
En albricias de la nueva
Dadme ahora. [*] *amigo los brazos*
Porque enlazados pronuncien
Lo que en vozes calla el labio.

An brachia in mutuo amplexu colloquantur?

*] *ahora* & nō *agora*, non enim aliàs conſtaret metrum

Ecce, quæ Silentium innuerat, amplexus mutuus explicat & interpretatur.

NOTA.

ARgumenti ſimilitudo poſtulat, ut hoc pulchrum Apophtegma ſubſcribam.

ſcribam. Vt Iſabellam Claram Eugeniã, Belgii tunc Dominam, inviſerent, conveniebant nonnullæ Principes, uxoris & filiæ ſummatum. Vt eas benignè & confidenter habeat, juſſit collationem afferri. Tũc

Quid ſit xicara?

acceptâ una xicarâ, (nomen eſt ſcyphi, quo ille liquor hauritur) Nectar Indicũ, quod *Chocolatem* vulgò dicimus, omnibus propinavit. Præbetur omnibus. Guſtant, reprobant; & geſtu vario ſingulæ hauſtum illum diſplicere teſtantur. Subridet Iſabella, & ait. *El Chocolate en lengua Eſpañola es muy bueno, mas traducido en la lengua Flamenca no vale nada.* Et ingenioſè uſa fuit verbo *traducir*, quod libris competit, qui ſolent ex unâ in alteram linguam traduci.

Quid chocolates?

In qua ille lingua bonus ſit?

SECTIO IV.

De vocibus Latinis Volo *&* Nolo *(aut Hiſpanicis,* Quiero *&* No quiero *) An Politicè ineffabiles ſint?*

ABſurda vox, & non hominis privati, ſed Principis; & non cujuſcumque Principis, ſed impii, Tyrannicâ diſſolutione gubernantis: videlicet.

Qualem cenſuram mereatur illa vox, ſic volo?

Sic volo: ſic jubeo: ſtat pro ratione Voluntas.

nam æquitas in Ratione fundatur;& Principes non ſunt nati in arboribus,ſed creati ab hominibus, ut ſe ſecundum æquitatem gubernent. Omnis humana authoritas (Eccleſiaſtica & Sæcularis) à Deo eſt. An Eccleſiæ Prælati præcipere poſſint quidquid velint? *Libell. de prae. & diſp. cap.* 4. *num.* 10. reſpondet negativè Bernardus: licet enim agat de Abbate, idem de Epiſcopis dicendum eſt. *Lego*, ait, *profectò in Regulâ. Hac conſideratio penes Abbatem ſit, & hoc vel illud eſſe in providentiâ, vel arbitrio, ſeu diſpoſitione Abbatis. Vt autem pro ſuâ voluntate aliquid mutet me ibi legiſſe non recolo.* Et hanc doctrinam propagat univerſim Theologi; nam ſicut ſine ratione poſſe ferri leges à Principibus omnes negant, ſic ſine ratione non poſſe inlatis concedi diſpenſationes multi [*] dicunt. Vnde,ſi fortè alicubi *hanc,aut illam eſſe voluntatem Principis*, legimus, vocem *ad voluntatem ratione gubernatam* reſtringimus, nullis enim, etiam barbaris,dicere licet, aut licuit, *Quod volumus, id juſtum eſt.*

Cur creati fuerint Principes?

An Superiores præcipere poſſint quidquid velint? An in legibus pro arbitrio diſpenſare?

*] Ita D.Thomas 2.2.*quaeſt.* 88. *art.* 12.Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect* 6. *num.* 59. Navarrus, & alii Doctores.

Hinc apud Europæos, qui cæteris Populis cultiores ſunt; & apud Caſtellanos præcipuè, infanda cenſentur verba *volo* & *nolo*: eſt enim ipſis Protheorema Morale, *No hay ley de no quiero en el Mundo.*

Et hue ſanè reſpexiſſe videntur,qui has voces expunxerunt ex Theſauro Civili: ſunt enim tam abſurda, ut ne quidem ab homuncionibus vilibus ſine reprehenſione proferantur. Tirſus de Molina in libro cui *Cigarrales* nomen *pag.* 193. introducit Gaſconem equiſonem, & Carolam ancillã, colloquentes. Ergo eos auſculta.

Cur tum ſeverè voces hæ condemnentur?

GASC. *Diſcretaza eres. Ser quiero*
Perdigon de tu reclamo.
CARL. Quiero *dixo? ay que groſſero!*
Sepamos, quien es ſu amo,
T quien es el; que me muero
Deſte antojo; y podrâ ſêr,
Que algun monipodo hagamos.

Ecce vilis ancilla, ſibi *quiero* (*volo*) dici non tolerat; & tamen minori indecentiâ (Hiſp.*con menor deſcortezia*) dicitur *quiero* (*volo*) quàm *no quiero* (*non volo*) unde in Proverbiũ,ut dicebamus,tranſit, *Ya no hay de no quiero.* Et quidẽ tã abſurda vox *no quiero* (Lat.*non volo*)cenſetur,ut in duorũ equorum rixâ, ut à ſuo eſſe rationem perſuaderet Tamayus, incriminatur alterum hinniviſſe *un No quiero*, & ideò illum *groſſerum*,craſſum,& incivilem nominat. Illum audiamus.

Hiſpanorum Adagium.

D. Gaſcon. *No es poco eſſo! Pues, Tamayo,*
Con quien el enojo ha ſido?
Tamayo. *To con nadie. Hai han reñido*
Dos Friſones con mi Vayo.
Dele un pienſo de cebada,
Mas ſegun le deſpachó,
Que no era pienſo pensó;
T como yua de picada,
Al mas cercano caballo
Le dixo, Monſieur Friſon
Yo tengo hambre: mas raçon
Será pedillo, que hurtallo.
De eſſe medio celemin
He de comer la mitad
En buena conformidad.
Herizó el Friſon la crin,
Y *dandole un mordiſcon,*
Echó en fin como groſſero,
Tras un relincho, un No quiero.
Mi vayo con la raçon
Airado, aqueſſa arrogancia,
Dixo, os coſtará peſares,
T ſeñalandole a pares
Los doze Pares de Francia,
Se metió entre los Friſones,
Y con ſer pares los dos,
Si no le apartan, por Dios,
Que me los reduce a nones.
Metióſe en medio un Gaſcon,
Con un palo a apaziguallo,
T ſobre, ſi mi caballo,
O el ſuyo tuvo raçon,
Llegó la pendencia en ſin

Auguſtus Pfeiffer *in ſuo Faſciculo differt.* 4. *de Alcorano, pag.* 71. [*Sur* 31. *narrat* (Mahometus) *quomodo* Lokmannus *quidam, filium ſuum inſtruxerit. Quis iſte fuerit*, τὸς ωαρόδῳ *inveſtigare lubet. Chriſtianus Ravius* Panegyr. *eum vult eſſe* Alemanum. Cl.Gelius pag. 119. *& Hottingerus* Hiſt.Oriental. pag. 68. *exiſtimant fuiſſe* Æſopum: *quæ ſententia ex collatione dictorum & factorum Æſopi & hujus Lokmãni & convenientia apologorum ab utroque editorũ (ut ut Cl. Erpenius* Prof. in Fab. Lokmanni *obiiciat, quod Arabes eum, & natione Perſa, & Religione Iudæum deſcribant) cùm præmiſſis videtur probabilis.*]

A que, ſi no ſe repara
Caſi le enceleminara.
Con el medio celemin
Los caſcos, y ſatisfecho
Mi aggravio, me ſali afuera:
Y eſto es la hazaña primera,
Que dentro de Francia he hecho.

De vocibus Poſſum, & non Poſſum.

Ergo, ſi in illo tempore, quo loquebantur Animantes, quorum geſta Æſopus Græcè, & Arabicè Lokmannus edidit (a) quidam equus *un No quiero* ab altero dici non voluit, quâ fronte audebit unus homo niſi inhumanior, & incivilior brutis ſit, alteri homini reſpondere, *no quiero?*

Quomodo reſtringantur?

At inſtat Alethinus, & ait. Habere debeo verba, quibus mentem meam poſſim exponere, quin lædatur Veracitas. Ergo, ſi rem facere nolo, & ut eam faciam petas, habeo jus reſpondendi, *non volo*: aliàs enim, aut non reſponderem directè, aut mentirer. Sed reſpondeo (1) eſſe voces, quas Modeſtia, & urbanitas proſcripſit à Politico Lexico. (2) Non ideò gravem Oratorum dialectum reddiram pauperiorem: nam loco illarum aliæ æquiſonantes ſubſtituuntur. (3) Fuiſſe expunctas voces *Quiero*, & *No quiero* (Latinè *Volo*, & *Nolo*) quæ jam apud Viros modeſtos ineffabiles ſunt. (4) Earumdem ſuffectas eſſe loco has *Puedo*, *No puedo* (Lat. *Poſſum*, *Non poſſum*.) Et tandem (5) vocem iſtam *Non poſſum* (& de altera *Poſſum* analogicè philoſophator) eſſe æquivocam; & jam impotentiam veram, jam autem noluntatem ſignificare: & ex circumſtantiis adjacentibus debere colligi, utrâ ſignificatione illa vox recipiatur. Si enim dixero, *Non poſſũ tranſvolare Caucaſum*, egero de carentiâ potentiæ: ſi autem ſubjunxero, *Modo non poſſum reſpondere*, egero de carentia voluntatis: etſi enim rationes, ob quas debeam tacere, habeam, ſi proximam quæram, inveniam me tacere, quia loqui non volo.

An Pontifex diſpenſare poſſit ut fiant matrimonia in gradibus à lege naturali prohibitis?

Porrò verbum *Poſſum*, cum decentia, & urbanitate exprimere, quod aliis verbis non niſi indecenter, & inurbane diceretur, multi Scriptores obſervarunt; ſufficit nobis impræſentiarùm unum, aut alterum producere. Diana *part. 4. tract. 4. reſol. 93. §. Verum pro coronide*. Et ex eo Antonius Coronius *verb. diſpenſare num. 4.* aſſerunt poſſe concedere Summum Pontificem, ut frater ducat in uxorem ſororem. Et quia obiiciebatur caput *literas de reſtam. ſpoliat.* in quo Pontifex aſſerit *ſe non poſſe diſpenſare in gradibus prohibitis à lege divinâ*, & Gloſſa, ut ſciamus, quinam illi ſunt, *ad caput 18. Levitici* deciſionem remittit, reſpondent, vocem illam *non poſſe*, ſignificare *non debere ſine magnâ cauſâ*; & ſic illam

An, ut fratri nubat ſoror?

Sigalion.

interpretandam eſſe ſuadent, quia etiam in illo capite prohibetur matrimonium cum uxore fratris, & tamen in hoc diſpenſavit Ipſemet Innocentius cum Libionenſibus, Alexander VI. cum Emanoële Luſitaniæ Rege, & Iulius II. cum Henrico III. Adde Vrbanum VIII. qui ſimiliter cum Principe de Ligne in Belgio diſpenſavit. Ecce docent hi Authores *non poſſe* poni pro *non debere*, unde ſcripſit Coronius in margine. *Si aliquando Pontifex reſpondit* ſe non poſſe, *voluit ſignificare* ſe non debere. Et quidem hanc eſſe hujus verbi acceptionẽ, conſtat ex Iuris-conſultis, qui ſic illam accipiunt. Alexander Scot. [*Poſſe*, id eſt, debere *ff. de lib. & poſth. l. placet regulariter tamen contra ff. de off. Præſ. l. ſæpè cum l. ſeq. & de judic. non quidquid, & C. quo modo, & quando Iudex l. 1.* [& alibi] *Debet, & oportet*, aliquando dicunt neceſſitatem, aliquando honeſtatem. Vide Ioann. Andream *in cap. fin. de jur. calumn. ſuper verba, (per ſe ipſum; & not. in capit. intelleximus, in verb. (poteſt) de judiciis)*, &c. Honeſtatem ſignificat, ubi æquitate ſuadente verba poſſunt improperari. *C. de pign. leg. 3.*

An ut quis fratris uxorem ducat.

An non poſſum idem ſit ac *non debeo?*

Debet, & *Oportet*, quid ſint?

At ego, ut in aliis locis vocem *poſſum* variè accipi fateor, verbis Innocentii non urgeor. Ait ille, *ſe non poſſe diſpenſare in Gradibus à lege Divina interdictis*. Aſſentior, ſed qui ſunt iſti gradus? eos eſſe reſpondet Gloſſa, qui in illo Levitici capite proponuntur: ſed fallitur; quia illud cerœmoniale eſt: & Gloſſa non habet Apoſtolicam authoritatem.

Quantam authoritatem habeat Gloſſa?

Et quidem quoniam de vocum translatione agebamus, notandum eſſe in metaphoris & aliis Rhetoricæ, aut etiam Grãmaticæ figuris nullum reperiri mendaciũ; nam, ut *Epiſt. ad Cant. & in cõment. Epiſt. ad Galatas* nos docet Auguſtinus, *Quidquid figuratè fit, aut dicitur, non eſt mendacium.* Interim præter nonnullas alias figuras ironiam judico periculoſam, & præcipuè in ſcriptis: hæc enim nec tono, nec geſtu juvantur. Illa frequenter utebatur Socrates, & ideò vapulat ab Epicuro in Philoſopho, & Morali præcipuè candorem maximum deſiderante. Petrus Gaſſendus *libr. 8. de vita Epicuri*. [Quæ reſtant, vel laudes Epicuri ſunt, ut quod ſalibus ad irridendum caruerit (hoc enim arguit morum illius ſimplicitatem, & innocentiam, ac eam, ſimul veracitatem, ob quam ne probaverit quidem hominem ſapientem Ironicè loqui: nam & Cicero in eo improbat, quod Ironiam Socrati familiarem reprehenderit) vel certè occurrunt, &c.]

An quæ per figuram dicuntur, ſint mendacia?

An Ironia ſit toleranda?

Illa frequenter Socrates utebatur.

SECTIO V.

Quid verba hæc, Nolo ſolvere, *in Beneficiarii ore ſignificent? An obſequioſa ſint; an veriùs animum ingratū præſeferant?*

ET fatebor (Princeps Eminentiſsime) Me à Tuâ Munificentiâ honores, gratias, beneficia; profectò ſummos, ſanè immenſas, proculdubio immortalia, & tamen duo reponam liberè, & nihilominùs nullam Ingratitudinis notam incurram. Dicam ergò abſolutè, *Me nil Tibi debere.* Quid autem, ſi deberem? *Me nolle ſolvere.*

Vt illud prius perſuadeam ingenio, & numeris noſtri Martialis manuducar, ſic enim ſcribebat in Sextum.

Sexte nihil debes: nil debes Sexte, fatemur:
Debet enim ſiquis ſolvere, Sexte, poteſt.

Martialis lib. 2. Epigr. 3. Quod apophthegma ſic Hiſpanicè Lupertius reddidit.

Quando eſtuvo Melgar preſso
Porque quebró, quiſo un dia
Saber, que deudas tenia
Sin tener un real con eſso.
Y yo le dixe: Confieſso,
Que nada debes Melgar;
Y eſto lo podrè probar,
Señor, ſi me atiendes, bien;
Porque ſolo debe, quien
Sus deudas puede pagar.

Cùm ergo Tua in me Clementia tam copioſo cornu favorum theſauros, & gratiarum flaviſsas profuderit, ut non ſolùm meas vires magnitudine ſuperent, ſed, & pondere Me totum ad Tuos pedes proſternant, cedam foro, & Me non debere fatebor; debet enim qui ſua delere poteſt nomina, & Ego meum è Tuæ, tantùm non prodigæ Munificentiæ Tabulis eluere, nec poſſum, nec volo. Et cur non volo? Reſpondebit Cæſarinus è Græco.

Aurea vincla manus, premit aurea mole catena
Colla gravi, ſiſtit ſed graviore pedes.
Vincula me dicant. Sunto ergo. Namq; viciſſim
Si me deficiant vincula, pauper ero.

Qui, ſi Hiſpanicè loqueretur, ſic diceret.

Cautivo eſtoy, pero con gran decoro,
Pues todas mis priſſiones ſon de oro.
Dió aſpoſas a mis manos
El metal, que con rayos ſoberanos
Engendra el Sol, y encierra
Dentro de las entrañas de la tierra.
Son eſmaltados y de metal precioſo
Los grillos, que acreditan mi repoſo.
Y de oro la cadena,
Con que me arraſtra voluntad agena.
Y al ſon profundo de ſus eſclavones
Canto eſta Letra en todas ocaſiones.
[Si ſoy rico y feliz eſtando preſſo.
Mucho en eſtarlo gano y intereſſo.
Y ſi luego, que cobre
Mi antigua libertad, quedarè pobre.
Porq; mi dicha mas feliz ſe aumente,
Preſſo me he de quedar eternamente.]

SECTIO VI.

De eximiis vitæ Palatinæ miſeriis. *An verbum* Solve *expunctum ſit? Quid ſignificet in Dialecto Politicâ*, Me debitorem eſſe fateor? *An verbum* Do *futuro careat?*

IN Comœdiis mores communes exprimuntur; & ſanè Aulicos exactè cognoſcebat Auguſtinus Moretus, qui in illâ quæ inſcribitur, *Sin honra no hay valentía* eoſdē pulchrè depingit. Olim ego ſic cecini

Romæ, quidquid Miniſtri facerent, non placebant Tiberio. Si enim erant avari, & ſpoliabant populum gliſcebat eos punire, ut illorum exſuviis ſe ditaret: ſi autem procedebant ſinceri, erant exoſi Principi propter duas cauſas, non enim habebat, quod ab illis ſubriperet, & alias tenebatur eos præmio digno honorare. Illudq; invidia plenum erat, & in hoc recuſabat gravamen.

Si peto, ſpem vendit mihi Cæſar, & hæreo mæſtus,
Nam caret effectu ſpes bona ſæpe ſuo.
Poſtuloſi officiū, & Patriæ ſervire peropto;
Eſt cito, Cæſar ait, poſteà tempus erit.
Si, quæ vera, loquor; Romanæ judicor Vrbis
Ignorare phraſes, Cimmeriiſq; loqui.
Si tamen, ut reliqui Proceres, mendacia pexo;
Illicò me effrontē turba Latina vocat.
Quid tandem faciam? ſiquidem (Deus Optime) cautis
Neſcio cum Latiis vivere, malo mori.

Hæc præ oculis, aut ſimilia alia Diſticha habuit fortè Moretus; illa enim Hiſpanicè reddidit, cùm Olitorem de Palatii vita differentem producit. Ejus verba ſunt hæc

Torib. *Beſo tus pies.* Rex. *Es eſte el Iardinero?*
Tor. *Yo ſoy* eſſe *Señor; y ſoy el* Clavo [a]
Con que ſervir tu Mageſtad eſpero:
No como Iardinero, como Eſclavo.
Hyacinth. *Es muy entretenido.* Tor. *Aunque groſſero,*
La claſſis pretendi del deſenfado, [b]
Que dizen, que en Palacio el vergonçoſo [c]
Tiene muy pocos grados de dichoſo.
Porque, ſi pido, dizen que me eſpere. [d]
Y ſi pretendo, dizen que es temprano,
Y ſi miento, que el tiempo lo riquiere;
Y ſi digo verdad, que ſoy villano;
Si me quexo; que calle, y conſidere,
Que el jardin ſolo ſirve en el verano;
Sin ver que puedo, quando el tiempo es vario
Servir, de jardinero, y Secretario.
Vna urraca hablava cierto dia [e]
En uno de eſſos olmos acopados,
Tan ufana que Reyna parecia

De

Google

De Alcones ; y de ſacres remontados,
Pero apenas pronuncia en ſu armonia,
Paga, paga *con ecos entonados* [f]
Quando un noble ſe arroja, y ſus ucentos
Como la pluma derramó en los vientos.
Eſte nombre de Paga *es peligroſo*, [g]
Que eſtà reñido ſiempre con el roma
Y es un pleito ordenur io tan forçoſo
Que es de Palacio una ſotil carcoma
Pide el humilde, y niega el poderoſo ;
Quien los concertarà, aunque vaya a Roma
Por un Buleto ? pues dezir yo devo [h]
Es una negativa al tiempo nuevo.

Quid ſit Illyrium?
Cur ſervi nominentur Sclavi?

a] Quam Græci ἰλλυρὶν, *Illyrium*, vulgò dicitur *Eſclavonia*, & ab Oriente mari Adriatico adjacet. Pleríque omnes olim in Italia, Hiſpania, & Gallia ſervi erant Illyrici; & hinc nationis nomen tractum, ut ſervilem conditionem ſignificaret; & ideò ſervus *Eſclavo* dicitur, & litera S quæ nominatur *Eſſe*, & *Clavus* figura ut in margine exprimitur, ſignificatur. Et hic eſt character, qui fronti & genis ſervorum, ſi fugiant, inuritur.



b] Et hanc ego phraſim non intelligo: dixiſſem ſanè,

La Claſſe frequente del deſenfado.

Frequentetur ne, an prætendatur claſſis?

Ibi enim *Claſſis* gymnaſium aut palæſtra eſt: & Scholæ non prætenduntur, ſed ab ſtudioſis frequentantur.

Quid verecundi in Aula obtineant?

c] Ad notum Adagium adludit: dicit enim Hiſpanus, *Al moço vergonçoſo el Diablo le llevo a Palacio.* Ibi enim humiles & verecundi nihil obtinent.

Ingenia aliquando conſpirant.

d] Ogdoaſtichum hoc Hiſpanicum cum Latino Decaſticho, quod præmiſi compone, & manifeſtam conſpirationem ingeniorum percipies, moreſque abſonos & infauſtos vitæ Palatinæ cognoſces.

Quomodo apud Hiſpanos ſonet litera H?

e] In prolatione literæ H ſummum eſt inter provincias Hiſpanorum diſcrimen. Illam alii ita leniter efferunt, ut omnino non ſonare dicatur. Alii eamdem tam durè, ut vicem gerat conſonæ, & ſynalœphæ eliſionem impediat. Poſteriori ſententiæ adhæret noſter Author, iſti enim verſus

An vim conſonantis habeat?

Vna urraca hablava cierto dia. &
Vna uraca volava cierto dia.

ſunt æquales. Ergo in priori litera H, vim conſonantis habet.

De voce Solve, *quæ hominibus eſt valdè ingrata.*

f] Inter ingratas auri voces, & quæ ægrè audiuntur, non infimum locum occupare videtur illa *Solve, Solve*; Hiſpanicè *Paga, Paga*.

De eidem oppoſita voce Accipe.
Ovidius 1. & 3 de Arte.

g] Et ex diametro opponitur, vox gratiſſima *Accipe*, Hiſp. *Toma*. Et Ovidius, ut ſignificaret quàm grata ſint omnibus dona & munera, ſic cecinit

Munera, crede mihi, placant homineſque, Deoſque;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
Sæpe Iovem vidi cum jam ſua mittere vellet
Fulmina thure dato ſubſtinuiſſe manum.

Et quia ſupra Palatii Oſtium legitur hæc Inſcriptio,

Fers aliquid? Nihil. *Eſto foris.* Fero. *Quid?* Satis. *Intra.*

Meritò inclamat Naſo

Ille ſolus placet qui amicis munera manu liberali impertitur.

Carmina laudantur, ſed munera magna petuntur,
Dummodo ſit dives, barbarus ille placet.
Ipſe licet venias Muſis comitatus Homere,
Si nihil attuleris, ibis Homere foras.
Quid faciet Sapiens? ſtultus quoque munere gaudet,
Ipſe quoque accepto munere mitis erit.

An ſit neceſſaria acceptatio?

Et ut ceſſet apud Ethicos illa Quæſtio, quæ inquirit, *An in Promiſſione aut Donatione ſit neceſſariò exſpectanda Acceptatio*, dixit Nomenclator Hiſpanus. *A los muertos dizen* Quieres *? y a los vivos dizen* Toma.

Et licèt omnibus innata ſit hæc accipiendi Charis, cum excellentia in fœminis relucere videtur,

Fœmina libentiſſimè accipiunt.

Porque ſolo por tomar,
Salen a tomar el Sol.

Sigalion.

h] Quia neſciunt Creditores, quid in dialecto Politica importent hæc verba, *Ego debeo. Ego me eſſe debitorem confiteor*, monet illos Moretus, æquivalere his, *Ego non volo ſolvere.*

An Grammatica Politica differat à Vulgari?

NON omnia verba, quæ in communi Grammatica integra ſunt, & per omnia tempora declinatur, ſunt completa in Politica; nam verbum *Do*, aut *Dono* (ut ſimilia præteream) Præterito & Futuro carent. Non licet inter prudentes Viros dicere, *Ego dedi, Ego favi, Ego juvi*, ſed neque *Dabo, Favebo, Iuvabo*, utrumque enim Critici incriminantur. Cicero *de Amic.* Præteritum ab his verbis expungit, inquit enim, *Odioſum ſanè genus hominum, officia exprobrantium, quæ meminiſſe debet is, in quem collata ſunt, non commemorare, qui contulit.* Futurum autem famuli (ſæpe enim obluduntur) impatienter auſcultant, unde in quâdam Comœdiâ.

An, quæ in hac ſunt Verba Integra, in illa Defectiva ſint?

De Verbo Do, das. *An careat Præterito & Futuro?*

Signifer. *Yo Gentilhombre es* DARE
Por la nueva paraguantes.
Servus. DARE *ya murió : los* antes
Es mejor plato. No vee,
Que el negociar ſabiamente,
Es un Verbo mal ſeguro,
Que carece de Futuro,
Y ſola tiene Preſente.

Multa promittebat, & nil prorſus nabat Antiochus.

Ioſephus Langius unde nomina hominibus imponantur exponens, ſcribit [Sexta Claſſis eſt ἀπὸ τῶν σκωμάτων; id eſt, quę probri loco inhærere, aut dicti rii nomine. Antiochus dictus eſt Δώσων, quòd promittendo liberalis eſſet, nihil autem daret. Latinè *Dabo, Dabonis* &c.] Conſidera ſequentes numeros. Δώσων, *Dabo, onis.*

Sis Dedius, *Titi, fugias nomenque* Dabonis. *Dedius, ii.*
Eſt vox pulchra dedi, *propudioſa* dabo.

in quibus ſicut à *Dabo* futuro verbi *Do*, nomen *Dabo, onis* prodiit, ſic *Dedius* ſumitur à præterito *Dedi*. Antiocho neſcio quis;

Debita jure quidem, quoniam promiſſa requiro;
Promiſſa namque tranſeunt in debita.
Sæpe Dabo *dicis*, ſed vis Dedi dicere nunquam,
Loquere, ut Dedi *dicas, & ut* Dabo *tace.*

Sicut à δώσω, *dabo* fit δώσων *daturus*, ſic à ποιήσω *faciam* oritur ποιήσων *facturus*. Et ſic vocari Dama poterit, de quo *pag.* 177. *num.* 39. OWenus cecinit

Ποιήσω. Ποιήσων.

Promiſſum quoties quiddam te, Dama, rogavi;
Quod, quoniam praſtas nil mihi, ſæpe rogo.
Sæpe ſoles Faciam, & Feci *mihi dicere nunquam.*

Quid ſi à feci, & facturus *aliquis nomina* Fecius, & Facturius *deduceret?*

Imitre jam Feci *dicere, non* Faciam.

Suavitas regiminis postulat, ut eum ſolamine ſubditi à Principis audientia diſcedant.

Sub Damæ nomine Owenus, Iacobum Angliæ Regem qui omnibus dicebat *Factom*, & poſteà nîl faciebat, aut præſtabat, ſiſtidit: & quid, obſecro, diceret, ſi in Hiſpaniam veniret, & non jam *To lo haré*, ſed tantùm *Yo lo miraré* à ſuo Principe audiret; & quid, ſi porrectum libellum ſupplicem recuperaret, & expeditionis loco *viſto* legeret, & nihil aliud? Non poſſunt Principes omnia, quæ petuntur concedere; & ideò ſubditos verborum, quæ ſpeciem promiſſionis præ ſe ferant, ſuavitate & clementia dimittunt.

SECTIO VII.

De Peregrinis. *Quomodò debeant loqui? An ſe eſſe Nobiles fateri poſſint? An autem præſtet ſe eſse Ignobiles dicere? Quomodò cum illis Viri prudentes agant? An, & qua poſſint illos interrogare?*

Communis Peregrinorum error.

EST culpa, quam paſſim Peregrini committunt. In exteras regiones abacti, ſe eſſe nobiles, & in ſuâ patriâ divites, plerique omnes affirmant; & quia ſic ſæpè, & ſine fundamento Veritatis homunciones loquuntur, nocent ingenuis Viris, qui non reperiunt fidem apud Populum, qui *credendo falſis, dedidiſcit credere veris*. Profundè rem intelligebat Caſimirus, Ruſſiæ Princeps, ignotus enim per Sueviam peregrinabatur, & cum Regina loquens, habuit Colloquium, quod Calderon in Comœdiâ, *Affectos de Odio, y de Amor* recenſuit.

Caſſimirus, homo cogitatus, eruditæ inſtitutionis gratia introductus.

Regina. *De que nacion ſoys?* Caſſim. *La vanda*

*] Baltheus oquitur.

Pensé, que lo huviera dicho. [*]
Vaſallo de Eſpaña ſoy,
Borgoña es mi proprio nido.

Pauper, nec nobilis, nec ignobilis eſt.

Regin. *Soys noble en ella?* Caſſ. *No ſe.*
Reg. *Eſſo ignorois?* Caſſ. *Es preciſo.*
Reg. *Como?* Caſſ. *Como nunca el pobre*
Es ni bien, ni mal nacido.
Bien, porque otro ha de dudarlo.
Mal, porque el no ha de dezirlo.
Vn Soldado de Fortuna
Soy, no mas, que peregrino
Vengo buſcando la guerra,
Sin mas favor, mas arrimo,
Mas luſtre, ni mas caudal,
Que eſta eſpada, de quien fio,
Que ella ha de dezir, quien ſoy;
Si es que el Enigma no olvido
Del Sabio, que preguntó,
Quien deſpues de haver nacido,
Havia engendrado a ſus padres?
Y otro, El Soldado, *le dixo*,
Que los padres del Soldado

Generoſi Heroes militant ſub umbra, & auſpiciis ſuorum enſium.

Ænigma. An, & quomodo poſſit Filius generare ſuum patrem?

Solo ſon ſus hechos miſmos
Con tan gran novedad, como
Nacer primero los hijos.

An peregrinis, & exteris credendum ſit?

Stat ergo puerâſcere illos Peregrinos, qui cuicumque obvio quidquid totâ vitâ fecerint, aut paſſi fuerint, narrant; perdunt enim oleum, & operam, illis enim non creditur. Stat ergo ſcirè Caſſimirum diſcurrere: Peregrini enim, ſi prudentes ſint de nobilitate, & divitiis, quas habent, aut non habent in Patriâ, nîl dicunt: quoniam, vel ſe nobiles, vel ignobiles eſſe aſſeverant: &, ſi primum, contemnuntur, nam ignobiles ſunt: ſi ſecundum, contemnuntur, nam mendaces (Hiſp. *embuſteros*) cenſentur. Præſtat igitur, ut taceant; & quales ſint, non jam verbis, morum elegantia perſuadeant.

Quo procedendum modo ſit cum exteris, & peregrinis?

PERGO VLTERIVS; &, quia Doctrina hucuſque data exteris profuit, reſcire volo, quo Indigena, aut Incola modo debeat cum Peregrinis agere. Eſt multorum indiſcreta curioſitas, & ubi aliquem alienigenam adveniſſe audiunt, accurrunt, ut videant, & examinent, an oculos, an aures habeat, ubi cæteri homines; illumq; crebris interrogationibus quatiunt: & quieſcere, aut dormire non ſinunt. Contra illos ſtat Græcorũ in hoc erudita Modeſtia, apud quos in Xenodochæo Hoſpites, hac Inſcriptione, pro foribus poſita, recipiebantur.

An interrogare illos privata authoritate liceat?

Hoſpitii Inſcriptio.

Αςὸς ἐμοὶ καὶ ξεῖνος. ἀεὶ φίλος ὃ γὰρ ἐρθνᾶν,
Τίς· πόθεν, τὲ τίνων; ἔςι φιλοξενίες.

C. Vrſ. Velius.

Civis, & hoſpes eris gratus, nam qualis, & unde
Natus es, hoſpitii quærere jura vetant.

Placuerunt verſus præcedentes Semphronio Poetæ Hiſpano, illoſq; in ſequentes convertit.

Sería [*] *deſcortezía*
Pedir (Señor) razon de vueſtra tierra;
Si es caliente, o ſi es fria;
Si es rica, o pobre; ſi es en valle, o ſierra;
Seríalo [*] *examinar, quien os deſvía,*
Y de la amada Patria hoy os deſtierra;
Y aſſi ſin preguntar ninguna coſa
(Que no hay pregunta, que no ſea enfadoſa)
Tan ſolo digo, que ſereis ſervido
Con guſto; entrad, y ſeais muy bien venido.

*] Vocales in in fine diſſolvũtur per diæreſim, & aliàs contrahi ſolent per ſyneræſim. *An advena authoritate publica poſſint examinari?*

Hæc doctrina privatam curioſitatem reſpicit; non enim in hoſpitio (Hiſp. *una*

Digitized by Google

una venta, en un meſon, en una poſſada, en una hoſteria &c.) quis ſit, & unde veniat, quæritur, qui illuc divertit. Hoc autem non præjudicat publicæ Providentiæ, debent enim Principes omnia proſpicere, & non ſolùm hoſtibus, ſed & exploratoribus vias omnes claudere. Suadent hoc frequentiſſima exempla, ex quibus unum, aut alterum proponam.

Appulſi Troes in Africam, à Carthaginenſibus repulſi; incolatum crudelitatem cauſabantur clamantes.

Quod genus hoc hominum? qua-ve hunc tam barbara morem
Permittis Patria? hoſpitio prohibemur arena!
Bella cient, primaq; vetant conſiſtere terra!
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi, atque nefandi. [a]

a] Ecce, lumen ipſum Naturæ dictat, non ſolum humanos actus in bonos, & malos diſtingui; ſed & ſub Deo juſto illos præmio, & hos carere ſupplicio non poſse.

Interim, noluit illos Regina provida ante examen admittere, & hanc ob rem de Teucrorum Legato hæc habet ibidem Virgilius.

Maximus Ilioneus placido ſic pectore cæpit.
O Regina, novam cui condere Iuppiter Vrbem,
Iuſtitiaque dedit gentes frenare ſuperbas,
Troes te miſeri, ventis, maria omnia vecti
Oramus; &c.

Progreditur, & circumſtantias omnes, quæ ſciri deberent, ut admitterentur, enarrat: &

Tum breviter Dido vultum demiſſa profatur. [*]

*] Demiſſo vultu Dido loquitur, ut Regiam Majeſtatem oſtendat.

Solvite corde metum Teucri; ſecludite curas.
Res dura & Regni novitas me talia cogunt
Moliri, & latè fines cuſtode tueri &c.
Seu vos Heſperiam Magnam, Saturniaq; arva,
Sive Erycis fines, Regemque optatis Aceſtem,
Auxilio tutos dimittam, opibuſque juvabo.
Vultis, & his mecum pariter conſidere Regnis?
Vrbem, quam ſtatuo, veſtra eſt; ſubducite naves;
Tros, Tyriuſque mihi nullo diſcrimine agetur &c.

An Indigena, & Incola eiſdē ſint privilegiis donandi?

Et quia major requiritur rerum notitia, ut quis in Sponſum, quam ut recipiatur in Hoſpitem

Cùm Regina gravi jam dudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni,
Multa Viri virtus animo, multuſq; recurſat
Gentis honos, hærent infixi pectore vultus,
Verbaq; nec placidam membris dat cura quietem &c.

Virg. Æneid. 4. *De Ænea, & Didus cogitata connubio.*

Tunc diligentiorem circumſpectionē adhibet, & interponit accuratius examen, Vnde idem Poeta

Nec non & vario noctem ſermone trahebat
Infelix Dido, longumq; bibebat amorem [b]
Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa,
Nunc quibus Auroræ veniſſet Filius armis?
Nunc quales Diomedis equi? nunc quantus Achilles?
Immò age, & à prima dic hoſpes origine nobis
Inſidias, inquit, Danaum, caſuſque tuorum,
Erroreſque tuos; nam te jam ſeptima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æſtas.

Virg. Æneid. 1.

b] Nota bene. An Amor longus ſit, & bibi poſſit?

Similia in Italiâ acciderunt, ubi, ut inquit Virgilius, *inopes res Evandrus habebat,* nam Indigenæ,

Virgilius Æn. lib. 8. *Trojana claſſis in Italiam appellitur.*

Vt celſas videre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & tacitis incumbere remis,
Terrentur viſu ſubito, cunctique relictis
Conſurgunt menſis: audax quos rumpere Pallas
Sacra vetat, raptoque volat telo obvius ipſe.
Et procul è tumulo; Iuvenes, quæ cauſa ſubegit,
Ignotas tentare vias? quo tenditis? inquit,
Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?
Tunc Pater Æneas puppi ſic fatur ab altâ,
Paciferaq; manu ramum prætendit Olivæ
Trojugenas ac tela vides. &c.

Advenas Pallas generoſus examinat.

Et quoniam ſubterranea, quæ non viderat, eſſe ſimilia rebus viſis putabat, Virgilius ſub ſpecie Arcis, & Civitatis incurſui hoſtium expoſitæ, Regiam Ditis concipit, ac depingit. In duas illam regiones dividit,

Qualē conceptum Maro de regione & rebus ſubterraneis formet?

—— *Certa ratione fatetur*
Eſſe Deos quoniam memores fandi, atque nefandi.

Virgilius lib. 5.

Et hanc locorum diſcretionem monuerat

Æneam

Æneam umbra Parentis ſui,in ſomnio viſa: dicebat enim,

Defer in Italiam. Gens dura atque aſpera cultu
Debellanda tibi Latio eſt. Ditis tamen ante
Infernas accede domas,& Averna per alta
Amplexus pete nate meos: non me impia namque
Tartara habent, triſteſque umbra; ſed amœna Piorum
Concilia; Elyſiumque colo; huc caſta ſibylla
Nigrarum multa pecudum te ſanguine ducet.

An beatos à damnatis ſecernat?

Sicut deductâ foſsâ,aut muro Provinciam à Provincia diſpeſcimus,ſic ſubterraneum Ditis Regnum munit diſtinguitque Stygium Fretum, in quo Charon ex uno in aliud litus Animas paulatim tranſmittit.

An, & quo ipſo modo Regnum Plutonis muniat?

Ergo inter inceptum peragunt, fluvioq; propinquant:
Navita quos jam inde ut ſtygia proſpexit ab undâ
Per tacitum nemus ire,pedemq; advertere ripa,
Sic prior aggreditur dictis,atque increpat ultrò.
Quiſquis es armatus,qui noſtra ad flumina tendis,
Fare,age,quid venias; jam iſtinc & comprime greſſum. &c.

Charon ad Æneam advenientem exclamat.

Quæ contra breviter fata eſt Amphryſia Vates
Nulla hic inſidia tales: abſiſte moveri. &c.
Troïus Æneas pietate inſignis & armis
Ad Genitorem imas Erebi deſcendit ad umbras.
Si te nulla movet tanta Pietatis Imago, [*]
At ramum hunc (aperit ramum, qui veſte latebat)
Agnoſcas. Tumidâ ex irâ tum corda reſidunt.
Nec plura his. Ille admirans venerabile donum
Fatalis Virgæ, longo poſt tempore viſum,
Cæruleam advertit puppim,ripaq; propinquat.

Sybilla inclamanti ſatisfacit.

*] Theſſera militaris,eſt ſignum quo amicus ab hoſte ſecernitur. Pro loco & tempore variari ſolet. Sæpe eſt in veſte tale ſignum, ſæpe tamen vocabulum; hic autem aureus ſurculus fuit.

Et has placuit adducere cogitatas Hiſtorias, ut Politicus videat, quanta circumſpectione exteros, & advenas Providentia Publica debeat examinare.

INteſim, ut & Critici hunc Paragraphũ legẽdo in eruditione proficiant,nõ eſſe omninò ficta oſtendam,quæ de carinâ,trajecto,& Charonte à Virgilio dicuntur,ſed fuiſſe ab Ægyptiis deſumpta, & numeris curioſis exornata. Audire proderit Pertum della Valle,qui epiſt. XI. data Cairi 25. Ian. 1616. ſic ſcribit..

Queſti paſſaggi dell'acqua,ò ſia del fiume à chi habitava nella riva orientale, overo à quei della riva occidentale di quel lago, ch' era già per andare alle Piramidi, & à quelle campagne, piene ſolo, come appreſſo dirò, di ſepolture; credo co'l Belonio, che deſſero occaſione alli Egittii antichi d'inventar le favole dei fiumi dell' Inferno: non però di quel di Lethe, come egli dice; mà più toſto di Cocito, e di quei ſtagni, dove Charonte traghettava le anime alle ſedi à loro deſtinate. Dicendo chiaramente, ſe mal non mi ricordo, il tante volte da me citato Diodoro Siculo, autor degniſſimo da oſſervarſi nelle coſe di queſto paeſe, che Charonte appreſſo gl' Egittii ſi chiamava il Barcajuolo, che portava per quel lago i corpi alle piramidi à ſepellire; e che da queſto nacque à i Greci la favola di Charonte, portata à loro da Orfeo, doppoche quegli nell'Egitto peregrinò. Et è molto à propoſito quella lege fatale, che à coloro, i corpi de quali non erano ſepelliti, non foſſe lecito di paſſare all'altra ripa; poiche in effetto in quei tempi non erano portati di là dall'acqua alle ſepolture i corpi di quelli, che per qualche caſo reſtavano altrove inſepolti. Così è parimente à propoſito quel deſiderio,che havevano le anime,come ſi narra in Virgilio di paſſarvi; poiche ogni Egittio deſiderava,e procurava d'haver in quel luogo(che altrove non andavano) honorata ſepoltura; & è coſa naturale, & ordinaria, come anche hoggidì frà di noi ogn' uno lo deſidera,

Belonius lib. 2. cap. 42.

De cymba Charontis.
An illa fabula alicui veritati innitatur?

Diodorus Siculus lib. 1.

Sedibus ut ſaltem placidis in morte quieſcat.]

Virgilius lib. 6. Æneid.

SECTIO VIII.

Omnis in loquendo, & agendo univerſim condemnatur Nimietas.

CErta ſunt illa Veteris & Incerti Poetæ verba, quæ primo Epigrammatum libro,Romæ anno 1608. edito *pag.* 79 leguntur.

Notum Adagium eſt, Nequid nimis.

Πᾶν τὸ περιττὸν ἄκαιρον, ἐπεὶ λόγος ἐστὶ παλαιός,
Ὡς καὶ τοῦ μέλιτος τὸ πλέον ἐστὶ χολή. [a]

Illa Thomas Morus ſic tranſtulit.
Ingratum eſt quicquid nimium eſt, ſic ſemper amarum eſt,
Vt verbum vetus eſt, mel quoq; ſi nimium eſt.

a] Hiſpanicè, *Lo dulce, ſi es mucho, empalaga.*

So-

Conſonat Baſſus, dixit enim.

Μήτε με χείματι πόντος θρασὺς, ὐδέ γαλήνην
Αργὴν ἠγαπσάμην τὴν πολυηνεμίην
Αἱ μεσότητες ἄρισαι, ὅπη δέγε πράξιες ἀνδρῶν.
Καὶ μάλα μέζον ἐγὼ τ' ἄρχιον ἠσπασάμην.
Τῦτ' ἀγάπα φίλε Λάμπι, κακὰς δ' ἔχθαιρε θιέλλας
Εἰσὶ τινες πρηεῖς καὶ βιότυ ζέφυροι.

Nec nimium ſævus me jactet in æquore turbo:
Nec tranquilla nimis me, peto vela vehant.
Laudo obeundarum mediocria munia rerum,
Amplexus juſti facta quieta modi.
Hac quoq; Lampiſcenens[*] *tumidas horreſce procellas:*
Sunt quidam placidi. vita etiam Zephyri.

*] Λάμπι à verbo Λάμπω. *Luceo, fulgeo, ſplendeo.*

Silentium ergo ſicut, & Adloquium eſt vituperaodum, ſi nimium: & utrobiq; peccat,

Qui dicenda ſilet, quique tacenda refert.

SECTIO IX.

Nimia condemnatur in Palatio eruditio; & nimia dicitur, quæ Principem ſuperare videtur.

Se prudentiores, ſapientioreſque Principes in Palatio non tolerant.

EST contagioſa lues, quæ pleroſque omnes Principes (Eccleſiaſticos, & Sæculares) inficit, communis illa cœcitas quâ præpediti Superiores, ſe ſicut opibus, ſic prudentiâ, & ingenio vincere cæteros vanegloriantur. Hinc monentur ſubditi, *Nunquam cum Superioribus concertare de ingenio*. Vnde exclamat Pædagogus Hiſpanus, *Ni burlando, ni de veras, con tu amo cojas peras*, periculoſa enim eſt, etiam de rebus parvis, quæcumque cum Potentiore Diſſertatio. Hoc Galleci in Hiſpaniâ monitum tam religiosè obſervant, ut in omni ſcientia & arte, etiam Mechanica, ſemper primas deferant oppidi domino. Cùm eſſem apud Montem de Ramo (Collegium Philoſophicum erat Ordinis Ciſtercienſis) ſæpè audivi, *Filius meus jam ab anno artem ſutoriam exercet, & excepto Domino Patre Abbate nullus eſt, qui curioſiùs & meliùs calceos conſuat.* &c. *Meus in oppido nepos jam tonſtrinam aperuit, quia Domino Patre Abbate excepto nullus eſt, qui meliùs barbam tondeat.* &c. Nimia eſt hæc, fateor, ruſticorum in Gallecia adulatio, at monet, hac

Quomodo Gallecii in Hiſpania adulentur ſuis dominis?

ibi (ſicut etiam alibi) Principes nimietate, & aſſentatione delectari. Sicut enim in gynæceo venuſtiorem ſe, neſcit Auguſta pati: ſic in Senatu Auguſtus doctiorem, & prudentiorem ſe tolerare non poteſt.

An Regina patiatur ſe pulchriorem Pediſequam in gynæceo?

Hinc Tritolemus in Palatinorum auribus inculcabat Μηδὲν ἄγαν, *Nihil nimis*. Quod etſi varias poterat pati interpretationes, illam antefero, quam εἰς αὐτάρχειαν, *in Principatum ſui ipſius* Alphæus Mitylenæus, concinebat, videlicet.

Politica Prudentia Lemma. Ne quid nimis

Οὐ σέργω βατυληΐϛ ἀρϛρας,
ὐχ ὄλβον πολύχρυσον οἷα Γύγης.
Ωὐτάρκϛς ἔρα μαι βίϛ Μακρῖνο,
Τὸ μηδὲν γὰρ ἄγαν, ἄγαν μετέρπει.

Quos Numeros Thomas Morus ſic tranſtulit.

Agros ego haud porrectiores appeto;
Non auream aut Gygis beatitudinem.
Quæ ſit ſatis ſibi vita, ſat eadem eſt mihi.
Illud, Nihil nimis, *nimis mihi placet*.

Hunc videtur reſpexiſſe Plautus *in Epid.* improbat enim ſapientiæ oſtentationem in ſubdito. *Sed taceam, ait, optimum eſt. Plus ſcire ſatius eſt, quàm loqui ſervom hominem. Ea ſapientia eſt* Conſonat in *Alemaone* Euripides. *Servi enim domino rè verbis infitiantur: Et ſervo non eſt fas verū dicere, quod hero fuerit incommodum.*

Debet, qui alteri ſervit, ita adſpirare ad gloriam, ut nunquam glorioſior eſſe velit ſuo domino. Et ita apud Iunonem, Palladem, & Venerem, quæ è ſuis choris proſcribunt multas ob arrogantiam Gratias, Cloris manſit in gratia, erat enim prudentior cæteris, dicebatq;

Non ſum Iovis ſorore Nympha dignior,
Virtute Palladiſq; non ſum fortior,
Mari nec ortâ ſum Citheri pulchrior.
Deabus iſtis ut Miniſtra ſervio,
Ancilla debet & ſubeſſe in omnibus.
Placebo Terno Numini huic; quoniam mihi
Illud, Nihil nimis, *Parergon, perplacet.*

Et convertendo ad Regis, aut Imperatoris Conſiliarios orationem, & oculos his verbis vel doctiſſimum adloquar.

Vis in Parnaſſo cum Muſis vivere? Montis
Cum Phœbo bifidi domino contendere nolì
De ingenio; quoniam ſi quemquam percipit undâ
Nobiliore frui, plagii condemnat, & irâ
Fervens, Pegaſeis ſubitò proſcribit ab oris.

Exempla probationes ſunt individua, & efficaciter ſuadent Generales Doctrinas; & ut ego præcedentem confirmem, unum producam, quod cogitatis accenſeri non patiar, quoniam revera accidit, illudq; expreſſit eruditis carminibus D. Auguſtinus Moretus, qui in ſuâ, *La Condeſa de Belflor* ſic ſcribit.

Theod. *Ya lo que mandaſte hize.*
Dian. *Eſcribiſte?* Theod. *Ya eſcribi,*
Aunque bien deſconfiado,
Mas ſoy mandado y forçado. [a]
Dian. *Mueſtra: lee.* Theod. *Dize aſſi.*

a] Magna prudentia eſt opus ubi Superior præcipit, quæ nociva ſunt ſubdito, tunc enim ita obedire debet, ut illæſa Principis authoritate, indemnitati ſuæ provideat.

Que-

Querer por vêe querer. &c.
Dian. *Muy bien guardaſte el decoro.*
Theod. *Burlaſte*, Dian. *Pluguiera a Dios*
Theod. *Que dizes?* Dian. *Que de los dos*
El tuyo vence Theodoro.
Theod. *Peſame, pues no es pequeño*
Principio de aborrecer
A un criado, el entender,
Que ſabe mas que ſu dueño.
De *cierto Rey ſe contô*
Que le dixo a un gran Privado,
Vn papel me da cuidado,
Y ſe bien le he ſcrito yo,
Quiero *ver otro de vos,*
Y el mejor eſcoger quiero.
Eſcriviole el Cavallero
Y fuè el mejor de los dos!
Como vio que el Rey dezia,
Que era ſu papel mejor,
Fueſſe, y dixole al mayor
Hijo de tres que tenia, [*]
Vamonos del Reyno luego,
Que en gran peligro eſtoy yo.
El moço le preguntó
Tu cauſa turbado, y ciego;
Y *reſpondiole, ha ſabido*
El Rey que yo ſe mas que el
Que es lo que en eſte papel
Me puede haver ſucedido.

*] Regem, & Nobilem hunc nominat Ioannes Ant. de Vera mox citandus: qui tamen duos illum Nobilem tantum habuiſſe filios aſſerit. Sed hæc circumſtantia apophthegmatis gratiam, & acumen non mutat.

Emanuel Rex Portugalliæ laudatus.

Ille Rex, quem Poeta non nominat, fuit Emanuel, præ cæteris Luſitaniæ Principibus à potentiâ & prudentiâ laudatus. Erat in negotio graviſſimo Summo reſpondendum Pontifici: & ut accurato calamo literæ ſcriberentur, vocavit Comitem Ludovicum Sylveiram, quem ſciebat eloquentiâ, & ingenio cæteros Conſiliarios antecedere. Et illi, *Concipias*, inquit, *ad Pontificem literas, & ego ſcribam alteras: illas recognoſcemus cras; & quæ meliores viſæ, tranſmittentur.* Hæret Comes. Se excuſat: non optat cum ſuo Domino, ſummè odioſam, contentionem inire; at ſuperveniente Regiæ Majeſtatis præcepto, debuit obtemperare. Adeſt poſtridie Comes. Vtraſque literas legit, conſiderat, & perpendit Emanuel: & tandem à ſe ſcriptas obliterat, & mittit ſcriptas à Comite. Hic inopinatâ electione percellitur; & tametſi tempus (nam erat hora meridiana, & menſis Iulius) eum præpedire poſſet, domum feſtinus rediit, quatuor equos apparari jubet, unum adſumit, & in reliquos aſcendere ſuis filiis jubet: & cogitabundus exclamat. *Huc, Filii, in Caſtellam* [*] *percurritur, iſtac in Aragoniam, illac in Galliam; & ſi longiùs abire placeat, hac in Hiſpalim itur, & inde in Indias Occiduas navigatur. Vnuſquiſque ſibi provideat: non eſt cur Vlyſſipone remaneamus, quandoquidem me ſe ipſo Rex eſſe doctiorem confitetur. Eſt periculoſa hæc confeſſio; ad loca ſecura confugiamus.* Hanc recenſet Hiſtoriam D. Ioannes Antonius de Vera & Zuniga in ſuo Legato: & *que es Cuento de buen ayre,* aſſeverat: at eamdem Excellentiſs. Princeps Emanuel de Portugal, Regis Antonii I. filius, ut veram mihi in Belgio recenſere ſolebat, & Monitis Politicis condecorabat.

Scriptas à Ludovico Sylveira literas ſuis anteſert.

Quid Ludovicum ex hac prælatione præſagieris?

*] Hic opportunè interrogare poſſes, cur non omnes ſecum conduxerit, volueritque ſimul unam, & eamdem experiri Fortunam? Reſpondeo alibi, examinans, *An conſultum ſit ad ſublimia miniſteria in eodem regno plures cognatos promovere?*

Et nequis dicat, in affectibus, & judiciis medium Luſitanos neſcire, & hanc Comitis quamdam ex illis fuiſſe, quas *Portugueſudas* vocamus; oſtendam prudenter Comitem in hac, quæ viſa eſt nimia, reſolutione proceſſiſſe; odio enim habent Principes, quos viderint ſe ſuperare. Attende. Cajus Caligula videri volebat eruditus, & eloquens, & quia Domitius Afer, Orator Romæ eximius, cum applauſu audiebatur, invidiâ motus, in eum exarſit. Accuſaverat ipſum, & condemnaſſet laqueo, ni vir cautus inimicitiæ occaſionem odorans, ſe finxiſſet indoctiorem Caligula. Audi Ricciolium ad Chriſti annum 39. dicentem. [*Pepercit tamen Domitio Afro, Inſigni Oratori, quia accuſatus ab ipſo Cajo* (accuſator enim teſtis, & Index ſimul erat in gravioribus cauſis) *callidè ſe illo inferiorem in Arte dicendi finxit* (ob quod illi pepercit, albo ſuorum amicorum adſcripſit) *quin & Conſulem deſignavit.* Dio. *libr.* 58. & 59. Suetonius, Aurelius, Victor Zonaras.]

Caligula volebat videri omnium eloquentiſſimus, & eos odio habebat, & ad internecionē perſequebatur, qui poterant ſe eruditiores conſeri.

Qua arte Domitius Afer ſe à mortis ſententia imminente ſubduxerit.

Firmat præcedentem doctrinam ſevera ab Hadriano Imperatore in Apollidorum fulminata ſententia, cujus R.P. Eugenius de S. Ioſepho, Carmelita Excalceatus Theologus doctiſſimus & eruditiſſimus in Prologo ſuorum Diſcurſuum meminit, hiſtoriam ex Suida & Macrobio deſumēs; quoniam, *Hadrianus Imperator*, dicunt, *cùm ad Apollidorum Architectum magni Operis formulam, quam ipſe deſignaverat, inſpiciendam miſiſſet, efficaciſſimis rationibus Apollidorus quibuſdam in locis corrigendam eſſe oſtendit. Idque indignè tulit Hadrianus, eumque interficiendum curavit.* Vſus ſum hoc exemplo in Templi Hieroſolymitani deſcriptione Artic. II. Et hoc ibi notandum Scholium ſubſcripſi. *Luego Hadriano que con patiencia oía de muchos que era muy mal Emperador, no la tuvo para oir de uno ſolo que era mal Architecto.*

Apollidorus celeber Architectus, quia voluit plus ſcire quàm Hadrianus Imperator occiditur.

Confirmat hanc eandem reſolutionem crudelis ab eodem Hadriano in Severianū pronunciata ſententia. Voluit prudentior & eruditior haberi Cæſare; & quia Commodum ſucceſſorem Hadrianus deſignarat,

Cur ab Hadriano morte ſugit Severianus mādatus?

Digitized by Google

rat, reprehendit electionem dicens, *Qui Hadriano Commodus, Reipublicæ incommodū futurum eſſe*; quibus verbis, & incriminatus fuit, Hadrianum ob privatam utilitatem Commodum elegiſſe: & exprobravit Commodo incapacitatem gubernandi. Ob nimiam ſapientiam juſſus mori, ignem petiit, & accenſo thure, oculos, palmas, & vocem ad Cæleſtia Numina ſubrexit dicens. *Vos Dii teſtes eſtote, nihil à me morte dignum eſſe commiſſum. Tantum hoc precor, ne cum mori velit, poſſit.* Dion Nicæus. Quid Severiane blateras? quid imprecaris? Nihil te morte dignum feciſſe? Ignorantiam tuam prodis, ubi ſcientiam, & prudentiam volebas. In Vrbe, in Curiâ, in Aulâ habitas, & vis videri doctior Principe, & aliam tuæ mortis cauſam quæris? Neſcit Princeps Conſiliario ſe doctiori convivere. Venio ad Imprecationem. *Ne, cum mori velit, poſſit.* Illam Hadrianus fauſtæ & felicis Apprecationis loco adſciſſet, cui à Medicorum multitudine indultum, *Ne, cum vellet, ſupervivere poſſet*. Et hanc ob rem moribundus dicebat

Severiani exclamatio.

*] Etiamnum accidit, ut in exercitu in quo multa sūt Capita, ſit pꝑpetua confuſio; & hanc ob rem Fritlanus, inter articulos, quos à Cæſare firmari voluit, *Nullum futurum eſſe in tota Germania militem, qui non ſubeſſet ſibi*, primus fuit.

Πολλοὶ Στρατηγοὶ Καρίαν ἀπολώσαν,

Πολλοὶ ἰατροὶ τὸν Βασιλῆ ἀπώλεσαν.

Multi Imperatores Cariam perdiderunt.
[*]

Multi Medici Regem interemerunt.

Multi Medici occidunt.

Quos & numeros Sepulchri ſui marmori inſculpi juſſit, ut aliqui Hiſtoriographi ſcribunt.

Ergo, ſiquidem ſic comparata eſt Reſpublica, ut qui Sapientiores ſunt Principe periclitentur, dicendus eſt Comes Sylveira communis fundamenta percaluiſſe Politicæ, nec poſſe ab aliquo nimietatis damnari.

Reſolutio.

SED quid, ſi reverâ ſis Rege doctior? ſi meliùs intelligas negotia publica? ſi diſconvenientem aliquam Rex præſumpſerit reſolutionem? Illuſtriſſimus D. Agrazius, Regii Patrimonii ſupremus in Sicilia Curitor [D. Antonii Agraz Spuig I. C. Marchionis Vniæ, Placæ Abbatis, & Summo Pontifici à cubiculo, &c. chariſſimi mei Amici, Pater] ſuâ te prudentiâ & exemplo juvabit.

Domini Agrazii, Pater & Filius, Viri Magni laudati.

Grave ſanè negotium Prorex, cum prærogativâ ſui ſuffragii in Senatu propoſuit, ut diſceret, quid ſinguli Conſiliarii ſentirent. Confluunt omnes in Proregis ſententiam. Et quid Agrazius tunc? Ne aſſentiretur, dictabat ratio, & urgebat cōſcientia. Vt aſſentiretur privatæ poterant inclinare rationes; nil enim lucraretur

Suggeritur modus, quo poſſit Conſiliarius illæſa reverentia & ſubordinatione debita Principi contradicere, & in ejus gratia & amicitia permanere.

* Sigalion.

Rex, nil etiam ipſe, ſi communi Proregis & Senatûs conſenſui ſeſe ſolus opponeret. Interim (nam erat ingenioſus & prudens) ſic inquit. *Heri, Princeps Excellentiſſime, negotium id diſcuſſi, & conſideratis circumſtantiarum incidentium momentis, in hanc ſententiam, quam V. Ex. propoſuit, & Domini Senatores adprobant, totus abis. Illi etiam nunc non contradico: at occurrunt ſcrupuli, qui evacuari debebunt, ut præcaveatur inconvenientibus, quæ ex dictâ poterunt Reſolutione provenire. Sunt enim hæ & hæ rationes, ne illud fiat, quod proponitur; ſunt hæc & hæc inconvenientia, ſi fiat: & eis propter hoc & hoc obviam iri non poteſt. V. Ex. utpote judicio eminentiori præditus, puncta hæc conſideret; videntur enim neceſſariò explananda, & evacuanda, prinſquam aliquod expediatur Decretum.* &c. Audivit Prorex, nec habuit unde cauſaretur: rationes alii incipiunt ponderare & diſcutere: palpantur manibus inconvenientia: non occurrit, ut impediantur, medium: & tandem omnes ad unum (Prorex, & Conſiliarii) oppoſitam ſententiam (quam tenebat Agrazius) amplectuntur.

Conſilia interdum, quæ ſecundum ſe commendarentur, veniunt ob circumſtantias improbanda.

Qui contra rationem pertinaciter, suam ſententiam propugnat, malus miniſter eſt.

Datur ergo modus, ut quis contra Principem ſententiam ſuam proferre poſſit, quin ejus inimicitiam aut indignationem incurrat.

SECTIO X.

De Nomine Semidicibili. *An ſint Vocabula ſimul Communia & Propria; quæ ut Communia, ſint abſurda & infamia; & ut Propria, generoſa & nobilia?*

VSus interdum prævalet & nomina vilia prout tali Familiæ aut Communitati attributa ſunt glorioſa & præclara. Apud Hiſpanos LADRON (*Latro*) HVRTADO (*furto ablatus*) VERDVGO (*Carnifex*) MANTILLA (*pannus, quo involvitur infans*) &c. apud Italos BARILE (*Dolium*) CARAFFA (*Phiala*) TVRCO, OTTOMANO, QVADRIMANO, PAGANO. &c. & apud Germanos DVBIL (*Diabolus*) &c. & apud Veteres & Iuniores Latinos BRVTVS, FABIVS, PORCIVS, CICERO, FVRIVS, TAVRVS, ARIVS, LVPVS, VVLPIVS, CORNVTVS, &c. (quæ à *brutis, fabis, porcis, ciceribus, furibus, tauris, arietibus, lupis, vulpibus, cornibus,* &c. ducta) ſunt Communia & Propria: ut Communia, vilem & ignobilem ſignificationem habent: ut Propria ſunt Illuſtrium Familiarum cognomina, quæ in Hiſtoriarum Annalibus Heroicis celebrantur.

Recenſentur aliqua Familia in quibus vilia nomina nobilitantur.

O Et

Et quoniam hæc Cognomina, ut bene intelligantur, Notitias aliquas ex Hiſpanis Hiſtoriis deſumendas, poſtulare videntur, Lectorem, qui uberiores Narrationes deſideret, ad Annales remittimus, & interim, ne omninò Familiarum earumdem glorias neſciat, ſubjungimus Notas ſequentes.

DE LATRONIBVS.

LADRON] De Petro & Iulio, Caroli Ladron de Guevara filiis ſtrenuis in Belgio Centurionibus, Magiſter Leo.

Los hijos de Guevara,
Mancebos de valor y virtud rara;
Prodigos [*] *de la hazienda, que heredaron,*
Pues toda por la Patria la gaſtaron;
Por robar coraçones,
En Eſpaña ſe llaman los Ladrones.

*] Vox *prodigos* accipi in bonam partē debet, ut non niſi *ſummè liberalem* ſignificet.

DE HVRTADIS.

HVRTADO.] Redierat ex America Titius; & filio ſuo, cui *Hurtado* nomen, divitias, quas importarat in Hiſpaniam, oſtendens, clamabat dicens, *Todo para vos Hurtado.* Quæ ſententia anceps eſt: ſonat enim, *Totus iſte theſaurus erit Hurtade tuus*, aut etiam, *Vt tibi ſerviat, totus fuit furto ablatus.*

Apophthegma æquivoca ſignificationis.

Hæc Illuſtris Familia Viros Magnos Literario Orbi dedit, qui in lucem miſſis de variis ſcientiis libris Muſas nobilitarunt: & inter alios D. Didacum Parnaſſo, cujus curioſa carmina, furto ablata, indocta manu exſcripta, & à negligenti Typotheta coordinata, ſub nomine alieno leguntur. De illo in Lauru Apollinea, Sylva IV. pag. 37. canit Lupus de Vega.

D. Didacus Hurtado laudatur.

En cuyo tiempo el Inclyto Don Diego
De Mendoza tenia
Del Parnaſſo de Amor la Monarchia,
Con tan juſto y pacifico ſoſiego,
Que la miſma de Apolo preeminēcia[*]
Puſiera en contingencia:
Mas fue quanto diſcreto, deſdichado,
En bien hurtado, como mal impreſſo:
Mas no fue mucho exceſſo
Que, pues era Mendoza, fueſſe hurtado.

*] Hic Gongorizat Lupus, nam poſſeſſionem, quam Latinus dicendo *Petripallium* ſignificat, nemo ante Gongoram expreſſerat *la de Pedro capa.*

Et ad eamdem Familiam pertinebat Semphronius, qui Regem N. hoſpitio excipiens, ne exiſtimaret aliquis ſupellectilibus alienis exornari Palatium, pro foribus inſcribi juſſit. *Por la gracia de Dios y del Rey nueſtro Señor, en todo eſte palacio no hay nada preſtado* [a]. Et poſtridiè comparuit hæc ſubſcriptio, *Es verdad, porque todo es hurtado y robado.* Conſiſtit in hoc Apophthegmatis gratia, quod *preſtado* (Lat. *mutuò acceptum*) propriè, necnon *per injuriam & furtum ſubrepto* opponatur. Et ad priorem ſignificationem reſpiciens, jubebat Semphronius, *In toto hoc palatio nihil eſt mutuò acceptum*, pro foribus inſcribi in tabola, ut inde inferret Lector, *Omnia ergo ſupellectilia περιπετάσματα, &c. quæ illud exornant, & condecorant, Semphronii ſunt.* At Lector ad ſignificationem alteram convertit oculos, & Semphronio ingratam Conſequentiam deduxit; videlicet. *Sunt ergo furto ablata. Ergo verum eſt, mutuò non fuiſſe accepta.*

An una & eadem voc duabus poſſit opponi?

Quid preſtado ſit; & quibus extremis opponatur?

Et hinc notet obiter Logicus, illud Axioma, *Qui ex duobus alterum tantùm negat, alterum affirmare videtur*, periculoſum eſſe, ſi illud, quod negatur, ſit medium; aut habeat duo extrema, quibus opponatur. Qui enim Titium *non eſſe liberalem*, ex.gr. dicit non eſt cenſendus illum *avarum* dicere poterit enim illa ipſa negatione eumdem *prodigum eſſe* aſſerere. Sic etiam, qui rem *dulcem eſſe* negat, non aſſerit illam *amaram eſſe*, nam idem negaret, ſi *eſſet acris.*

Monitum pro Morali Dialectica.

Sic ſimiliter quando nomen, quod negatur, eſt æquivocum, & ſub una ſignificatione huic, ſub altera illi extremo opponitur, ex tali negatione, niſi diviſio, & reſtrictio præceſſerit, neutrius extremi inferetur neceſſariò affirmatio. Conſulit Cajum, & Florum Lælius, nimis onere adſumptæ Dignitatis gravatus, & poſt plura, quibus cauſas ſui tædii expreſſerat, his verbis orationem concludit.

De voce æquivoca, quæ ſub una ſignificatione habet unum contrariū, & ſub alia aliud?

Lelius. *Deslumbrado en mis yerros,*
De lo que he dicho la reſpueſta os pido, [a]
Pues para reſponderme haveis venido.

Cajus. *De oro ſon, no de yerro,*
Señor, los grillos, que los cargos ponen,
Quando a pueſtos mas altos nos diſponen.

Florus. *Aciertos ſon, no yerros,*
Los que celebra en vos toda la Corte;
Pues ſolo la verdad tienen por Norte.

a] Rem non examinarunt, qui Inſtitutiones ſcripſere Grammaticas. Et ideo mille errores nos docent. In Præter. *Dixo*, non eſt Hiſp. *he dicho*, ſed *acabo de dezir.*

In prima linea Lælius, utitur voce *yerro*, quæ eſt æquivoca, *ferrum* enim, & *errorem* importat: & ex ejuſdem verbis reſcire nemo poterit, utram ille acceptionem affectet. Priorem intendi putat Cajus, & ideò *ferro* opponit *aurum*, ſupponitque de ferreis catenis, compedibuſque, quas nova ſibi Dignitas imponebat, eſſe querelam Lælii, & illum conſolatur dicens, aureas videri compedes, quibus Senatores devinciuntur ſuo Principi: earumque gravitatem, ut ut eximia ſit, honore compenſari & applauſu. In poſteriori Lælium ſenſu loqui Florus exiſtimat: & ideò *erroribus* ille, *non-errores* [b] Hiſpan. *los aciertos* opponit, ac ſi ideo conquereretur Lælius, quod in adminiſtratione novæ ſuæ Dignitatis errores, vel invitus committeret.

Hiſp. *dixe*, & *he dicho*, non ſunt ejuſdem temporis: nam ſi heri loquutus ſim Petro, & modò Paulo, non potero illi nunc dicere, *Sabraſme repetir lo que te he dicho*, nec Paulo, *Sabraſme repetir lo que te dixe*; nā illud *he* tempus præſens importat.

b] Hiſpana vox *acierto* nō habet Latinam ſibi correſpōdentem.

In

Google

In jocis etiam non ſine gratia hujuſmodi uſurpantur tripudia, ut in ſequenti Tetraſtiho videre eſt.

Nacio una noche Zulema,
Que por cubrirſele el Cielo
De un roto y manchado velo;
Fue nocho entre clara y yema.

Clara von Hiſp. æquivoca.

Proſtat in eo vox *clara* æquivoca, quæ ſi adjectivè ſumatur, erit Latinè *clara*; &, ſi ſubſtantivè, *ovi albugo*. Et quidem claritati opponitur obſcuritas, & albugini τὸ ὠχρόν, Latinè *vitellus*, Hiſpanicè verò *la yema*. [Dixerat Poeta *entre* (Lat. *inter*) addiderat *clara*. Ecce alterum contrarietatis extremum. Exſpecto alterum. Quod autem erit? Mentem Lectoris cogit Senſus, ut vocem *eſcura* (Lat. *obſcura*) exſpectet. Et Poeta nihilominus, quia *Zulema* dixerat, contra Auditorum exſpectationẽ, à Conſonantiæ tyrannide determinatur, & *yema* (ὠχρόν, *vitellum*) dicit.] Et hic jocandi modus eſt D. Franciſco de Quevedo communis.

Eſcura.

Yema. ὠχρόν, Vitellus.

DE VERDVGIS.

In D. Calderonis & D. Verdugi provocatione ad duellum præſagiũ.

Verdvgo.] D. Rodericus Calderon, & D. Ferdinandus Verdugo (ille Germanæ, hic Hiſpanæ Militiæ Centurio) in Madritenſi foro, dum tauri ſolenniter agitarentur, contentioſi & pugnaces mutuò ſe ad campum provocarunt. Et tunc fuit Poeta Satyricus vociferatns.

Yo no ſoy gran Letrado,
Ni me gobierno por Aſtrologia,
Pero viendo en la Plaza aqueſte dia
A Verdugo enojado,
Y luego deſafiado
Al Señor Don Rodrigo;
Sin mas ni mas, que es mal Aguero, digo.

Ridetur Aſtrologia Iudiciaria.

Interim poſt paucos menſes Philippi Tertii juſſu captus, & mox ſub Quarto publica ſententia condemnatus, in eodem foro capite plexus eſt. Multa de ipſius, & vita, & morte, compoſita fuere à Poetis Eximiis Epigrammata, inter quæ, à Comite de Villamediana, & à D. Franciſco de Quevedo concinnata celebrantur. Sunt vera, & pulchra hæc duo Comitis Carmina,

Y fue, mientras vivio, digno de muerte.
Y fue, quando murio, digno de vida. [*].

*] Vixerat liberè, & ut liquet ex condemnatione tyrannicè. Nec putavit ſe poſſe ſub Philippo III. à quo tenerè amabatur, perire. Poſt Regis autem mortem ſe fore ultima ſententia condemnandum ſupponens, Morti & Cælo præparans, corpus ciliciis & jejuniis macerans, & rerũ Divinarum contemplationi Religioſe impalleſcens, tandem quia vixit, & quia male, Naturæ & Reipublicæ ſolvit tributũ.

Numeri à D. Franciſco de Quevedo compoſiti, præſeferunt hanc Inſcriptionem, *En la muerte de Don Rodrigo Calderon, Marques de ſiete-Igleſias, Capitan de la Guarda Tudeſca.* [*Murio degollado en la Plaza de Madrid.*] Et poſteà decurrunt hoc modo.

Tu Vida fue invidiada de los Ruines,
Tu Muerte de los Buenos invidiada,
Dexaſte la deſdicha accreditada,
Y empeçaſte tu Dicha de tus fines.
Sigalion.
De el metal ronco fabrico clarines
Fama, entre los pregones disfraçada,
Y vida eterna y Muerte deſdichada
En un filo tu vieron los confines.
Nunca vio tu Perſona tan gallarda
Con tu guarda la Plaça como el dia,
Que por tu Muerte ſu alabança guarda.
Mejor guarda eſcogio tu valentia,
Pues que hizo tu Angel con ſu guarda
En la Gloria lugar a tu agonia.

DE MANTILLIS. *In ſago & toga ſervivierunt ſua Patria.*

Mantilla.] De Laurentio Mantilla, Poeta celebri, quem adhuc puerum in variis Certaminibus lauru Summi Principes redimiverunt, dicebat Tuius, *No es mucho, que en tan tierna edad lleve premios pues vive en el Parnaſſo deſde que ſalio de mantillas.*

DE BARILIS & CARAFFIS. *Sunt in Italia nobiliſſimi.*

Barile, Caraffa.] Cæſar Barilius Neapoli Titum Caraffam, quicum altercabatur, deſpiciens, dixit. *Sappia V.S che ſettanta Caraffe apena riempiſcono un Barile.* Quæ verba Διασυρμὸν continent; nam quæ in ſignificatione communi pronunciari videntur, proferuntur in propria: de Perſonis enim, & non de liquidorum menſuris Cæſar agit.

DE TVRCIS, OTTOMANISQVE. *Illuſtriſſimi ſunt in Italia.*

Turco. Ottomano.] Sola apud Turcas in pretio eo Ottomana Familia; ex ea enim, & non ex alia, Imperatores adſumuntur. Et hanc ob rem de Reverendiſs. P. Turco, Viro profectò eximio, & digniſſimo Ordinis Prædicatorii Generali, & Claudio Ottomano Archipræſule, plurima ingenioſè ſunt dicta.

De Quadrimanis.

Quadrimano.] De Claudio Philippo Quadrimano ſic ludebat quidam Iuvenalis Novitius.

Claudius de me quæritur Philippus,
Sæpe quòd ſeſe voco Semiturcam.
Sic vocavi illum, voco ſic, vocabo.
Nam bene dixi.
Turca ſubjectis jubet Ottomanus,
Archimandrites ubi Quadrimanus;
Ergo ſunt, ſi bis abaco notentur
Quatuor, Octo.

An poſſint vocari Semiturcæ?

Eccleſia & Aula dedit Viros Egregios hac Nobiliſſima Familia.

Acumen conſiſtit in hoc, quod cum Quatuor ſint Semi-octo, Quadrimanus erit Semi-Octomanus; & quia Ottomanus eſt Turca, Quadrimanus erit Semi-Tutea.

DE DVBELIIS. *Quid requiratur, ut aliquis conſeatur bonus miles?*

Dvbel.] Hoc apud Germanos nomen ſonat *Diabolum*. Et cur tali titulo hæc Familia Excellentiſſima nobilitatur? Reſpondeo milites ab audacia, & furore laudari; quoniam, ut in Adagio eſt,

Et Canis, & Miles; qui bonus, ille malus.

Quis fuerit Magnus Diabolus Lignenſis.

oportet igitur, ut malus ſit, ut bonus dicatur. Hinc Antonius Baro de Ligne, tranſmiſſorum ab Henrico VIII. ann. 1513. in Galliam exercituum Στρατηγὸν, nam

erat Princeps Vigilantiſſimus, & inexſpectatus ubique aderat, ad magnam illius gloriam, *El Gran Diablo de Ligue* vocabatur. Et ſic Iacobus in Germania contra Suecos Legionarius ſtrenuus, ob ſimilem cauſam *Diaboli* cognomento honoratus, ad poſteros illud tranſmiſit.

Vnde Diaboli dictiſ?

Ex hac profectò nobiliſſima ſtirpe Saxoniæ Duciſſæ fortè aderat Adoleſcens pulcherrima; quam proſpectans Martinus Lutherus, ſic intonuit,

Martini Lutheri dicterium.

Dæmones tales, Stygia miniſtrant
Si Dea, Infirnum reus adprecabor:
Namque erit cadi manibus puella
Gloria ſumma.

Et ego, ne nimis hoc ejus dicterium (Hiſtoria enim quoad ſubſtaotiam eſt vera) aures exaſperaret, ornatum, & numeros addidi.

An, & cur ejuſmodi nomina aliquando mutentur?

FAmiliis, etiam Nobilibus, attributa rerum vilium vocabula, ſi ſatis frequentia, & nota univerſis non ſint, non omninò videntur verecundiæ, & pudoris occaſionem auferre: & ideò debent aliquando mutari. Timannus Geſſelius. *Ann. Chriſt. 843. Gregorius IV. moritur, ſuccedit Sergius II. ſunt, qui Sergium hunc primò quidem* Os Porci *appellatum fuiſſe dicant, & ob turpitudinem cognomenti Sergii nomen ſumpſiſſe: eam conſuetudinem ad noſtros manaſſe, ut qui Pontifices crearentur, ſuo nomine omiſſo, Majorum nomina ſibi inderent, licet ab omnibus non ſit obſervatum. Platina.* Hæc autem Μετονυμία (*Nominis tranſmutatio*) habet altiorem, & ſublimiorem cauſam; Omnipoteos enim Deus, qui Gen. 12. 1. dixit olim Abrahæ, *Egredere* [*] *de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtravero tibi.* &c. & per Paulum ad Hebr. 7. ſcripſit *Melchiſedech, eſſe* REGEM SALEM, *quod eſt* Rex pacis, *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia* &c. Summis inſpiravit Epiſcopis, ut nominis proprii, cognominiſque aviti obliviſcantur, ut vel inde cognoſcant ad dignitatem promoveri, in qua nec conterraneos, nec cognatos, nec ſiot affines habituri: qui enim Europæo, Africano, Aſiatico, & Americano eſt jus æquum dicturus, eſſe debet à terræ paſſionibus abſtractus: & qui Romanis, alienigeniſque, debet eſſe neuter, nam aliàs non poterit eſſe neutralis.

*] Iſidorus Clarius [*Hebraiſmus habet*, Vade tibi] Hanc phraſim Hiſpanica lingua exactè exprimit, dicimus enim, *Sal-te, Von-te, Ve-te.*

Cur mutent nomina Summi Pontifices?

SECTIO XI.

De pulchris Nominibus. *An Fortuna jus dicant, & Fatis infelicibus prædominentur? An potiùs contra eventuum infelicium ſint cauſa?*

SED neque ſemper ſpecioſa vocabula comitatur felicitas; Papam enim Formoſum à calumniis, injuriiſque ooo exemit nominis pulchritudo. Creatur ano. 892. Sedet annos 2. menſ. 6. Genebrardus. Eo ſedente deformatur Eccleſia; erant enim negligeotes Epiſcopi, & multi irrepſerunt abuſus, quos diſcordia Prioeipū ſæcularium promovit. Contra Formoſum electus eſt Sergius III. in ſchiſmate, qui tameo paucis diebus ſe potuit in authoritate manuteoere. Mortuo Formoſo ann. 898. Bonifacius VI. eligitur, qui ſedet 26. dieb. tantummodò, ut Genebrardus habet, ut autem Baronius dieb. 15. *erat autem homo nefarius, jam anteà bis gradu depoſitus, à Diaconatu primùm, poſt à Presbyteratu. Sed adverſus eum Stephanus, homo impius, & Sacrarum literarum ignarus ſubrogatur, pulſo Bonifacio intruſo pariter ab intruſo. Iſta omnia per vim extorta, maximam irrogarunt ignominiam Romanæ Eccleſiæ.*

De Formoſo Summo Pontifice.
An pulchritudo Nominis illum exemerit ab infortunio?

De Bonifacio VI. Qualis fuerit.

Qualis etiam Stephanus?

Poſteà, ut enarrat Luitprandus. *Formoſo defuncto, atque Arnulpho in propria reverſo, is qui poſt mortem Formoſi Papa conſtitutus eſt,* (Bonifacius VI.) *expellitur. Sergiuſque* (at Sergius vivente adhuc Formoſo electus in ſchiſmate, & poſt paucos dies deſertus fuit: non ergo Sergius, ſed Stephanus VI.) *Papa per Adelbertum Marchionem conſtituitur. Quo conſtituto, ut impius, doctrinarumque ſanctarum neſcius* [a] *Formoſum è ſepulchro extrahere, atque in Sedem Romani Pontificatus, Sacerdotalibus veſtimentis indutum collocare præcepit. Cui, & ait.* Cum Portuenſis eſſes [b] Epiſcopus, cur ambitionis ſpiritu Romanam Vniverſalem Sedem uſurpaſti? *His expletis, ſacratis mox exutum veſtibus, digitiſque tribus abſciſſis, quibus benedicere moris eſt, in Tyberim jactare præcepit; cunctoſque, quos ipſe ordinarat* [c] *gradu depoſitos, iterum ordinavit.*

Quiſnam Formoſo in Pontificatu ſucceſſerit?

Qua ſolemnitate Formoſum defunctum condemnaverit?

a] Sceleratum hoc facinus etiam Stephano accenſet Timannus Geſſelius, & Gilbertus Genebrardus, qui ait. *Magno odio perſequutus eſt Formoſi nomen cujus Ordinationes omnes reſcidit & damnavit, Iam enim tum incipiebat Pontificum virtus & integritas deficere propter Arnulphum & ſeqq. Germaniæ Imperatores, ſibi Eccleſiæ Iura rapientes, & libera Eccleſiæ ſuffragia in eligendis Pontificibus tollentes. Hæc Eccleſiæ captivitas duravit annis fere 140. In qua apparuit peſſimam Clericorum Electionem præſtare optima Principum Denominatione. Quod proinde Sæculum ab Hiſtoricis infelix inſcribitur, ut mox notabimus. Formoſi cadaver è ſepulchro eruit, & indignè habuit.* Tam execrandum fuit hoc ſcelus, ut Onuphrius, cùm excuſare neſciret

Indigni in ſedem Apoſtolicam Pontifices ab Imperatoribus protrudebantur.

Quodnam ſæculum ſit, quod ab Authoribus infelix nominatur?

ab-

abſolutè negarit. At eum male negare demonſtrant, Luitprandus & Geſſelius, nam hoc Stephanus facinus in Conſiſtorio confirmavit: & tamen ejuſdem Conſiſtorii acta convocato Concilio Romano Ioannes IX. Apoſtolica authoritate reſcidit, condemnavit, & igni mandari præcepit. Errant igitur, & ut videantur pii, ignorantiam ſuam oſtendunt, qui hanc Hiſtoriam aſſerunt ab Stephani inimicis confingi.

De Electione Epiſcopi.

b] Hic inquirere Curioſus & Eruditus Lector incipit, *An in aliis Eccleſiis, aut ſaltem in Romana, ex aliena Diœceſi Epiſcopus eligi poſſit?* & propriùs ad Hiſtoriam accedens, *An-ne Formoſus primus fuerit, qui ex aliena Eccleſia ad Summam Romæ fuerit Sacerdotiū evectus?* Sanè ſunt duæ Quæſtiones, quarum Prior Iue, Poſteriorq; Factum concernit. Secundam Onuphrius aſſerendo decidit: fallitur tamen, ut bene monet Genebrardus, his verbis. *Teleſphorus à Petro nonus ex Anachoreta. & Dionyſius vigeſimus ſextus ex Monacho Pontifex eſt inſtitutus.* Vt autem Primam reſolvam, dico

An poſſit ex aliena Eccleſia poſtulari?

Primò, *Ille eſt in Epiſcopum eligendus, qui dignior, qui aptior, cujuſcumque ſit Eccleſiæ Clericus.* Et hæc conſuetudo hodie ubique obſervatur: nam rarus eſt Epiſcopus, qui ex ejuſdem Eccleſiæ Clericis adſumptus ſit. Et idemtam de Epiſcopo Romano qua tali, dicendum & ſtatuendum eſt.

Quid attendatur, ut dignè quis eligatur Epiſcopus?

Secundò, *Repugnat, ut Summus Pontifex ex aliena Diœceſi eligatur aut adſumatur.* Vt concluſionem hanc intelligas, converte ad ſæcularem militiam oculos, & videbis armorum Generalem, quem Στρατηγὸν Græci dicunt; Latinique, ſi antiquo vocabulo uti placeat, *Imperatorem*) Generalem Legionarii, & Centurionem eſſe ſimul. Quoniam omnes Legiones ſunt ſub Generali, & in illarum prima ipſe eſt Caput, hoc eſt *Magiſter campi*, ut Hiſpani loquuntur. In hac Legione prima, quæ, ut dicimus, ad Legionarium pertinet, ſunt decem vel plures cohortes, in quarum prima eſt Generalis Capitaneus. Ergo eadem Perſona, & Capitaneus, & Magiſter campi, & Generalis eſt. Ergo eodem modo de Eccleſiaſticis Dignitatibus philoſophemur. Eccleſia Catholica eſt una, non duæ, nam Orientalis & Occidentalis ſunt Chriſtiani Orbis partes. Hæc Catholica Eccleſia unicum Caput habet, quod Papam κατ᾽ ἐξοχὴν ſeu *Summum Pontificem* dicimus. In hac Catholica Eccleſia ſunt plures Patriarchatus, quorum, qui majorem Europæ partem continet, ſpecialiter ad Pontificem Summum ſpectat. In Patriarchatu quocumque ſunt varii Archiepiſcopatus, & in Romano plurimi, & eorum Primas, qui dicitur Lateranenſis, in quo multi continentur Epiſcopatus, quorum primo loco debet Romanus numerari.

An, & cur Summus Pontifex ex aliena Eccleſia poſtulari non poſſit?

In militia unus & idem ſimul Centurio, Legionarius, & Generalis eſt.

Eccleſia Græca & Latina, non ſunt duæ Eccleſiæ, ſed duæ ejuſdem Eccleſiæ Partes.

Ergo una & eadem Perſona (nunc Clemens X.) eſt Sacerdos) nam ſine Sacerdotio cætera non ſubſiſtunt) Epiſcopus Romanus, Archiepiſcopus Lateranenſis, Patriarcha Europæ, & Summus Pontifex. Nolo ingredi Controverſiam, quæ inquirit, An poſſint hæ Dignitates ſeparari? quia cum non ſuppetant manifeſta Principia, ex quibus reſponderi poſſit, erit nobis ſecuriſſimum Lemma, tam practicè, quam ſpeculativè, *Nil innovari debet.*

Eadem perſona ſimul eſt Sacerdos, Epiſcopus, Archiepiſcopus, Patriarcha, & Summus Pontifex.

In Conclavi Electores directè & per ſe creāt Summum Pontificem: Patriarcham autem Europæum, Archiepiſcopum Lateranenſem, & Romanum Epiſcopum indirectè & per accidens.

Quem in conclavi Cardinales creent?

Sanè, ſi Epiſcopum Romanum eligerent, poſſent poſtulare alienæ Eccleſiæ Clericum, quia præter Romanum dantur in Archiepiſcopatu Lateranenſi alii Epiſcopatus, quæ Epiſcopatuum diſtinctio manifeſtè ex Vicariis colligitur, nam Vicarius Romanus habet præſcriptos territorii ſui terminos, & Confeſſarii ab eo approbati extra illam parvam Diœceſim nequeunt ſacramentaliter Pœnitentes abſolvere.

Non privatum Epiſcopum,

Si Archiepiſcopum eligerent Lateranenſem, poſſent ſimiliter exterum promovere, quia extra illum Archiepiſcopatum, ſunt alii multi Archiepiſcopatus in Europa.

non Provinciæ determinatæ Archiepiſcopū,

Si Patriarcham Europæum eligerent, adhuc denominare poſſent exterum, nempe alius Patriarchatus (Conſtantinopolitani, Antiocheni, Hieroſolymitani, &c.) Presbyterum.

non Patriarcham;

Quia tandem eligunt Summum Pontificem, & hujus diœceſis & authoritas & juriſdictio eſt Catholica & Vniverſalis, & per totum Orbem extenditur, implicat, ut extra Summum Pontificatum aliquis in Papam, ſeu Summum Pontificem eligi poſſit.

ſed Papam, universalem totius Eccleſiæ Præſulem.

Stat igitur Stephanum odio & ignorantia obcœcatum inſtituiſſe judicium, quod ſit incriminatura ſera ſemper Poſteritas.

c] *Ordinare, & iterum ordinare*, &c. ſenſum duplicem habere poteſt: nam *Ordinationis* nomine, vel intelligit Presbyteri, Diaconi, aut Hypodiaconi conſecrationem, vel ad aliquam Dignitatem aut Miniſteriū electionem. In priori illo ſenſu vox hodie ſumitur ab univerſis: interim in poſteriori olim [N.B.] paſſim accipiebatur. Nam eligere & inſtituere Abbatem non eſt eum ad Ordines Majores promovere; & tamen ejus Electio *Ordinatio* vocatur. S. Benedictus in Regulæ capite LXIV. ponit Titulum, *De ordinando Abbate.* Et in corpore, *In Abbatis Ordinatione.* &c. *Ordinatus autem Abbas cogitet.* &c. Ergo dubitare poterimus de degradatione & reordinatione. Si enim ad Canonicatus, aut Officia promotus depoſuit, aliquid minùs execrabile fecit: quod ſi Sacerdotes à Presbyteratu depoſuit, & eos iterum ordinavit, infandum ſacrilegium commiſit, in quo malitia imperitiam exæquat. Sed cur tanto Formoſum odio Stephanus perſequebatur. *Ego arbitror*, inquit Platina, *hoc odium ex ambitione ortum fuiſſe, cùm jam eò devenifſent Eccleſiaſtici, ut non tractū ut antea, ſed ſponte & largitionibus Pontificium munus obirent. Hinc odium hoc ortum, quòd ei antea impedimento fuiſſet, quominus optata Sede poteretur.*

Quid ordinare ſit? & An ſemel ordinati, denuo ordinari poſſint, aut iterum ordinari?

An Abbates ordinentur?

Cur tanto odio Stephanus inſanum Prædeceſſorem exarſerit?

Hinc *Formoſi* nomen velut fatale fugerunt poſteriores Summi Pontifices; Paulus enim Secundus Venetus, venuſtâ & verè dignâ imperio facie præditus creatur anno 1464. & ſibi perplacens nomen *Formoſi* adſumpſiſſet, niſi ſe poſthuma illius deterruiſſet Tragœdia. Platina in Stephano VI. *Paulùm certè affuit, quin noſtra tempeſtate Paulus II. Venetus* Formoſi *nomen, ut fit, ſibi inderet, quòd id nomen ei maximè convenire videretur, propter proceritatem & corporis Majeſtatem. Quo minus autem id faceret, deterruerunt Cardinales quidam, Hiſtoriæ non ignari ne poſt mortem id accideret, quod olim Formoſo. Tulit id ægrè Paulus; quia nihil præter hoc nomen ad ſummam felicitatem ei deeſſe videbatur.* Interim me Iudice Formoſo miſerabilior fuit; ait enim *pag.* 701. Genebrardus. [*Omnia Sacerdotia ipſius tempore Romæ erant venalia. Officia & Beneficia, Epiſcopatuſq; his committebat, qui Officium aliquod habebant venale* (& hæc erat palliata & fucata quædam Simonia) *unde eliciī munus poſſet.* Summa Concil.]

An nomen Formoſi ſit fatale?

Cur illud non adſumpſerit Paulus II?

Cur eo ſedente tota Eccleſia fuerit deformata?

Ergo ſi nomina ſunt Dialectici colores rerum, potuiſſet Iulio Virgilianus Corydon dicere,

O formoſe (Senex) *nimiùm ne crede colori:*
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Quid ſint rerū vocabula?

Virgil. Ecl. 2.

Et conceptum explicare hoc Tetraſticho.

Nominibus ne fide bonis, diffide maliſve.
Nam Brutus abſtulit trucem tyrannidem,

Et

Et Commodas regnavit abſque commoda.

SECTIO XII.

De Civili Parentheſi. *An indicibilia Nomina alicujus verbuli interjectione emelliantur, & ſinantur proferri?*

Quomodo dicenda, aut ſcribenda ſint voces nova, aut barbara, quin ſubjiciantur Criticorum Cĕnſura?

QVI nova aliqua voce uti vult, timere debet Criticos, quorum delicatæ ſunt aures. Et ideò addit parentheſim (*ut ita dicam*) qua lævigetur novæ vocis auſteritas. Alii (*ſi liceat ſic loqui*) ſolent dicere, ut molleſcat duritles vocis, aut phraſeos inſolenter prolatæ. Porto ob barbaram vocem notaretur Orator, at illum parentheſis interpoſita emaculat, demonſtrat enim, non ob ignorantiam, ſed ob neceſſitatem, aut vocem finxiſſe, aut reprobatam uſurpaſſe. Auguſtinus de Civit. lib. 7. Auditor, inquit enim: *Hanc Divinitatem (vel ut ſic dicam Deitatem) nam & hoc verbo uti jam noſtros non piget, ut expreſſius è Græco transferant, quod* illi θεότητα *appellant*. Chriſoſtomus loc. cit. dixit vividam (*ut ita dicam*) *ac ſplendidam habentem frontem*. Et author notarum, quæ ipſius Sancti Patris verba dilucidant *in epiſt. 2. ad Thimoth. homil.* 10. *column.* 1425. *A.* juxta Baſileenſem Editionem anno 1536. & *fol.* 578. *column.* 4. C. juxta Venetam ann. 1583. ſic ait. *Induit autem duplicem illam gratiam à Theologis noſtris accuratè diſtinctam; unam habitualem; alterum quæ eſt veluti movens: & (ut Scholaſtica utar voce) manutenens.* [a] Et idem S. Chryſoſtomus *homil. de Spiritu Sancto column.* 799. B. *Baſileenſ.* & *fol.* 321. *column.* 4. I. *Venet* Ἵνα μήτις (ὅπερ ἦπον) ἀγνοήσας πνεῦμα Θεοῦ νομίσῃ οἰκειότητα τινὰ σημαίνεσθαι καὶ μὴ φύσεως κοινωνίαν &c. Vertit Baſileenſis, [*Vt igitur (ſicut dicebam) nequis audiens* Spiritum Dei, *putet proprium quiddam ſignificari, & non commune natura, Paulus dicit*, Nobis autem, non datus eſt Spiritus Mundi, ſed Spiritus, qui ex Deo eſt.] At ex verbis Pauli, oppoſitum videtur inferri; nam, ſi ex Deo eſt, quid notionale, & non commune eſt Spiritus. Porrò Chryſoſtomus contra Hæreticos, qui Spiritum-Sanctum eſſe creaturam, miniſtram aut familiarem Dei exiſtimabant, declamat dicens, [*Ergo (quem ad modum dicebam) nequis audiens* Spiritum Dei *putet ſignificari* (miniſterium) *aut familiaritatem quamdam, & non naturam, Paulus dicit*, &c.] Ita Editio Veneta *pag.* 321. *colum.* 4. I. Pierius Valerianus *lib.* 24. *pag.* 125. *A.* ſic inquit. *Sunt, qui benevolum hominem per* Aſcolopaga (*quam* Gallinaginem *Latini appellant*) *pictam intelligant, quod avium nullam majore erga hominem ſtudio officii compertum ſit* &c.

Θεότης, Divinitas vox eſt à Græcis Theologis conformata.

Gratia duplex: ſufficiens, auxilians que.

a] Paſſim *moventem, & prævenientem gratiam* lego: at *manu tenentē* alicubi me legiſſe, non memini.

Spiritus, alius eſt mundi, & alius Dei.

An Spiritus-Sāctus ſit creatura?

Avis Aſcolopaga benevolentia Symbolum.

Auguſtus Pfeiffer *in Faſciculi ſui Diſſert. Philol.* IV. *de Alkorano pag.* 54. ſic inquit. [Nam Surata XXV. & alias (Alkoranum) à Scriptoribus vocatur אלפרקאן, *Alfurkân*, non tam, quod diſcernat verum à falſo, ut ut hæc Etymologia Muhammedis adulatoribus non diſpliceat, nec quod in certas partes diviſus, & diſtinctis vicibus è Cœlo (ſi fas eſt credere) demiſſus ſit, ut volunt Fabritius *ſpecim. Arab. pag.* 46. Levinus Warnerus *App. Comp. Confeſſ. Muhamm. de Fide Chriſt. pag.* 7. & alii: ſed quod contineat lectiones, quas Iudæi ex eodem themate פרקים appellant. Sic *in Berachot. fol.* 28. 2.] Vbi, ut conſpicis, blaſphemia illa, quod Alkoranum è Cœlo venerit, per illam parentheſim (*ſi fas eſt credere*) evacuatur, & emaculatur.

An, & cur Alfurkan Alcoranum dicatur?

Sunt Lectiones Hebraicè.

Vt de vocibus, ſic rebus, quæ minùs vulgo notę, eſt ſtatuendum, dicimus enim, *ut aiunt Medici* &c. *ut loquuntur Philoſophi* &c. cum vel propoſitionem reponimus, aut phraſin uſurpamus, illarum Facultatum propriam. Solemus etiam dicere, *ut aiunt*, quin illos exprimamus, quorum utimur authoritate; & tunc illi ſubintelliguntur, qui artem illam, de quâ peroratur, percallent. Probat hoc Axioma illud Morale. Τόξον μέν, ὥς φασιν, ἐπιτεινόμενον ῥήγνυται, ψυχὴ δὲ ἀνιεμένη. *Arcus quemadmodum ajunt (nempe Venatores) cum intenditur, rumpi ſolet: contra animas, cum remittitur.*

Quomodo ſententia & phraſes vulgo ignota?

Et hic obiter nota illas Reflexiones, *ſi ſic loqui liceat*, aut *ut ita dicam*, exorbitare ſæpe in libro in linguam diverſam tranſlato. Sine mihi exemplo illa ipſa S. Auguſtini verba, quæ paulò ante produxi. *Hanc Divinitatem*, ait, *vel ut ſic dicam*, *Deitatem* &c. Peto enim ut ea reddas Hiſpanicè. Scribis. *eſta Divinidad, o ſi ſe puede dezir aſſi, Deidad.* At illud *at ſic dicam* à D. Auguſtino ponebatur, quia nomen Deitas in libris Veterum Latinorum non legitur, unde coacti ſunt Latini Dictionarii Scriptores, cum nec Virgilium, nec Ciceronem poſſent, hunc eumdem locum Auguſtini citare. At in Linguâ Hiſpanicâ *la Deidad* eſt receptum vocabulum, & qui illud profert, excuſatione non indiget. Quam ob rem, ut illud *ſi ſe puede dezir aſſi*, haberet locum, deberet loco vocis *Deidad* aliam ponere Interpres, de cujus proprietate diſputarent Hiſpani. Vbi autem illa? Manet ergo, etiam ex hoc capite rem eſſe difficillimam vel unam lineam ex una in aliā linguam bene vertere.

Interdum voci in una lingua controverſa certa in altera lingua reſpondet.

SE-

SECTIO XIII.

Quid ſit illud, quod Vn no ſe que *ab Hiſpanis, vocatur?*

Quæſtio proponitur.

OCcurrit ſæpè aliquid, quod ſimul ſcimus, & neſcimus: ſcimus, quia de illo loquimur, quia illud laudamus; & neſcimus, quia illud explicare non poſſumus. Et id eſt quod *Neſcio quid* Latinus, & *Vn no ſe que* vocat Hiſpanus. Aurea Amoris ſagitta apud Calderonem *part. 3. in Comœd.* La fiera el ayre y la piedra *act. 2 fol. 228. c.* vulneratus neſcio quis exclamabat.

Tambien tengo yo mi poco
De no ſe que; que lo ſiento.
No ſe donde: y no ſe quando.
Le he de applicar el remedio.

Los Cigarrales liber eſt, quem Mag. Tirſus de Molina [a] compoſuit, & *libr. 1. pag. 134.* Manriquus & Gaſtonius, nam habebant ob oculos duas lectiſſimas Virgines, colloquuntur hoc modo.

a] Sic in ſuis Metricis Operibus vocari voluit P. Gabriel Tellez, Concionator Eximius, in quo Theologia Humanis Charitibus condecoratur.

Gaſt. *Que te parece?* Mant. *No ſe*
A qual amas de las dos;
Pero Don Gaſton por Dios,
Que deſde que las mire,
Eſtoy medio no ſe como.
Gaſt. *Pues Don Manrique primero,*
Que te ſientas medio entero, [b]
Porque ya recelos tomo,
Eſta de lo blanco es.
El blanco de mi tormento. &c.

b] Ex todo entero *an non deduci poterit* medio entero?

Antonius Guzzius in Agrophilo *pag. 84.*

Odis nos odio, nihil merentes,
Pluſquam Sextilius Vatiniano,
Sed noſtras malè percoquit medullas:
Ignis neſcio quis. Fatebor unum;
Nec te diligo, Sextili, nec odi:
Vel, ſi poſſibile eſt, amo malignè. [c]

c] Huc pertinet illud Virgilii Æneid 6. *Quale per incertam Lunam, ſub luce maligna. Eſt iter in ſylvis.* Lux ergo maligna eſt lux tenuis. Ergo & amor malignus erit tenuis.

Et *pag. 95.* ad Mulierculam,

Neſcio quid Lycidam ridens Fauſtina popoſcit.
Non ſum Divinus, ſed ſcio, quid voluit.

An dixerint Antiqui Neſcio quid?

Hoc *Neſcio quid*, quod toties in colloquiis auditur, etiam Veteribus notum. Ovid. lib. 3. de Art.

Nec ſua perpetuo contendant ilia riſu,
Sed leve neſcio quid fœmineumque ſonent.

SECTIO XIV.

De Regio Reſponſo. *An verè tunc reſpondeant Principes, cum nil dicunt omninò, ſed ut reſponſum habeant Oratores ad aliquem Alium remittunt?*

SIlent Reges; & Hiſpani præcipuè: ſunt enim quidam Humani Dii, & Cælites ſunt taciturni. Tota æternitate Pater Divinus loquitur; & æternitate ipſe tota unicum tantùm dixit Verbum. Et Reges, Dei enim in terris vices gerunt, ſunt verborum parciſſimi: & ideò à Legatis rogati, ſolent illos remittere, ut audiant ab alio reſponſum: & quæritur, *An hæc ipſa remiſſio reſponſionis vim habeat?* Proſtat clarum exemplum in Hiſtoria Cæſarea, quod Guichardinus *tertio libro* recenſet.

Vnicum tantùm Verbum tota æternitate Pater Divinus dixit.

Quoniam Florentina Reſpublica Legatos ad Imperatorem Maximilianum miſerat, petituros Piſæ reſtitutionem. [Eſt autem Piſa (vel ut Veteres loquebantur Piſæ) Thuſciæ civitas; jacens inter Arnum & Auſerem; à Piſæis Elidis populis condita. Strabo *lib. 5.* Hi enim Neſtorem ad Ilium properantem ſequuti, in reditu vehementia tempeſtatis diviſi, partim in Metapontum, partim in Tyrrhena littora disjecti ſunt. Et hi oppidum condiderunt, quod à relictæ patriæ nomine *Piſas* appellaverunt. Huc adluſit Virgilius *Æneid. 10* cum cecinit.

Principes eſſe debent taciti. Recenſetur Hiſtoria.

——— *Alphea ab origine Piſa* [*]
Vrbs Hetruſca ſolo.

*] Adjectivũ *Alpheus, a, um.* habet ſecundã longam, eſt enim Græcè ἀλφεῖος.

Et Alpheus (Græcè ἀλφειός per tres ſyllabas) fluvius eſt Elidis; qui, ut Pauſanias *lib. 5.* teſtatur, occultis meatibus ſubter mare labitur, & ab Arethuſæ, quæ Siciliæ fons eſt, ore egurgitatur. Virgilius. *Æneid. 8.*

De Alpheo flumine. An per ſubterraneos meatus infra mare decurrat?

——— *Alpheum fama eſt hunc Elidis amnem*
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo ſiculis confunditur undis.

Vt tulere tempora, variam ſubiit fortunam hæc clariſſima Civitas: ſemper ambita à Florentinis, ſemperque à vicinis Principibus contra eorumdem ambitionem protecta. Et hanc ob cauſam ſub annum MD. erat Martis theatrum, & ut *in ſui Legato diſcurſ. 2. fol. 114. b.* Ioannes Antonius de Vera loquitur, *Raiz de todas las guerras de Italia en aquel siempo.*]

Genuæ manebat Imperator; Legatoſq; clementiſſimè auditos ſpe benignæ reſolutionis (quod ſolent ſemper Reges) aluit. Solutuſque anchoram, eos remiſit ad Le-

Ad Nuntium Apoſtolicum remittit Imperator Oratores Florentiæ: & eos iſte promittit ad Ducem Mediolanenſẽ.

Google

Legatum Pontificis, cui injunxerat, ut eis exponeret ſuam reſolutionem. Adeunt Legatum illi, & ab eo amandantur ad Ducem Mediolanenſem. Stupent interim ut negotium promoveant, nuncium cum literis Florentiam mittunt, & ipſi tranſeunt Mediolanum. Petunt à Duce audientiam, & hora ſtatim illis opportuna decernitur. Et ecce redit nuncius, & in literis hoc recipiunt mandatum, *Ducè de negotio nihil prorſus dicunto. Florentiam revertuntor ſtatim.* Si non impetraſſent audientiam redirent inſalutato Duce; at illa poſtulata & conceſſa, id jam fieri non poterat. Vt ergo ſuæ Reipublicæ mandatis morem gererent, & debitæ tanto Principi non deficerent urbanitati, hora ſtatuta nomine eum privato inviſerunt dicentes, *Se expeditis cum Imperatore negotiis, cum jam eſſent redituri Florentiam, id non voluiſſe facere, quin eum venerarentur, teſtarenturque publicè ſe, tametſi privatos viros, ſcire quanto amore celſitudinem ſuam Florentina Reſpublica proſequeretur.* Dux qui jam à Legato Apoſtolico, aut etiam ab ipſo Cæſare didicerat remiſſionum decurſum, hæſit attonitus (vel ut Vera Hiſpaniè ait, *embeleſado*) convocaverat enim Principum Oratores, ut coram iis Florentinos audiret, & in negotio quanta ipſe apud Cæſarem gratia & authoritate, & in reſponſione quanta eloquentia polleret, eruditè oſtentaret. Neſciens ergo, quid diceret, cum nec ſuccurreret, quem conſulere poſſet, nec ſuppeteret tempus deliberandi, ut ſubitaneum dolorem, quo perculſus fuerat, diſſimularet, *Quid reſpondiſſet illis Cæſar*, interrogavit. Ad hanc curioſitatem importunam Legati. *Ius gentium univerſis commune, quod adfirmat praxis Florentinæ Reipublicæ, ſub læſæ Majeſtatis crimine Oratoribus præcipit, ut Legationem ſuam ſoli Principi, ad quem mittuntur, exponant; & reſponſionem datam ſuo Principi, & nulli alii, referant.* Audiit ſtupefactus Dux: & quia turbationi animi ſupervenicbat perturbatio, verbis in linguam priùs, quam in mentem profuſis, ſic infit. *Ergo, ſi ego reſponſum dedero, quod Imperator, ut vobis darem, juſſit, non-ne illud libentiſſimè audietis?* Et Oratores Duci. *Tres voces ſunt, quas deberet nobis Politicus quidam Nomenclator exponere priùs quàm reſpondeamus, quis enim prudens reſpondere præſumat, ubi non intelligit interrogantè? Illa, ergo, & reſponſū, & libentiſſimè ſūt.* Ergo *illationē importat; & nos nihil diximus, unde inferri poſſit talis interrogatio.* Reſponſū *exhibetur quærēti; & nos nihil quæſivimus.* Et libentiſſimè *audiuntur, quorū notitia exſpectatur & deſideratur; nullamque nos, aut exſpectamus, aut deſideramus. Cæterùm, ſi quid nobis dicatur audiemus: non enim ſunt aures humana libera, quoniā quæ liberè dicuntur, neceſſariò auſcultantur.* Perſiſtit admirabundus Dux; &, ut negatam confeſſionem extorqueat, infit. *Itaque quidquid ſit, volo vobis dare reſponſum, quod Cæſar præcipit: ut autem non ego per ambages ſed directè procedam, oportet, ut quid ab eo orabatis, dicatis.* Subrident illi; & rem à ſe impoſſibilem, ſuperfluamque poſtulari cauſantur: impoſſibilem prorſus; Legati enim aperire os ſine ſui Principis licentia nequeunt; ſuperfluam etiam, cui enim fuerat à Cæſare datum, quid reſpondere debeat; quid ab eo petebatur, ignorare non poteſt. Plura dixiſſet Dux: ſed illi licentia reverenter petita diſceſſerunt.

Legati etiam poſſunt agere, ut perſona privata.

Quid embeleſado apud Hiſpanes ſit?

Sua Legationis momenta, nec ſibi data reſponſa poſſunt aliis Principibus manifeſtare.

An reſponſum dare poſſit nihil interroganti?

Ponderantur Politicè tria verba: videlicet, Ergo, Reſponſum, & Libentiſſimè.

Quantum perturbet Principem, etiam prudentiſſimum, inopinata & inexpectata reſponſio?

Sic propoſito Caſu, quæris Primò, *An in hoc prudenter Imperator proceſſerit? An etiam Florentina Reſpublica?* & Secundò, *An ipſamet Remiſſio ad Ducem legittima fuerit Reſponſio?*

Duæ Politicæ proponuntur Quæſtiones.

Ad Primum, agens de Imperatore, alto illum conſilio proceſſiſſe aſſevero, quoniā tunc contra Venetos, qui Imperii laciniis, & ſpoliis ſunt divites, excitaturus bellum liberas Italiæ Reſpublicas, & Principes in fœdus, & ſocietatem advocabat: & ut Florentinam à ſe haberet, rem protrahere volebat, intra neutros terminos ſe contineret; & ideò nil expreſsè affirmare, aut negare. Et ad Florentiam tranſiens, præſcindendo ab affectibus Ducis hujus Reipublicæ prudentiam laudo: quoniam Politici voti fœlicitas in ſecreto fundatur. Qui in eadem tabulâ chartis colludunt (Hiſp. *los que a los naypes juegan*) non ocem tenent, ut ſuæ chartæ videantur: &, ſi rem bene intelligo, Italiæ in tabula cum Principibus ludunt Reſpublicæ; & dum oppida iſtorū illi, illorum que iſtæ, in ſuas volunt partes, vel invita, protrahere; vota ſua ſilentio, & ſecreto promovent, & confirmant; & ſi Reſolutionum ſuarum puncta oſtendant, aut pereunt, aut periclitantur.

An prudenter Imperator proceſſerit?

An & Florentina Reſpublica?

Ad alterum dico, Imperatorem ſpe vana Florentinos in ſua devotione fovere, non autem favere decreviſſe. Si enim Piſas reſtitui vellet, id ſine ambagibus poſſet paucis verbis præſtare. Duas ergo remiſſiones circumſpectè conſiderarunt Florentini: & in ipſis duo audiverunt reſponſa, alterum ſuſpectum, & dubium; alterum manifeſtum & clarum. Non velle Cæſarem, ut Florentiæ reſtituerentur Piſæ, innuebat, quæ ad Legatum Pontificium, Remiſſio: ſpiritualia enim negotia, non autem temporalia & Politica cum Eccleſiaſticis debent tractari. Verùm enim verò al-

An Piſas reſtitui Florentinis voluerit Imperator?

altera ad Ducem Remiſſio, cenſeri debuit manifeſta negatio: perinde enim erat rem ad Ducem Mediolanenſem, Piſarum Patronum, remittere, quàm cōmittere Conſiſtorio Piſano. Semper Mediolanenſes Duces aſpernati ſunt incrementa Florentinæ Reipublicę, & qui dubitet, legat Ioannem Antonium de Vera, qui *in ſui Legati diſcurſ. 2. fol. 95. a.* Caſum hunc in exemplum proponit. [Vnire ſuæ ditioni Piſas, quas ſtricta obſidione coerceb ant, deſiderabant Florentini, &, ut certius conſequerentur, ad Mediolanenſem Ducem Oratores legarunt, poſtulantes, ne Piſanos protegeret. Erat à Piſis ipſe: ratio enim ſtatus requirebat, ne illas à Florentinis expugnari permitteret. Et quid hic faceret? *Se adnuere*, ait, *Florentinorum votis; velle quieſcere; bellum faſtidire, pacem deſiderare: & ut beatiùs in otio viveret, jam militem, quem nuper conſcripſerat, exautborare.* Credunt Legati, & gratias agunt. Ille, ut credulitatē hanc altiùs in animos Florentinorum immitteret, dimitit milites, relinquitque ſuum Ducatum inermem. Vadunt Parmam cum copiis ſuis exauthorati Centuriones, ibique Franciſcus Sforcia, ad quem Dux mandata ſecreta præmiſerat, eos reſcripſit, ut tranſmitteret Neapolim: & ſtatim in oppugnantes Piſam irruit, obſidionem diſſolvit, eamque præveniente favore à ſervitute imminente ſubducit: concomitanteque à tyrannide, quam ſub Paulo Guiniſco patiebatur, eripit, & priſtinæ libertati reſtituit.] Stat igitur hanc Propoſitionem, *Mediolanenſis Dux dabit vobis reſponſum* æquipollentem huic. *Reſpondet Cæſar, ſe nolle facere, quod poſtulatis.*

Inſenſi ſemper fuit Ducibus Mediolanenſibus Reipublica Florentina potentia.

N. B. Videntur in Contractibus Principes literam & non ſenſum curare: nam in toto hoc circūſtantiarum decurſu alio ſenſu loquebatur Dux & alio diverſo audiebatur.

SECTIO XV.

De injuriis. *An apud Viros probos infanda cenſenda ſint omnia calumnioſa vocabula?*

VErborum Indicibilium cenſui adnumerari debent injurioſa & ſatyrica, nam Viri honeſti impertiuntur univerſis honores, & tantum illi avari in hoc genere ſunt, qui honore carent. Poeta antiquus.

> Ἐσθλὰ λέγειν αἰεὶς πάντας καλὸν ἐ-
> στυγρὰ δὲ δεινόν,
> Χἂν ὦσιν τῦτων ἄξιοι ὧν λέγο-
> μεν.

Bergius ſic tranſtulit.

> *Dicere de cunctis bona pulchrum eſt; turpia, iniquum,*
> *Sint licet hoc digni crimine, quos loquimur.*
> *Sigalion.*

Loquere bona de omnibus etiam improbis. Si quem laudare nequeas, tace.

Et alius expreſſit his Iambicis.

> *Eſt de omnibus fari optima,*
> *Bonum; aſt iniqua, peſſimum.*
> *Etſi is vir, de quo dixeris,*
> *Sit criminis digniſſimus.*

Quam ſententiam apud Lupum de Vega *Lauri Apollinea ſylva IX. pag. 86.* Apollo repoſuit; quoniam

> *Dixo entre varias coſas, que el Poeta*
> *Satyrico ſe fueſſe de ſu Corte,*
> *Llevando ſiempre el bien hablar por*
> *Norte;*
> *Que el bien hablar a nadie ſe ſujeta,*
> *O que por juſto premio ſe prometa*
> *El que Nicolo Franco en Roma tuvo,*
> *Pues que pendiente de una rexa eſtuvo*
> *Por el cuello blaſphemo* [a]
> *Infame y loco: eſtremo*
> *De muchos attrevidos*
> *Que affectan a ſer hombres conocidos*
> *A coſta del honor ageno, y vienen* [b]
> *A perder el que tienen, ſi le tienen.*
> *Que por eſte camino*
> *Se deſentierra todo,*
> *Haziendo de eſte modo*
> *Para lo mas oculto un Calepino* [c]
> *Temiendo que el aggravio beneficie*
> *Del roſtro alguna vez la ſuperficie,*
> *Porque ſobre cabeza deſlenguada* [a]
> *De un cabello ſutil cuelga la eſpada;*
> *Que lengua, que las honras attropella,*
> *Pocas vezes ſe vio morir con ella.*
> *Y es la razon, que el dueño aun no la*
> *quiere*
> *Tener conſigo, quando ve, que muere,*
> *Pues como ſaldra bien de tal empeño,*
> *Lengua, que aun no la quiere el miſmo dueño.*

Nicolaus Frācus, homo linguoſus & maledicus Romæ privata authoritate è ferris feneſtra ſuſpēditur.

a] Nicolaus Francus, homo maledicus Romæ periit.

b] Improbus ſe potiùs, quā alios verbis calumnioſis dedecorat.

c] Habet jam octo, vel plures linguas Calepinus.

Et pagina immediatè ſequenti.

> *Y dixo, que la lengua, que offendia*
> *En lengua de muger ſe convertia*
> *Y entiendeſe Muger de baxo modo,*
> *Que ſon Varones las de mas en todo.*
> *Y que aunque calla el offendido y tarda,*
> *Quando finge amiſtad, venganza aguarda.*

De fœminarū linguis. Quales ſint?

Quid ſignificet ſilentium poſt receptam injuriam?

Monitum Morale.

PEnè è Chriſtianæ charitatis penu ductum mihi videtur dictum iſtud Senecæ; *Secretè amicos admone, lauda palam.* Pleroſque tamen homines in contrarium affici videmus, & ex animo dolemus. Laudant ſecretè, damnant palam; vix enim duos, tres-ve homines ſimul colloquentes audias, quin ſtatim recenſendis aliorum

Iacobus Catzius pag. 25. *Hominum poſt peccatum Originale communis indoles.*

Ex illo trito & univerſis noto verſu. Solamen miſeris ſocios habuiſſe Penates deducitur hæc Conſequentia Criminis eſt ſocius ſolamen habere Potentes.

vitiis operam locaſſe dixeris, ita ſtrenuè, in calumniæ campum hunc Martium, ut ita dicam, deſcendunt. Rationem acutè tangit D. Hieronymus, *Malorum*, inquit, *ſolatium eſt bonos carpere; dum peccantium multitudine putant culpam minui peccatorum.* Agedum quiſquis es, qui maledicendi hoc ſtudium tibi inſitum ſentis, interroga conſcientiam tuam, quid te moveat, veriſſimam Viti pii ſententiam (nec dubito) invenies. *Vetus malum eſt; malus bonum malum eſſe vult, ut ſit ſui ſimilis.* Sanè, *Nolite judicare*, inquit benevolus Servator, *& non judicamini.* Tribus modis pravum hoc judicium inſtituitur, cum bonum alicujus factum in malam partem trahimus, cum malum in pejus, cum dubium in deterius.

Quid mali in vetis habeant?

SECTIO XVI.

An, quæ non ſunt ad rem, Indicibilibus debeant adnumerari?

In deſperatis prudentes Oratores cauſis divagantur huc illuc, ut tempus terant, & nunquam ingrediantur difficultatem.

ORatores, qui cauſas deſperatas adſumunt, de omni alia re copioſè, & eruditè diſſerunt, ut Auditores delectent, & tandem nunquam ad nodum difficultatis perveniant. Et hic Canon Deceptricis Rhetoricæ fuit notus, & admiſſus à priſcis, apud Græcos enim antiquū Epigramma reperio, quod latinè ſic redditur.

Sucula, bos, & capra, mihi periere Menecles,
Ac merces horum nomine, penſa tibi eſt,
Nec mihi cum Othryade quicquam eſt ve, fuit ve negoti,
Nec fures ullos huc cito Thermopylis:
Sed contra Eutythidem nobis lis, proinde quid hic mi
Aut Xerxes facit, aut quid Lacedæmonii?
Ob pactum, & de me loquere, aut clama vero clarè,
Multo aliud dicit ſus, aliud Menecles.

Antiquum Epigramma Græcum.

Et illud videtur legiſſe Martialis, dixit enim.

Non de vi, neq; de cæde, nec veneno,
Sed lis eſt mihi de tribus capellis.
Vicini queror has abeſſe furto,
Hoc Iudex ſibi poſtulat probari.
Tu Cannas, Mithrydaticumque bellum,
Et perjuria Punici furoris,
Et Syllas, Marioſque Mutioſque,
Magna voce ſonas, manuq; tota
Iam dic Poſthume de tribus capellis.

Ejus conceptū Martialis repoſuit Latinè & exornavit.

NOTA.

INter ſpeciales Perri Gaſſendi amicos recenſebatur Iacobus Golius, & quia jam ab aliquibus ad eum menſibus nullas literas dederat, & duos cognati filios commendare debebat, ſic ann. 1630. ſcribit. *Nolo ominoſam eſſe charo huic & egregio juvenum pari culpa apud te mentionem. Ideoq; rogo nunc mihi liceat veniam ſilentio* [*] *ſilendo impetrare.* &c. [Et habetur *tomo Epiſtolarum pag. 396. a.*] Dixiſſet, ſi ſcripſiſſet Hiſpanicè. *Encomiendole a V. S. eſtos dos Mancebos, que por ſus prendas y virtudes eſtimo. Y no quiſiera les fueſſe de daño, o prejuizio el ſilencio paſſado, a la confeſſion de mi deſcuido. Pero eſpero, Señor, de ſu benignidad y corteζia, que me dara licencia, de que callando conſigua perdon de haver callado.*

An ſilendo excuſare ſe poſſit, qui peccavit ſilendo.

*] Venia videretur debere perſonæ impetrari, non culpæ: ſed Gaſſendus, quidquid de Philoſophis ſit, maluit adhærere Grammaticis, qui ex ipſo loquuntur.

SECTIO XVII.

An inter voces Polìtica condemnatas ſilentio debeant Hebraica, Arabica, Græca, & aliæ omnes Orientalium Linguarum numerari?

DVO extrema, toto diſtantia Cælo, in linguarum profeſſione reperio; alii enim, quia ſunt ſimiles bovi, qui unicam in ore tantùm linguam habet, rident illos, qui linguarum elegantia, & varietate delectantur; alii autem omnes dicunt ſe ſcire, & tamen eas didicerunt in ſchola [a] Pythagoræ [vel ſi velis uti phraſi Eccleſiaſtica, eas, inquam, in Confeſſione didicerunt, & ideò non poſſunt revelare.] Illorum eſt hoc propudioſum Lemma *Græcum eſt, non legitur* [c] quod tamen paſſim audias. Interim, quoniam illi priores ſolent eſſe Viris doctis moleſti dabo eorumdem Grammaticam.

a] Debebant aliorum obſervare ſilentium diſcipuli in Schola Pythagoræ.

PROLOGVS. *Putant ſcioli Hebraicam, Caldæam, Aſſyriam, Arabicam, Turcicam, Perſicam; &c. Ægyptiacam, & Indicam, &c. Græcam, Copticam, &c. quæ coluntur in Aſia eſſe Linguas diverſas, & diverſis Canonibus & Inſtitutionibus debere tradi: at falluntur graviſſimè; omnes enim oriuntur ab hoc*

Omnium Linguarum Generalis Grammatica, qualis hodie traditur à Recentioribus Pythagoreis.

VNICO CANONE. *Diſce mentiri. Aſſere audacter te Linguas illas ſcire. Nemo te examinabit. Et ſic inter Orientalium Linguarum peritos numeraberis.* Finis.

Grammaticas has Inſtitutiones apud Franciſcum de Villegas, in ſuâ, quæ *Lo que puede la criança* inſcribitur, Beltranus accuratè didicerat: ibi enim lego.

Petr. *Eſperate tu.* Beltr. *Ya eſpero.*

Petr. *De donde eres?* Beltr. *De Granada.*

Petr.

Digitized by Google

Quæ hodie modo non pauci Græcam Linguam percalleant?

Petr. *Como te llamas?* Beltr. *Beltran.*

Petr. *Eſtudiaſte en Salamanca?*

Beltr. *Si Señor.* Petr. *Que Facultad*
Has eſtudiado? Beltr. *Compraba*
La comida a los de mas.
Petr. *Pues, ſi en eſſo te occupabas,*
Sabras muy poco Latin.
Beltr. *Lo que es Latin, poco, o nada.*
Griego ſe un poco. Pregunta,
Y veeras con la elegancia,[e]
Que te reſpondo. Petr. *No ſe*
Griego yo. Beltr. *Por eſſa cauſa*
Dizen muchos, que lo ſaben
Todos ſobre ſu palabra.

D. Joſephus Pellicerius, qualis?

An-ne eamdem Grammaticam D Ioſephus Pellicerius didicerat? Quid ſcio? Laudavi in ipſo ſemper variam eruditionem, dabo tamen Lupi de Vega Reſponſionem.

Ejus ingenium celebratur.

Ya *Don Juſepe* Pellicer *de Salas*
Con cinco luſtros ſolos [a]
Ya nuevo Anacreonte
Fenix eſtiende las doradas alas,
Que el Sol immortalize;
Y pues el miſmo dize [b]
Que tantas lenguas ſabe,
Buſque entre tantas una, que le alabe.

Quo annis ſuo anno florere cœpit?

Ita ille in Lauri Apollineæ Sylva VIII. pag. 71. b.

a] Ait Spirituſſanctus, *Senectus venerabilis eſt non diuturna, neque numero annorum computata.* Et Pellicerius anno ætatis vigeſimo quinto incepit inter Seniores Parnaſſi numerari, habebat enim in paucis ætatis, multos Eruditionis annos.

Fuerit-ne πολύγλοττος?

b] Relego illud, *pues el miſmo le dize*, & infero, nō crediſſe Lupum Pellicerio, ſe tam multas & varias linguas didiciſſe aſſerenti.

Meliori in hoc libro fortuna Gabriel Lopezius navigavit, eum enim diverſas intelligere linguas fatetur Lupus, & *ibid. pag. 74. n.* celebrat & commendat his verbis.

Gabriel Lopez laudatur.

Al docto Gabriel Lopez, mira atento,
Pluma gentil, de heroico fundamento,
A cuya Vrbanidad y Letras deben
Muſas Latinas, Griegas, y Franceſas,
Mas altas, mas diſſiciles empreſſas.
Pues juntas no ſe atreven
A ſu alabanza, viendo que no alcanza
La Hyperbole mayor a ſu alabanza. [*]
Pues que podran o tanto ingenio ſolas
Cifrar las Eſpañolas,
Que quedan ſiempre faltos
Breves Elogios para Ingenios altos?
Y aſſi decreto Apolo, que le alabe
Cada Lengua por ſi de las que ſabe.

e] Verba illa *Græcum eſt non legitur*, quæ retuli poſtulare videntur, ut exſcribam has lineas ex Conrado Dinnero, qui *Græca Epitheta* ex præclaris Poetis & Oratoribus, priſcis & novitiis, collegit & digeſſit, & VVirceburgi anno 1614. magno ſtudentium fructu in publicam lucem emiſit. Vtor, ut video Exemplo Editionis ſecundæ, quoniam Bremenſes Profeſſores in Grammaticæ Græcæ (quam anno 1613. evulgarunt) Præfatione pag. 11. ſic ſcribunt. *Et non puduit nonnullos, quorum nomina in hoc Choro micant, ante Iuris Profeſſiones, Græcas in Academiis Literas profiteri. Hinc in Conradi Dinneri Iuriſconſulti ſtudiis* Epitheta Græca, *laborioſum & elegans Opus, habemus. Illorum ſi exempla ſequerentur plures, non tam exſangues ingeniorum venæ exiſterent, ut ſcitè Hertsbachius loquitur.* [a] Dinner itaque, à viris laudatis laudatus, ſub medium Dedicatoriæ Epiſtolæ, quæ Eraſmo Sturmero eſt inſcripta, ad rem noſtram ſic inquit. *Et ſanè memini ipſe nonnullos meiordinis* (hoc eſt, Iuriſperitos) *homines audire, quos navatæ in melioribus Studiis & Artibus operæ (ſiqua unquam fuiſſet) ferè pœniteret. Alios ab iis Studiis alienoſores audivi triviale hoc jactantes,* Græca ſunt; Ergo legi non poſſunt: *cujus ſi Accurſium, ſummo ingenio & memoria maximèque doctrina Civilis cognitione inſtructum, Authorem conſtituant, ab ejus accurſu longè aberrant, ſummoque & incomparabili Viro (quem ſua ruditatis & imperitiæ (ne dicam, ignaviæ) patronum ſibi adſciſcere & aggregare cupiunt) manifeſtam injuriam faciunt; cujus eos convincit Gloſſa ipſa Accurſiana* ad leg. 6. in verb. edicto. D. de bonor. poſſeſſ. *his verbis (ut loquuntur) formalibus.* Græcæ literæ poſſunt intelligi, & legi. *Tantùm non videt Bartholum noſtrum Ludovicus Vives* libr. 1. de cauſis corruptar. Artium, *tribuiſque ei Dictum*, De verſibus non laborat Iuris Conſultus [*] *quod unde hauſerit aut acceperit homo Hiſpanus* [b] *mihi non conſtat. Qui tamen viſus facilè comprimetur, ſi curam verborum non abjecerint vera, non ſimulata, Philoſophiæ Sectatores, cujus illa exemplum inter alia plurima, quod imitentur & exprimant, proponit Paulus I. C.* in leg. 7. §. 1. D. de edendo. *vocis* Iterum *ſignificatione ad duas Græcas* δεύτερον *&* πάλιν *conformata.* &c.

*] Et hæc ipſa verba continent ingenioſam Hyperbolem.

Leges Cæſareæ ſcriptæ Græcè ſunt, & ideo hujus linguæ cognitio valde eſt neceſſaria Profeſſoribus Iuriſprudentiæ.

a] Miror profectò Bremenſes in Grammaticæ Præfation. pag. 8. ſcripſiſſe. *Extant quoque Iuris Pandecta Græca*, nam πάνδεκτες generis maſculini.

*] *De verſibus*, &c. dixiſſe Bartholum, nunquam audivi; verba enim, quæ ejus nomine paſſim circumferuntur, ſunt hæc, *De verbibus nō curat I. C.*

b] Sed unde illa accepit Ludovicus ſimilis torquet Curioſitas Interpretem, qui D. Antonii de Guevara Marcum Aurelium in linguam Latinam convertit, laudat enim Hiſtoriā, utpote Politicis Monitis plenam; & tamen reſcire deſiderat, unde illam homo Hiſpanus acceperit?

ARTICVLVS IX.

De Inſcribibilibus: *De rebus, quæ ſcribi non debent, quæ non poſſunt; quæ, ſi fortè ſcribantur, inſcripta ab omnibus cenſeri debeant.*

De Vocis & Linguæ analogia.

QVanta ſit in omni Idiomate linguæ, & Calami analogia, conſtat clarè ex his quæ ſcitè ſcribit Author Tractatus *de veteri, & recta Linguæ Græcæ pronunciatione*, ab Olao Wormio *in ſyntagmate, de Danicâ literatura cap. 11. pag. 74.* citatus, inquit enim. *Cum inventa ſint literæ ſimplicibus ſonis ſignificandis, neceſſè eſt profectò in omni lingua* (nota bene: *in omni* dicit; hoc enim eſt commune omnibus, & nullius Linguæ proprium, & ſpeciale) *ut quidem commodè ſcribi poſſit, totidem omninò literas exſtare, quot ſunt ſoni ſimplices. Alioqui, ſive plures, ſive pauciores fuerint, & ſcriptioni, & pronunciationi magnas tenebras offundi neceſſum eſt.* Et addit Wormius, *Ibidemque ſimplices Linguæ Græcæ ſonos ſedecim tantùm eſſe probè oſtendit*, ut vel hinc conſtet eſſe ſecundarias in omni lingua literas, non ex neceſſitate, ſed tantum ad ornatum inventas.

De literarum numero. An plures, aut pauciores characteres eſſe poſſint, quàm in lingua ſunt ſoni?

An ſint res indicibiles & inſcribibiles?

Ex hac ſonorum, & characterum analogia oritur, ut ſicut ſunt multæ res, quæ dici nequeunt, & dictiones nonnullæ, quæ proferri non debent, ſic ſimiliter erunt quæ non poſſint ſcribi: nam, ſi ut libr. perihermenias nos docet Ariſtoteles, verba ſunt conceptuum intellectualium notæ & ſcripturæ æquipollent dictionibus neceſſariò dicemus, nec quæ non concipiuntur, dici poſſe; nec debere, quæ dici non poſſunt, ſcribi.

SECTIO I.

De Præpoſitione In. *Quam intra, & extra compoſitionem vim habeat?*

Exponitur nomen Inſcribilis.

INcipio ab Articuli Titulo. *Scribo* notæ ſignificationis Verbum eſt. Inde habemus *Scribibile*, ut à *Lego Legibile*, & ab *Amo Amabile*. Et ex hoc ipſo verbo, & Præpoſitione *In* præfixa, *Inſcribibile* (ſicut *Illegibile*, & *Inamabile*) reſultabit.

In ſortitur ſignificationem, in cujus expoſitione non omnes conveniunt. Quam in Baptiſmi formula habet, neſciunt in Sinica lingua exponere ejus linguæ periti, & hanc ob rem, ut teſtabatur P. Martinus Martinius S.I. Theologus, Miſſionarii Latinè, aut Luſitanicè, ne errori Sacramentum exponant, & non Sinicè adminiſtrant Baptiſmum. בשם, Besem, dicit Hebræus: *in nomine* vertimus univerſi Latini. An ne dicere poſſemus *in nomen?* Quæſtio eſt Grammatica, quæ à vocum acceptione dependet. Calixtus apud Lutheranos ſuperintendens, qui adlaborabit, ut inter ſuos, & noſtros ineretur concordia, Symbolis, & Confeſſionibus ab ſe editis, hæc ſubjungit. *Fateor, & profiteor, me eos, qui baptiʒati in nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti* &c. Non progredior ad reliqua; nam eo tantummodò hunc Authorē allego, ut quidquid de Theologia ſit, animadvertat Lector *in nomine*, & *in nomen* ejus opinione coincidere.

Sina eſt regio in Aſiæ ultima parte, quam Hiſpani nominamus La China.

An in nomine, & in nomen ſint idem?

Cur In in compoſitione tranſeat in negationem?

Sed pergamus ulteriùs. Porrò *In* in compoſitione duplex habet officium, nam vel actionem Verbi ad ſubjectum reſtringit, vel illam prorſus negat, ac ſi per μετάθεσιν *ni* converſum fuiſſet in *in*. In Indice Virgilii Erithræus. [IN *particula in compoſitione ſignificat modò, quod* non, *ut* Inimicus. *Eleganter interdum jucundis nominibus, ſed verbis frequentius, augere ſolet, non imminuere ſuam ſignificationem, ut* Incanamenta, *&* Inflammavit *&c.*] Prior acceptio eſt communis, & univerſis nota: minùs frequens poſterior: utramq; exemplis convenientibus dilucidabo.

Proponuntur nonnulla vocabula, in quibus In modificat ſignificationem.

Suas Vulgi judicio actiones in ſubjecto exercent Verba hæc. Illabor, *labor in.* Illaqueo, *in laqueo ſtringo.* Illinio, *linio in.* Illuceo, *luceo in.* Illumino, *lumen infundo in.* Imbibo, *bibo in.* Immitto, *mitto in.* Immiſceo, *miſceo in.* Impalleo, *palleo in.* Impendeo, *pendeo in.* Impendo, *pendo in.* Impeto, *peto in.* Impertior, *partior in.* Implico, *plico in.* Impono, *pono in.* Impugno *pugno in.* Imputo, *puto in.* Inauro, *auro in.* Inardeſco, *ardeſco in.* Inaudio, *audio in.* Incido, *cado in.* Incîdo, *cædo in.* Incubo, *cubo in.* Incurro, *curro in.* Indo, *do in.*

In-

Circa horum Verborum cõſtructionem duæ ſunt Grãmaticorum opiniones; alii enim eis dant accuſativum cum præpoſitione *in*, alii nolunt præpoſitionem addere, quę enim in ipſo verbo includitur, non debet ſecundo reponi. Saluſtius. *Poſtquā Catilinam fuſas copias, ſeq; cum paucis relictum videt, memor generis atque priſtinæ dignitatis, in confertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnando confoditur.* Lactantius. *Aut oblitus eſſe propoſiti videar, aut loquacitatis crimen incurrere.* Ecce præpoſitionē, quam expreſſit Saluſtius, Lactantius omiſit.

Solent & hæc verba dativum aut ablativum regere, quod poſſet pluribus exemplis probari.

Induco, *duco in*. Inerro, *erro in*. Inficio, *facio vel tingo in*. Ingemo, *gemo in*. Inhibeo, *habeo in*. Injicio, *jacio in*. Injungo, *jungo, in*. Inquiſitus, *quæſitus in*. Inſequor, *ſequor in*. Inſero, *ſero in*. Inſideo *ſedeo in*. Inſpiro, *ſpiro in*. Inſpicio, *aſpicio in*. Inſtrepo, *ſtrepo in*. Inſulto, *ſalto in*. Intendo, *tendo in*. Intono, *tono in*. Intorqueo, *torqueo in*. Invaleſco, *valeo in*. Inveho, *veho in*. Inundo, *undo in*. Involvo, *volvo in*. Inuro, *uro in*. Irradio, *radio in*. Irrepo, *repo in*. Irrideo, *rideo in*. Irrigo, *rigo in*. Irroboro, *roboro in*. Irrogo, *rogo in*. Irroro, *roro in*. Irrubeo, *rubeo in*. Irrugio, *rugio in*. Irrumpo, *rumpo in*. Irruo, *ruo in*. & alia multa.

Adduntur alia verba in quibus præpoſitio in eſt negativa

Negat actionem Præpoſitio in Verbis, & Nominibus hia. IGNAVVS, *non gnavus* Ignobilis, *non nobilis*. Ignoſco, *non noſco*. Ignomines, *qui carent nomine*. Ignotus, *non notus*. Illaboratus, *non laboratus*. Illachrymabilis, *non lachrymabilis*. Illætus, *non latus*. Illepidus, *non lepidus*. Illimis, *ſine limo*. Illiteratus, *ſine literis*, Illunus, *ſine Luna*. Immediatus, *non mediatus*. Immedicabilis, *non medicabilis*. Immemor, *non memor*. Immenſus, *non menſus*. Immeritus, *non meritus*. Immiſerabilis, *non miſerabilis*. Immodeſtus, *non modeſtus*. Immotus, *non motus*. Impenetrabilis, *non penetrabilis*. Imperitus, *non peritus*. Impius, *non pius*. Implacabilis, *non placabilis*. Impotens, *non potens*. Improbus, *non probus*. Improbabilis, *non probabilis*. Improvidus, *non providus*. Imprudens, *non prudens*. Impurus, *non purus*. Inanimus, *carens anima*. Incautus, *non cautus*. Incultus, *non cultus*. Inconſtans, *non conſtans*. Incontinens, *non continens*. Incorruptus, *non corruptus*. Indebitus, *non debitus*. Indecens, *non decens*. Indefinitus, *non definitus*. Inefficax, *nõ efficax*. Inermis, *ſine armis*. Iners, *ſine arte*. Infans, *qui non fatur*. Infinitus, *non finitus*. Informis. *ſine forma*. Infractus, *non fractus*. Ingratus, *non gratus*. Injudicatus, *non judicatus*. Injuſſus, *non juſſus*. Innocens, *non nocens*. Innumerabilis, *non numerabilis*. Innuba, *qua non nupſit*. Inobediens, *non obediens*. Inoratus, *nõ oratus*. Inſipiens, *non ſapiens*. Inſolitus, *non ſolitus*. Inſolubilis, *non ſolubilis*. Inſtabilis, *nõ ſtabilis*. Inſulſus, *ſine ſale*. Intemeratus, *non temeratus*. Intolerabilis *non tolerabilis*. Invictus, *non victus*. Inuſitatus, *non uſitatus*. Inultus, *non ultus*. Inutilis, *non utilis*. Irraſus, *non raſus*. Irreligioſus, *non religioſus*. Irreparabilis, *non reparabilis*. Irreprehenſibilis, *nõ reprehenſibilis*. Irreverenter, *non reverenter*. Irrevocatus, *non revocatus*. Et alia, quę paſſim in libris occurrunt.

Sed hic hæret Curioſitas, & ſtudioſè interrogat, *Cur in aliis vocibus* IN *ſignificatione intendat, augeatq; & ad ſubjectum reſtringat; In aliis autem evacuet, & abſolutè rejiciat? Cur in aliis poſitivè, & in aliis negativè uſurpetur?* Nullam rationem præbent Critici: putantq; indoctum Vulgus, hic prorſus, ſicut alibi, à Fortuna cœco modo propelli; & ideò, qui doctiores videri volunt, legi nolunt à Vulgo proſcriptæ obedire; ſed hæc ipſa vocabula, jam poſitivè, & jam negativè, prout locus tempuſque videntur poſtulare, recipiunt. Rem exemplis dilucido.

Cur præpoſitio in in compoſitione aliquando poſitivè, & aliquando negativè ſumatur?

Iuſti Lipſii Proteſtatio.

Verba *Indico*, & *Inſcribo* (ut ea primo in loco ponam, propter quæ cætera debent dici, vulgò ſunt poſitiva; & tamen negativè illa non ſine Veterum authoritate accipit Iuſtus Lipſius cum religioſiſsimè exclamat, *Siqua in meis libris contra Orthodoxam Romana Eccleſia Fidem, bonoſq; mores fuerint, dicta, aut ſcripta, indicta & inſcripta omnia ſunto*. Vbi *indicta* nominat, quæ non fuerunt dicta, & *inſcripta*, quæ non fuerunt ſcripta. [*]

*] Sunt, qui contra hanc Proteſtationē obmurmurent dicentes, *verbis eam æquivocis conceptā eſſe: & in oppoſitos ſenſus poſſe trahi.* Sed hanc ipſam æquivocationē tolli, & voces reſtringi per Perſonæ qualitatem reſpõdeo. Nam ſi Hæreticus pertinax diceret, *Quod eſt ſcriptum, ſit inſcriptum*, illud in uſurparetur poſitivè; at apud Lipſiū nam Catholicus eſt, nonniſi negativè uſurpatur.

Incoctus utroque modo accipitur. Significat enim. *in aliqua re coctum* apud Virg. 3. Georg.

—— *Mileſia magno*
Vellera mutentur Tyrios mentita colores.

Et *non coctum conſilium* dixit Plautus in Mil. ſcen. 2. act. 2. pro minimè digeſto, & conſiderato. *Qui quod eſt incoctum non expromit, bene coctum dabit.*

Incorporeus, Incorporalis, Incorporatus, à nomine *Corpus* deducuntur, & tamen priora negativè ſumuntur, ultimum poſitivè. Quintilianus lib. 5. cap. 10. *Ius, quod ſit incorporale*, [a] *apprehendi manu non poſſe.* Cicero 2. de Finib. *Omnis iſta corporearum rerum æſtimatio, ſplendore Virtutis, & Magnitudinis obſcuretur, & obruatur, atque intereat neceſſe eſt.* De verbo *Incorporeo* audiri poterit Solinus, qui cap. 35. ſic ſcribit. *Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, jam inde à pueris varia animalium effigies incorporantur*, id eſt, *corpori inuruntur*. Et nunc politicè *Incorporari* Civitati eſt, in numerum civiũ recipi, albo civium inſcribi: & *excorporari* expungi, & catalogo civium deleri.

a] Res Iuriſtæ in corporeas & incorporeas dividunt, nos autem melius in Reales & Morales jubemus diſtribui entitates.

Incruentus, vel *Incruentatus* Latinè eſt ſine ſanguine. Livius 7. bel. Pun. & 7. ab Vrb. lib. 10. *Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta parte militum amiſſa.* Tacit. lib. 10. *Diſceſſerunt obſeſſores (miſtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus) ſocietate prædæ, nec incruenti.* Hiſpanicè autem habet ſignificationem poſitivam: quoniam *Enſangrentado*, eſt perfuſus ſanguine.

Indoleo, de aliqua re graviter doleo.

Ovi-

b] Neſcio quid Ethnici intellexerint nomine *Divinitatis*. aſſerunt enim ſuos Deos perturbationibus obnoxios fuiſſe, a quibus Virum fortem ſubtraherent.

Ovidius libr. 1. Triſt. eleg. 8.

Tartareum dicunt indoluiſſe Deum. [b]

Et lib. 2. Triſt. Eleg. 2.

Pellicibus multis indoluiſſe Deam. [b]

Et tamen *Indolentia* eſt doloris privatio. Cicero 2. de Offic. *Vt qui rem expetendam, vel voluptate, vel indolentia metiuntur*. & 3. Tuſc. *Minimè aſſentior his, qui iſtam, neſcio quam indolentiam, magnopere laudant*.

Infamo, Famam augeo. Livius 10. bell. Maced. *Infamanda rei cauſa januam obſerari jubet*. Famam detraho. Quintilianus libr. 1. cap. 1. *Deinde, cum ſe jactaret eodem modo dicere, Senecam infamavit*.

A *facio* eſt *inficio*, inquino, & hinc *Infectus*. Eſt autem *Infectus*, & inquinatus, & non factus. In priori ſignificatione vocem accepit Seneca epiſt. 60. *Elui difficile eſt. Non enim inquinati, ſed infecti ſumus*. Ergo plus eſt infici, quàm inquinari. Plinius lib. 11. cap. 37. *Mulieribus etiam* [c] *palpebræ infectæ quodammodò: tanta eſt decòris affectatio, ut tingantur oculi*. Suetonius in Caligula. *Inventa & arca ingens, variorũ venenorum plena: quibus mox à Claudio demerſis, infecta maria traduntur non ſine piſcium exitio*. In poſteriori ſæpè etiam uſurpatur. Plautus in Capt. ſcen. 2. act. 5. *Quod malè feci crucior modò, ſi infectum fieri poſſet*. Alludit ad vulgatum adagium, *Quod factum eſt infectum fieri nequit*, quod ipſe uſus fuit in aul. ſcen. 6. act. 4. idem in amph. *Quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat*. Livius lib. 4. belli Maced. *Argenti infecti (non laborati) tulit in Ærariũ quatuordecim millia pondo ſeptingenta trigintaduo & ſignati bigatorum, ſeptemdecim millia viginti tria*. Et poſteà libr. 6. *Aureos torques MCCCCLXX. ad hæc auri pondo CCXLV. argenti, infecti; factiq; in Gallicis vaſis, non infabre ſuo more factis MMCCCXL. pondo*. &c. Sed & hoc nomine interdũ non actus ſignificatur. ſed potentia, ita ut infectum ſit ἀδύνατον, quod fieri non poteſt. Plautus in Amphitr. *Dii faxint infecta dicta re eveniant tua*, hoc eſt, *Faciant Dii, ut re ipſa infactibilia, & impoſſibilia ſint verba tua*. Salaſtius in Jugurth. *Sed Rex nihil jam infectum* (non factibile, aut impoſſibile) *Metello credens*, Hiſp. *Creia tanto a Metello, que quanto le dezia, lo daba ya por hecho*. Et hoc vocem libell. de præc. & diſp. cap. 19. num. 55. accepit meus Bernardus ſenſu, nam à Carnotenſibus Monachis interrogatus conſultiſſimè ſcribit. [*Subjungitis*. Præſertim, ſi electionis irregularitas adeò involuta ſit, & intorta, ut licet de ea corã Deo non dubitetur, coram hominibus tamen, aut vix, aut nullatenus convincatur. *Venit nunc quoque in mentem Sapiens Elogium*. Occaſionem quærit, qui vult recedere ab amico. *Quonam vos modo* irregularem *dicitis electionem, quæ caſſari regulariter non valet, aut reprobari?* [d] Et *quidem legitur*: Quod probari non poteſt mihi infectum eſt *&c.*]

c] Iezabel Virginum Hebræarum more oculos pigmento inficiebat.

d] Eadem res cenſeri facta & infecta, reſpectu diverſorum: nam apud eos, qui illam ſciunt, erit facta; & apud eos, qui illam neſciunt, infecta.

Informo eſt formam do. Hinc *Informatio*, rudis, & prima illa forma, quæ ab Artifice materiæ inducitur. Cicero lib. 1. de nat. Deor. *Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat, ſine doctrina, anticipationem quamdam Deorum, quam appellat* πρόληψιν *Epicurus: hoc eſt, ante acceptam animo rei quamdam informationem, ſine qua nec intelligi quidquam, nec diſputari poſſit*. Et ibid. *Quæ enim nobis Natura informationem Deorum ipſorum dedit, eamdem inſculpſit in mentibus*. Et tamen *Informis* ſumitur negativè, & forma deſtitutum ſignificat. Huc reſpiciens Virgilius lib. 8. Æneid. agens de Hercule & Caco cecinit.

Proverb. 18. a.

Sunt pulchra hæc Ciceronis verba: quoniã Dei, & ſuæ legis notitiam Natura (Deus) inſcripſit in cordibus univerſorum.

Cælo oſtenduntur: pedibuſq; informe cadaver
Protrahitur, nequeunt expleri corda tuendo.

Vbi obſervo Poetam profundiùs Phyſicam intellexiſſe, quam Iuniores Philoſophi, qui fingunt neſcio quam formam cadaverinam. Eam autem tu eſſe privativam affirma, & ſic defini. Cadaverina forma eſt abſentia animæ in corpore, in quo prius erat. Sed & audi Scaligerum. *Forma æquivoca vox eſt: nam & pro ſpecie accipitur & pro certa partium proportione, quibus figura conſtituitur perfectior. Hanc igitur negat in hac voce propoſitio* In, *non illam*.

De forma cadaverina. An poſitiva ſit, an negativa?

Æquus æqualis eſt: & *Iniquus* inæqualis: & hęc iniquitas poteſt tam in exceſſu, quã in defectu conſiſtere. Sumitur moraliter, pro re, quæ legem, & votum non exæquat. Livius 2. ab Vrb. *Cum æquis poſt aliquanta pugnatum eſt, invito quidem Conſule, quia loco iniquo* (qui non erat qualis ad certamen requirebatur) *ſubeundum erat ad hoſtes*. Ovid. lib. 15. Transform.

Qualis Iudex ſit, qui vocatur iniquus?

Difficilem tenui ſub iniquo Iudice cauſam.

ſub Iudice, cujus decreta leges à Iuſtitia & Senatu præſcriptas non adæquabant. Et lib. 3. Triſt. eleg. 2.

Dii, quos experior nimiùm conſtanter iniquos. [b]

vota & deſideria mea non adæquantes. In exceſſu iniquitatem (inæqualitatem) conſtituit Virg. Georg. lib. 1.

Tribulaq; [e] *trabeæq; & iniquo pondere raſtri*.

e] Particula *que* tametſi natura dicatur eſſe brevis, interdum à Poetis protrahitur, & præcipue à Virgilio, qui Æneid. 3. dixit.
Liminaq; lauruſque Dei, totuſque moveri. &c.
Aliqui ut excuſent Poetam ad cæſuram recurrunt.

Ops eſt terra: inde *Inops*, qui rebus, quibus abundat terra, caret. Vnde, & *inſepultum* ſonat, nam inſepulti terra carent.

Et

Et hinc appatet quanto conſilio Virgilius dixerit

Hæc omnis, quã cernis, inops, inhumataque turba.

ibi enim *inops* eſt carens terra.

Inora ſunt animalia, quæ carent ore. Et quidem reperiuntur in India populi, qui nominantur ἄςομοι carentes ore: ſibilantes veriùs, quàm loquentes, qui halitu, & odore nutriuntur. Vide Plinium *lib.7. cap.2.* & Agellium *lib.6.cap.7.*

ἀκρατὴς Impotens. ἀκράτεια, & ὕβρις, impotentia.

Impotentia, non negat potentiam, ſed potentiæ modum; & hoc ſenſu ab Ariſtotele inter Qualitatis ſpecies numeratur: vocatur enim *impotens*, qui affectuum ſuorũ potis non eſt; qui eos gubernare non valet, ſed à cupiditatibus ſuis vincitur, & interdum vincitur. Græcè ἀκρατὴς. Cicero 4. Tuſc. *Inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus: Impotentiam quamdam animi à Temperantia, & Moderatione plurimam diſſidentem.*

Infractum valde fractum.

Tametſi hæc viderentur ſufficere, volo paucula addere ex Erithræo, qui *in Virgiliano Indice verb. Infracta* producit Pontanum, ſe mirari à Virgilio *incana menta*, & *incurvum aratrum* appellari, dicentem: addentemque *infractum* à Cicerone poſitum pro valde fracto. Et ſic ſcribit [Non magis mihi videtur, noſtram ad Virgilium admirationem revocaſſe, quàm totam in ſe ipſum convertere, quippe qui, vir alioqui Maronis ſtudioſiſſimus, ob *infracti* verbi mentionem ad Ciceronem tranſierit, non adnumeratis etiam in ſuperioribus *Infracta*, *Infractæ*, & *Infractos* vocibus, quibus etiam Maro utitur affirmativè. Verùm, quo minùs miremur hæc ita à Poeta accipi faciunt magis verba *Incaneo, Infringo*, & *Incurvo*, ſemper etiam ab Oratoribus affirmativè uſurpata. Sed illud fortaſſe magis admiratione dignum, quod Scævola Iuris Civilis author *tit.de lib.& poſthum.* (ut à vulgata citandi ratione non recedã) leg. *Gallus Aquilius* dixit initio paragraphi *Ille caſus indifficilis eſt*, id eſt, *valde difficilis* Et eod.tit. Pomponius. *Si quis* (quod eſt initium legis) *ingravi valetudine affectus, opem ferre domino non potuerit, ſubveniendum eſt ei* ubi *ingravi* junctim legunt pro *valde gravi*. Et Vlpianus tit. *pro ſocio* leg. *Cum duobus* his verbis. *Damna* (eſt autem paragraphi initium) *quæ imprudentibus accidunt*: hoc eſt, *damna fatalia, ſocii non coguntur præſtare*: ibi enim *imprudentibus* pro *valde prudentibus* vulgò ſumunt: de quibus à nobis copioſius dicendum erit, cum Pandectarum (id eſt, Iuris Civilis) Indicem feliciſſimum edemus. Cæterùm idem Vlpianus *Increſcere*, & *Invaleſcere* magis ex uſu poſuit, ut *de aqua pluvia arcenda* leg. 1. paragr. *In ſumm.* ibi *Imbre autem creſcere eam aquam dicimus, quæ colorem mutat, vel increſcit.* Et tit. *de fund.inſtr.* leg. *quæſitam* paragr. *Sed ſi fundus* illis verbis. *Quam ſententiam quotidie increſcere, & invaleſcere videmus.* &c.]

Incanus valde canus. Incurvus valde curvus.

Ingravis valde gravis.

Imprudens valde prudens.

Increſco valde creſco. Invaleo valde valeo.

SECTIO II.

De particulis De, Di, Dis, & Re. *Quam in compoſitione vim habeant? Agit de literis: oſtenditque olim fuiſſe pauciores; & aliquas temporis ſucceſſu accreviſſe; & nonnullas adhuc deſiderari, quas tamen ab alicujus Eruditi Principis providentia exſpectamus.*

De particulis In, De, Di, Dis, & Re. *Quid valeant in compoſitione?*

MAgnam profectò confuſionem hæ voculæ *In, De, Di, Dis, & Re*, quæ jam affirmativè, jam negativè in compoſitionem immittuntur, inducunt in Linguã Latinam. Et debuiſſent providere Nomenclatores, ut in labio, aut ſaltem in calamo homonymia quælibet tolleretur. Iam quis remedium ponet? & quis, quæſo (ut loquar cum Hieronymo) mutabit labium (adde & calamum) annoſi ſenis? At quia literas vidimus in Abecedario ſuccreviſſe, nam priores homines confundebant prolationes nonnullas, quæ Iuniores diſcernunt, audere aliquis poſſet, Vocabulariũq; Idiomatis Latini, aliquo adhuc addito charactere, corrigere.

De Literis Græcis Φ *&* Υ *nec non de Latinis* B, F, H, *&* V. *Quomodo proferantur?*

In literis B, F, H, V, & Φ, balbutiebat Antiquitas, & unam proferebat pro altera Φ ſonare ut F nomina *Fama, Fanum*, & ſimilia confirmant. Vetuſtiſſimi *H* ut F proferebant, dicebant enim *fordeum, trafo, veſo* pro *hordeum, traho, veho*. Et id apud Hiſpanos percipitur, ubi enim noſtri avi *fijo, fallar farto* dicebant, nos *hijo, hallar, & harto*, dicimus. Scaurus de Orthogr. [F *olim erat in multis nominib⁹, quibus ſucceſſit* H *ut* fordeũ, fœdus, fariolus, *&c. pro* hordeũ, hœdus, hariolus, *&c.*] *Vnde* fircus, *qui poſtea* hircus *&c.* Quia inter V & B & F erat ſimilitudo, etiam *bruges* pro *fruges* apud Antiquos lego. Claudius Cæſar (nam erat eruditus) quia duplicem ſonum percipiebat in F, ut & calamo diſtinguerentur, juſſit characterem inverti ſic Ⅎ proſtant enim in antiquis marmoribus, ℲALE, ℲIXIT, SERℲVS, ℲVLGVS, pro *Vale, Vixit, Servus, Vulgus* &c. At hæc ipſamet litera cum Claudio periit, illam enim rejecerunt poſteriores Grammatici. Sicut Romani Idiomatis Orthographiam Claudius Cæſar corrigere deſideravit, ſic Chilpericus Gothorum Rex patrii Idiomatis Abecedariũ

De litera Ⅎ *à Cæſare Claudio adinventa. An ſit neceſſaria?*

au-

De literis, quas Chilpericus Rex Rhunenſi Abecedario addidit.

auxit. Nam inter Imperiales Conſtitutiones, quas Melchior Goldaſtus collegit, ſub ann. 585. notam iſtam reperio. *Addidit* (Chilpericus) *literas literis noſtris: id eſt* Ω *ſicut Græci habent;* Æ, the. V, wi. *quarum characteres ſubſcripſimus hi ſunt*, Ο, Ψ, Ζ, Π. *& miſit epiſtolas in omnes Civitates regni ſui, ut ſic pueri docerentur, ac libri antiquitùs ſcripti, planati pumice, reſcriberentur* Has autem literas Runicas, non autem Græcas fuiſſe Olaus wormius *ca. 9. de liter. Runic. pag. 62.* evidenter oſtendit.

Quanta ſemper fuerit affinitas inter C & G?

C & G eodem modo ſcribebantur olim affinem enim ſonum habent. Terentius Scaurus in Orthogr. [C *cognationem habet cum* G, *& ideò alii dicunt* caunacem *alii* gaunacem: *alii* camelum, *alii* gamelum. *&c.*] Habet etiam cum K, & ideò Græcam K nos aliquando vertimus in C, & aliquando in G ubi enim Græci dicunt *κύκνος*, nos *cygnus* dicimus; ubi autem illi κώβιος, nos *gobius*. Relucet clariſſimè hæc cognatio in nonnullis verborum præteritis; nam X nobis jam eſt CS, & jam GS *dico* enim dat *dixi* hoc eſt *dicſi*, & *rego* dat *rexi* hoc eſt *regſi* quamobrem *luxi* non debet ſemper eodem modo proferri: nam, ſi ſit à *luceo* ſonat *lucſi*, ſi verò à *lugeo* ſonat *lugſi*.

Quis illas characteres diſtinxit?

De litera Latina X, aut Græca Ξ. Quomodo proferatur?

Literam V Græci, nec conſonã, nec vocalem habent.

U vocali etiamnum carent Græci; nec enim Υ, nec ΟΥ, ipſis exactè ſonat, ut noſtrum *u*. Carent & *v* conſona; & ideò pro *v* vel β, vel ꝟ aſſumunt, ſcribunt enim βιργίλιος, aut ꝟιργίλιος. *Virgilius.* Iuniores Græci occœperunt I rotundius pronunciare, & ut hunc ſonum calamo deſignaret Pythagoras, invenit Υψιλον, quæ ideò vocatur Pythagorica, unde ait Virgilius.

> *Litera Pythagora diſcrimine ſecta bicorni.* &c.

Serò ipſa fuit à Latinis admiſſa. Cicero libr. de Orat. [Purrum *ſemper Ennius numquam* Pyrrhum, *ut patrfecerunt* Fruges *non* Phryges, *ipſius antiqui declarant libri. Nec enim Græcam literam adhibebant; nunc autem etiam duas. Et cum* Phryges, *& cum* Phrygibus *dicendum eſſet, abſurdum erat, aut tantùm barbaris caſibus Græcam literã adhibere, aut recto caſu ſolùm Græcè loqui: tamen*, *&* Phryges, *&* Pyrrhum *aurium cauſa* [*] *dicimus.*

*] Nota illud *aurium cauſa*. Ergo inter *ph* & *f*, inter *u* & *y* (aut *i* & *y*) & inter *rr* & *rrh* ſentiſcebat diſcrimen Cicero: noſtræ enim obduruerunt, & hanc differentiam nõ percipiunt.

Ergo, ſi novos Romani characteres propter novas prolationes finxerunt, cur non aut novas prolationes, aut novas ſaltem literas ut ſignificationes diſcernantur? Et quid ſi Claudius Imperator protuliſſet has leges.

Prima. *Particula* In *in compoſitione ſignificato* ad, *vel* contra; *eſto* Re iterum: *&* De, Di, Dis *ſunto* ex. *Et ideò* Modificantes *nominantor.*

De Orthographia Latina correctione.

Secunda. *Singula, ubi opus fuerit, vocabula in oppoſitam ſignificationem tranſmittunto: nempe* In, *in contradictoriam & cætera in contrariam.*

Tertia. *Vbi ſint* tranſmittentes *& labio, & calamo vocalem duplicanto.*

De Tranſmiſſione. Quæ Figura ſit; & quid præſtet in Latinis vocabulis?

Et quantum, quæſo, decorem, ſplendoremque Lingua Latina nacta fuiſſet, ſi has tres leges tuliſſet Imperator Claudius, & Populus communi conſenſu approbaſſet. Nunc enim Insvrgo, eſſet *ſurgo in*, & iinsvrgo, *non ſurgo*: Resero *iterum claudo*, & Reesero *aperio*. Et idem dicito de Reclvdo, & Reeclvdo: & ſimilibus.

De verbo Devoveo, *unde* Devotus.

Harum legum defectu ſcimus quid ſignificet *Voveo*, & quid *Devoveo*, & *Devotus*, neſcimus; nam variè accipitur, & omnis æquivocatio tolleretur, ſi tranſmiſſio vocalem duplicaret. Si ſumitur in bonam partem, *devo vori* dicetur, qui de (ex) aliorum conſortio aut cenſu ſegregatur, & ſuo Patrono (Numini, aut Mœcenati) nũcupatur. Cum autem in malam partem accipitur, & ex Claudii cogitato decreto *deevoveri* ſcribitur, erit, ut Eccleſiaſtica utar voce, qui excommunicatur, ut autem Civili, qui proſcribitur, qui ex proborum convictu ſegregatus, Divini, & Humani favoris expers Furiis & Diris conſignatur. Hiſpanicè autem *Devoveri* eſſet *dedicarſe a Dios, o a algun Principe*: & *deevoveri* eſſet *deſdedicarſe, y offrecerſe al contrario.* Modificat ſimplex verbum *De* in hoc exẽplo. Cicero 3. Offic. *Quid Agomemnon? Cùm devoviſſet Dianæ*, [*] *quod in ſuo regno pulcherrimum natum eſſet illo anno, immolavit Iphigoniam*. Virgilius Æneid. 12.

Quid ſignificent

Sumitur in bonam & in malam partem.

> *Ille quidem ad ſuperos, quorum ſe devovet aris*
> *Succedet fama, vivuſque per ora feretur.*

Et lib. 11. præcedenti dixerat,

> —— *Vobis animũ hanc ſoceroq; Latino*
> *Turnus ego, haud illi veterum virtute ſecundus,*
> *Devovto.* &c.

Livius libr. 9. *Equidem mortem pro Patria præclaram eſſe fateor, & me devovere pro Populo Romano, Legionibuſque, vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum*. Suetonius in Tiber. cap. 30. *Si de meis moribus, devotoque vobis animo dubitaveritis*. Per tranſmiſſionem *Deevovere* eſt, diris imprecationibus aliquem è felicium numero amovere, & infelicibus adnumerare καταρᾶσθαι. Virg. 4. Æneid.

> *Præcipuè infelix, peſti deevota futuræ,*

*] Varia eſt apud Authores hujus fabulæ aut hiſtoriæ narratio: non videtur fuiſſe Iphigeniam immolatam, ſed ejus loco cervam, quoniam *Metam. libr. 12.* ait Ovidius *Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerva.* Et iterum *libr. 4. Triſt.* dicens, *Hic pro ſuppoſita Virgo Pelopeïa cerva.* Deſumpta eſt hæc narratio ex Sacra Pagina; namque tota hiſtoria Iephthæ (*Iudic. 11.*) deſiguratur.

Ex-

Expleri mentem nequit, ardeſcitq; tuendo.

Et Ovidius in Ibin.

Illum ego deevoveo, quem mens intelligit Ibin.

Ironia.

Et Transformationum lib. 13.

—— *Licet exercere; meumq;*
Deevoveas ſine ſine caput.

Et eodem ſenſu in Medeæ Epiſtola deevoventur ii, quibus per ironiam dicitur,

Vivite felices fœmina virqitoro.

De verbo Deſtruo.
Sunt ei pauca in lingua Latina ſimilia. At plurima in Hiſpanica.

Verbum profectò *Deſirno*, quod verbo *Struo*, aut *Conſirno*, non contradicit, ſed eſt poſitivè contrarium, potuiſſet Nomenclatorem admonere, verba ſimilia, ſi adderentur, Latinum ornatura theſaurum. Et illorum defectu Latinè poſſe Ciceronem exprimere verba hæc Hiſpanica.

Hazer, y *deshazer.*
Decir, y *Deſdecirſe.*
Mentir, y *deſmentir.*
Componer, y *deſcomponer.*
Adornar, y *deſadornar.*
Alumbrar, y *deſalumbrar*, o *deslumbrar.* (*deslumbrarſe*, Lat. *adlucinari.*)
Coger, y *deſcoger.*
Alabar, y *deſalabar.* [Verbum *dilando*, quod poſſet, aut deberet eſſe Hiſpanicè *deſalabar*, pro verbo *alabar* uſurpatur.] &c. [*]

*] Illud *di* in verbo *dilando* eſt intenſivum, & auget ſignificationem. Græcè ἐπαινέω, Gallic. *Louer fort, ou en pluſieurs manieres priſer*, Cicero libr. 6. Attic. *Et ego audebo legere unquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, ſi tale quid fecero?*

Prometer, y *deſprometer.*
Bautizar, y *desbautizar* (*desbautizarſe.*)
Mandar, y *deſmandar* (*deſmandarſe*)
Dorar, y *deſdorar.*
Honrar, y *deshonrar.* (Lat. *Decus* & *Dedecus*: & inde *decorare*, & *dedecorare.*)
Conocer, y *deſconocer.*
Engañar, y *deſengañar.*
Enſeñar, y *deſenſeñar* (Lat. *dedocere.*)
Apprender, y *deſapprender* (Lat. *dediſcere.*)
Aconſejar, y *deſaconſejar.*
Cubrir, y *deſcubrir.* (Lat. *detegere.*)

Et centena alia, quibus

Comer, y *deſcomer.*
Beber, y *desbeber.*

D. Franciſcus de Quevedo jocosè addidit, qui seriò aliqui, qui ejus ingenio delectantur, admittunt.

SECTIO III.

An ſint Nomina, quæ ſcribi non poſſint?

Vnde proveniat quod voces ſcribi non poſſint?

EX multis poterit evenire capitibus, ut nomen Inſcribile: præcipua autem ſunt Pronunciatio & Significatio: & hęc in extrema excellentia & Vtilitatis ſubdividitur.

Et prima ſunt Animalium voces, quas *Sigalion* nullius Linguæ characteribus exprimas: nam licet Oves videantur pronunciare *Be*, Feles *Mi*, Canes *Ru*, Cuculi *Cu*, & aliæ beſtiæ, aut volucres alias Abecedarii noſtri literas, illas purè non proferunt, ut quotidie experimur. Et quidquid ſit de his paucis literis, plerarumque Avium voces, nec Grammaticis characteribus Criticus, nec notis enharmonicis Muſicus poteſt indigitare.

De Animalium vocibus. An poſſint characteribus exprimi?

Sed nec hominum voces, etiam ſignificantes, poterit quiſque ſcribere. Habent enim Hebræi literas, quibus Europæi carent: & habent Latini & Græci literas, quas proferre aut ſcribere Turca aut Perſa non valeat. Hinc ex loquelâ noſcitur cujus nationis quiſque ſit. Vel dicito, quis Græcus aut Latinus, quis Hiſpanus Germanus ſcribere propriis characteribus poterit, vocem עין AIN *Oculus*. Eſt nomen literæ, quam Authores diverſimode exponunt. P. Ludovicus à S. Franciſco *in Globo libr. 1. cap. 3. pag.* 41. ait eam vocari *Ain*, vel *Gnain*, valere *Gh*, vel *He*; in margine hoc Scholium ſcribit. *Difficilior pronunciatu; vel* Hain *cum aſpiratione, vel* Ain *ſine aſpiratione, ſolùm vivâ voce exprimi poteſt, & eſt Gutturalis.* Non ergo habent Europæi literam, ut illam ſcribant. Et idem de ח *Heth* audebo dicere. Idem de צ, *Tſade*, quam Iſmaelitæ à ס *Samech* non diſtinguunt.

Pleraque omnes gentes habent pronunciationes quaſdam proprias, quas alienis lingua exprimere, nec characteribus poſſint ſignificare.

Propter alicujus rei excellentiam poterit ejus nomen, ſicut non pronunciari linguâ, ſic nec calamo ſcribi. At ineffabile Dei nomen יהוה voluerunt non proferri Rabbini, & tamen permiſerunt ſcribi. Omnes in eo literas eſſe conſonas, & carere vocalibus, & ideò illud ſcribi poſſe aſſerunt, pronunciari non poſſe: ideò enim conſonantes vocantur illæ literæ, quia ſine vocalibus ſonare nequeunt. Et hoc nomen ipſiſſimum IEOVA à Latinis ſcribitur: ut alio modo ſit mirabile; omnes enim & ſolas vocales continet ſine alicujus conſonantis conſortio. Sed de hoc jam alibi.

De Dei tetragrammato nomine.

Si Hebraicis ſcribatur literis, nullam prorſus vocalem; ſi Latinis, nullam conſonam habet.

Idem nomen, quaſi per literarum compendium eſt יה *Ia*; & quia hæ ipſæ literæ Theologicè & Arithmeticè ſumi poſſunt [Theologicè enim ſonat *Deum*, & Arithmeticè (15) numerum Quindenarium: nam Hebræi, ſicut & Græci & Romani literis utuntur, ut numeros in ſupputatione repræſentent] ob Nominis Divini reverentiam ubi ſcripturi XV ſunt, tametſi *Iod* ſit decem, & *He* quinque, nolunt ſcribere יה: ne Sacroſancti Numinis nomine abuti in rebus profanis dicantur. P. Ludovicus de Sancto Franciſco in

Nomen Dei abbreviatum.

* *Abecedarii literis Græci, Latini, & alii Europæ populi numeros ſignificabant.*

Quomodo Hebræi numerum 15. ſcribant?

Grammaticæ ſuæ Hebraicæ quam *Globum* dixit, *libr.* 1. *cap.* 8. *pag.* 59. hæc habet. *Hebræi, à quibus Græci, & Chaldæi mutuantur, per Alphabeti* (lege, *Alephbethi*) *literas numerant, eiſque utuntur notis; & non ut Latini, qui ciphris* [a] *ſignant quas* ספירה SEPHIRA [b] *dicunt* &c. *Pro quindecim non ponunt* יה (10. & 5.) *cum unum ex Divinis Nominibus ſit; ſed loca illius ponunt* טו (9. & 6. quod etiam dat) 15.

Vnde Ciphra *dicatur.*

a] ספר, SAPHAR eſt *numerare*, & inde nomen *Ciphra*, univerſis gentibus notum, deducitur.

De Rabbinorum & Cabaliſtarũ Sephiris.

b] In ſingulari ספירה SEPHIRA, & in plurali ספירות, SEPHIROTH, ſunt mirabiles ſub Deo Intelligentiæ, fictæ a Rabbinis de quibus ſcripſi ſpeciale ſyntagma.

Vnde & quando notæ Arabicæ in Europam tranſierunt?

Notas Numerorum Arabicas (quarum collectionem *Guariſmum*, quaſi Arabiſmum nominamus Hiſpani) Africani, qui Alfonſo Sapienti, Regi Hiſpaniæ, in Aſtronomicarum Tabularum conformatione ann. 1240. ſerviverunt à calculo, in noſtram Europam tranſmiſerunt. Vide in noſtra Arithmetica Meditationis Procemialis art. 14. num. XXXIV. pag. LXXI.

De illo, qui Epheſinæ Dianæ templum incineravit.

Sed, & propter ignominiam interdum non ſcribuntur aliquorum Virorum Nomina; & , ſi ſcripta ſint expungi & deleri jubentur. Sic Græcorum decreto juſſum, & nomen illius, qui Epheſiæ Dianæ templum incineravit, nullibi ſcriberetur, ut qui famæ æternæ ambitione facinus id commiſerat, æternæ oblivionis pœna condemnaretur.

SECTIO IV.

De Vocibus ſemiſcribilibus. *An ſint aliqua, quarum primam ſcribi ſyllabam Pudor toleret, & tamen reliquas apponi non permittat?*

Quæ indecenter dicuntur, etiam indecenter ſcriberentur.

SVNT in Civili Lingua voces ſemidicibiles, ut *Art.* VI. *Sect.* X. expoſuimus. Erunt igitur, & ſemiſcribiles, & de his proderit impræſentiarum diſputare.

Appellativa profectò omnia, quæ dici non poſſunt, non ſcribi debent. Interdum autem, quia ratio carminis, aut narrationis poſtulat, ut non neſciantur, ut Lector notitiam neceſſariam admittat, & Scriptor leges Pudicitiæ non temeret, priores ſordidæ, aut malæ ſonantis literas, omittens poſteriores, ſcribit, ut rem non quidem dixiſſe, ſed tantum inſinuaſſe cenſeatur. Occurrunt ſæpè exempla, unum produco.

De agitatione taurorum. Vnde hic ludus in Hiſpaniam venerit?

In agitatione taurorum (quem ludum ex Africa Mauri Arabes in noſtram Hiſpaniam tranſmiſerunt) ſuperbè & arroganter quidam taurus Germanos Regiæ Cuſtodiæ milites invaſit, & ſiqui obſiſtere voluerunt, vulneravit. De hac riſu digna tragœdia duo Licenciatus Burguillus ſcripſit Epigrammata, quorum alteri finem imponunt iſthæc Triſti. ha:

Andet taurus in milites.

Tu ſolo al Vulgo miſero vengaſte
De tanto palo: y con tu media eſphera
La Tudeſca Nacion atropellaſte,
Pues deſgarrando tanta calça y cuerra,
Tantas con el temor calços dexaſte,
Tan amarillas dentro, como fuera.

Hemiſphæriũ in tauro, quid ſignificet?

Taurum adloquitur: cujus arma, ſeù cornua, *mediam ſphæram*, hoc eſt *ſemicirculum*, propter ſimilitudinem, nominat: & quia viſcera ſolvit timor, invaſos, & ſaucios illos milites fæmoralia proprio excremento maculaſſe, aſſeverat; & quia uti nominibus ſordium propriis non licuit, in verſu ultimo ſignificavit circumloquio à voce excrementi deſumpto. Liberiùs lingua in altero proceſſit Epigrammate, ſed quia pudebat calamum ſcribere, quæ dictabantur, vocem incompletam reliquit. Verſus ipſus propono.

Vtrùm vocem incipi modeſtia toleret, quæ non niſi ſine imodeſtia abſolveretur.

Que como el polvo entre las nubes pardas
No le dexaba executar ſus tretas
Por tantas partes, ſe meto en las guardas.
Que muchos, que moſtraron las ſecretas!
Y en vez de las rompidas alabardas
Llevaban en las manos las bra. &c.!

Adjectivum, Subſtantivum ſupponit.

Loquitur de eodem tauro. In illo epitheto *ſecretas* ſubintelligit *partes*; hoc enim ſubſtantivum in verſu immediatè præcedenti præceſſerat, ut rideat milites, quorum taurus inferiores veſtes dilaceravit.

Nomen Bra. &c. quomodo proferatur?

Vltima dictio eſt *Bra. &c.* non abſolvitur; quia illa vox, ſi abſolvatur, eſt indecens; & inſinuari potuit; at tota pronunciari non potuit. Sed inquis, obeſſe poterit modeſtia & pudicitia hæc ſenſui; ſunt enim multæ voces, quæ ab hac ſyllaba incipiunt

Quot ſyllabas habitura ſit?

& in tanta ſimilium multitudine Lector facilè adlucinabitur. Ego autem, ut æquivocationem, aſſertamque multitudinem vocum admittam, præberi negabo occaſionem errori, quoniam per duas illa circumſtantias reſtringitur; nam primò, cum Hendecaſyllabi, Heroici verſus ſint, neſcire nequit Lector *Bra. &c.* eſſe vocem triſyllabam. Et prætereà, cum ſecundus, quartus, & ſextus verſus conſonent, à vocibus *tretas*, & *ſecretas* poſteriores in voce *bra. &c.* ſyllabæ deſumuntur.

Quas etiam literas?

SE-

SECTIO V.

De Palimpſeſtis. *Quid ipſi ſint; & quibus uſibus ſervire poſſint?*

FOrtè res, fortè & nomen ignotum eſt tibi, Amice Lector, & Ego, ut utrũque (rem, & nomen) dilucidem, nihil vel mihi facilius, vel tibi utilius poſſum facere, quàm exhibere exemplum Epiſtolæ, quam nuper Auguſtiſſimo (doctiſſimo, & eruditiſſimo, debebam dicere) Romanorum Imperatori, Ferdinando III. Viro incomparabili inſcripſi. Erat Titulus Libri PALIMPSESTVS; illumq; Optimo Mœcenati nuncupabam his verbis.

De Inſcriptione hujus libri.

TE ſtatim moratur Libri Inſcriptio: ſuos enim Eruditi Scriptores generoſi condecorant nominibus, eiſque æternitatem pollicentur.

Quam non imber edax, aut Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Quid Palinxeſti ſint?

Et tamen ego noſtrum, quia nec ſecuritatis ἐφημερίδα accenſeo, ideò Παλίνξηστον [illegible]: Sunt enim Παλίνξηστοι in Scholâ, ſi diverſo concipiantur reſpectu, *Somnia, Ecſtaſes*, aut etiam *ſingulares ſententiæ*; quod intelliget, qui lucem, non ab Vmbrâ, ſed à Sole recipiat. Attende.

Triplex obſervandi Solem modus.

Sol, Cæleſtium Luminarium Princeps, tribus modis; videlicet, per veros, per fractos, aut per fictos radios ſuſpicitur. Sanè per veros rarò, & extra Zonam Torridam nunquam; nam Refractiones, quas ſupra quadrageſimum-quintum Altitudinis gradum Tycho Brahæus progredi nõ permiſit, Ioannes Dominicus Caſſinus promovet & ad nonageſimum uſque deducit: Sol igitur in ſolo eſt vertice, quem *Zenith* Arabes Mathematici nominant Refractionum immunis. Ergo conſtitutus in vertice per radios rectos, veroſque; & per fractos extra culmen reſpicitur, ſed reſpicitur: ſive enim ſummum locum obtineat, ſive in depreſſioribus hæreat, illum ipſum, & non eius obſervamus imaginem. At aliter contingit in Παρηλίῳ: non enim in eo Solem, ſed Solis obſervamus Effigiem.

Quo uſque Refractiones ſe inſinuant?

Quid Zenith ſit?

Non in Parelio Sol, ſed ejus imago ſuſpicitur.

Veritas Sol. An & cur tribus modis adluceat?

Hinc ad Scholam redeo. Veritas, Cæli Literarii Sol eſt: & ipſa per rectos, fractos & fictos radios vigilanti & ſtudioſæ menti adlucet: non enim ſemper rectè, ſed interdum obliquè. Rectè ſuſpicitur, cùm intuitivè; rectè, cùm evidenter; & rectè cùm demonſtrativè. Hic cognoſcendi modus inter naturales eſt ſummus, & aliorum reſpectu conſtituitur in verticè. Obliquè veritas, & per radios fractos proſpicitur, quando obſidetur vaporibus Probabilitatis: quæ enim ab evidentia realiter, moraliter à Probabili cognitione pertingitur; quoniam Aſſertiones Probabiles, ſunt virtualiter Certæ: nam in morum regimine ita ſe habent, ac ſi omninò eſſent veræ. Fictè tandem apparet, ubi nec Certitudo, nec Probabilitas Veritatem proponit; ſed Fallacia, aut Illuſio quamdam falſam protrudit veritatis Imaginem: ubi non Ἥλιον, ſed Παρήλιον ſtudioſi perſpiciunt.

Quando noſcatur rectè? Quando obliquè?

Probabilia ſunt certa virtualiter.

De cognitione falſa aut ficta.

Profectò, ut ſine Refractione Solem rarus reſpicit, ſic veritatem pauci per rectas lineas; & non per obliquas obſervant: & ideò pauci certas Doctrinas tradunt, & plerique omnes Probabilibus ſolent eſſe contenti. Hîc non hæreo. Quoniam Veritatem ipſam aut Probabilitatem attingere, in Practicis perinde ſit. At quia Παρέλιοι non ſunt Soles, ſed imagines; & interdum tam ſimiles, ut in diſcretione vel oculatiſſimus adlucinetur; Veritatis ſereniſſimus Sol ſuos pingit in nubibus Intellectus Παρηλίους; ſibi tam ſimiles, ut ab aliquibus pro vero Sole admittantur: tam indiſcreti, ut Solem ipſum haberi interdum pro Παρηλίῳ contingat.

Cur pauci doctrinas certas & indubitatas tradiderint?

An Parelii ſint Soles?

An Soli ſimiles?

Scribant alii (aut ego alibi) Ἡλίους Veritates Sole Meridiano clariores; Hoc præſtiterint, quoniam *Pacificum mare*, quod vocant præternavigant, ubi nullis agitatur procellis Intellectus Oceanus; at nos, qui Bonæ Spei *Promontorium* ſubîmus, Παρηλίους, quos contemplamur mente, his calamo repræſentemus. Si illos ſomnia eſſe dixeris Scipionis ſomnium plenum eſſe optimæ doctrinæ reſpondebo: addamque תרדמה *Therdemah*, quod multi vertunt *ſomnium*, iis eſſe ἔκστασιν, qui accuratiùs ſcribunt. Ergo, ſi *Iter Ecſtaticum*, eſt doctiſſimus Liber, non carebit ſuâ laude iſte meus, qui Ecſtaticas Meditationes in materiâ tam communi, quàm obſcurâ deſcribit. Sunto in ipſis Reſolutiones Singulares. Quid mali? nam permittuntur hodie imprimi Reſolutiones ſingulares Author enim, qui illas eſſe ſingulares fatetur, non eas ut morum Regulas, juxta quas ferri ſententiæ poſſint; ſed ut reas, quæ examinari & iudicari debeant, ad Tribunal adducit. Et licet illas ſingulares nominare ſuffecerit, clariori & ſignificantiore vocabulo eas Παλιγξήστους appello; & nominis rationem exprimo.

De Mari Pacifico, & Promontorio Bonæ Spei.

An doctè quis ſomniare poſſit?

Somnium Ἔκστασις Therdemah.

Iter Ecſtaticũ.

An & cur liceat Opiniones ſingulares ſcribere?

De Palinxeſtis.

Porrò vox Παλίγξηστος, quæ apud

Catullus ad Varum Epig. 29

Catullum invenitur, à *πάλιν. iterum*, & *ξέω*, *rado* deducitur; & in Cæſareo Iure *leg. Charta. ff. de bonorum poſſeſſ.* ſpeciali conſideratione *Charta deletitia* vocatur; quòd ipſi inſcribi ſoleant, quæ extare permittuntur, ſi placeant; & abradi, delerique iubentur, ſi diſpliceant.

Charta Deletitia quæ ſit?

Litera Iudiciales quanam ſint?

Vocantur ergo Παλι'ξηςοι, hæ noſtræ ſingulariſſimæ Reſolutiones, quòd bivio expoſitæ, inter A & C. literas iudiciales morentur: & æquo à Lectoris candore animo Abſolutionem, aut Condemnationem exſpectent.

Cur Palinxeſti noſtri Reverendiſs. P. Raymundo Capiſucco inſcribantur.

Sed cur Reverendiſſimo & Doctiſſimo Viro, P. Raymundo Capiſueco ipſas nuncupo. Quia hodie Illuſtriſſimi Domini Gabrielis Adarzo Santander, Hydruntini Archiepiſcopi, prudentiſſimi & doctiſſimi Viri, recepi literas, in quibus lineam hanc, quia mihi perplacuit, ſubduxi, *Mire V. S.* inquit ille, *ſi tengo razon: y ſi la tuviere, pongoſe de mi parte*. Preces ſunt juſtiſſimæ, quas profundit Illuſtriſſimus Præſul; & me dirigunt, ut ſciam, quid optare & poſtulare debeam: Amicos enim Viri probi veneramur in Deo, Deum in Amicis; & eſſemus huic & illis injurii, ſi aliquid iniquum peteremus. Ergo hac Idea præventus, ad Apoſtolici Palatii Magiſtrum oculos convertam, & ſic inquam. *Es (amigo y Señor) mi pretenſion muy juſta; porque es muy moderada, y ſe contiene en los terminos de la Iuſticia. Hagame pues merced de leer aqueſte Palinxeſto, Donde no tuviere razon, ſi ſon lineas, las borre; ſi ſon ojas, las raſgue; ſi ſon pliegos los cierre: porque no es mi intento enſeñar coſa ſin fundamento. Pero, ſi la tuviere, o donde la tuviere, pongaſe de mi parte*. Simili profectò animo librum ſuũ ad Fauſtinum (Amicum & Mœcenatem ſuum) dirigebat Martialis: nam *libr. 4. Epigr.* 10. ſic exclamat.

Quanam ab amicis poſtulare poſſimus?

Quid Author à Magiſtro Sacri Palatii poſtulet?

Curre; ſed inſtructum comitetur pumice librum
Spongia: muneribus convenit illa meis.
Non poſſunt noſtros multa Fauſtine lituræ
Emendare jocos: una litura poteſt.

Quos Ego numeros, (quia apud Sebaſtianum Covarruvias *in Lingua Caſtellana Theſauro: verb. Borrar*, legeram, *Para borrar una coſa muy de propoſito, ſuelen ſacar todos los algodones o pelos del tintero, y paſſarlos por encima:*) ad iſtos Hiſpanos reduxi.

Si alguna letra huviere,
Que menos bien (Señor) te pareciere,
A cuchillo la paſſa [a]
Porque, ſi ella ſe araſa,
Ceſſara la moleſtia,
Que dan letras, que corren ſin modeſtia.
Mas, ſi algunas dicciones
Mal unidos formaron los ringlones,
Que van en eſta plana;
Moja la pluma en tinta [b] *corteſana,*
Y borra las ſentencias,
Que eſcribimos ſin juſtas advertencias.
Pero ſi fueren muchas,
Las mal formadas clauſulas, que eſcuchas,
Y ya la ſalvadera no pudiere
Encubrir con los polvos, que virtiere,
Sus yerros y borrones;
Podra hazerlo el ſincero,
Iuez en eſta occaſion recto y ſincero,
Hechando en el papel los algodones.

a] Radi ſolēt cultello literæ quæ debent vel auferri, vel corrigi.

b] Intra Modeſtiæ & Urbanitatis terminos poſſunt impugnari Concluſiones, quæ diſplicēt: ſoli enim, qui carent ſyllogiſmis, ad injurias recurrunt.

An ubi de Matrimonio Authores nobiliſſimi diſputant adluceſcantur?

Quæ Reverendiſſimo Patri Apoſtolici Palatii Magiſtro, dixerim, univerſis Viris bonis ſint dicta. Non unum Ego, non duos, non quatuor, non multos, ſed pleroſque omnes hic Doctores adlucinationis incrimninor. Audax profectò facinus: quod fidem non extorqueat, ſed riſum excitet. Conatus verè ἄμισος: in quo, ſi fortè voto non correſpondeat exitus (*Nam caret eventu Spes bona ſæpe ſuo.*) non poterit profectu & utilitate carere. Hunc ergo (eruditi Lectores) Παλι'νξηςον, quem exercitii causâ ſcripſi; attentâ lectione honorate: & ſiquid occurrat, cujus falſitas, manifeſta ratione poſſit aut authoritate refelli, illud ipſâ adductâ liberè obliterate, & privatâ poteſtate delete. Sed illam vocem *manifeſta* perpendite: fateor enim multas & mihi notas incertas rationes occurrere, quæ poſſint obiici. Ergo ſi quis ex incertis fundamentis hos meos Παλινξήςȣς impugnet, hæc ipſa intempeſtiva Impugnatio mihi erit omninò Παλι'νξηςος.

Qua doctrina & qua etiam impugnationes Παλινξηςοι cenſeantur.

Poſt Scriptum.

Cui ſcribatur hic Liber?

Adhuc Te moror, Lector mi, & poſtulo, ut relegere velis hujus Prologi Titulum. *Ingenioſo Doctori* ille inſcribitur; ut ſcias. An Tibi loquatur, an ſileat? Te unum manet hujus Controverſiæ Deciſio; Quoniam An præditus ſis memoriâ acutâ, an & obtusâ mente, non examino: Iudicium enim de tam occultâ & odioſâ materiâ Tuæ Prudentiæ relinquo. Moneo tamen ſæpe non eſſe doctos, qui vocantur *Doctores*, quoniam in omnium rerum Ordines ſe inſinuant Relationes ſecundum dici. Interim, ſi diſcipulus ſis, cur noſtros Παλινξήςȣς leges? Si facere id volueris,

An omnes Doctores ſint docti?

De entibus ſecundum dici.

tem-

Digitized by Google

Cur liber hic à Diſcipulis non ſit legendus.

tempus prodiges; nil enim Tibi ſcribo. Proſtant alii nobiliſſimi Authores, apud quos doctrinam communem, & ſecuram invenies. Si ſis Magiſter; jam eruditiſſimos aliorum libros legeris, & quæ ab ipſis fuerunt ſcitè tradita, jam didiciſti.

Et cur à Doctoribus ſit?

Tibi igitur meus ſudat calamus; Tibi ſonat mea vox; Tibi aperitur iſte Liber; Non enim indigeo Diſcipulis, quos doceam; ſed Magiſtris, à quorum ingenii dexteritate manuducar. Dubia pono non Placita; [*II*] quia pro neutra contradictionis parte ſto; ſed rationes ambigendi proponens, paratus ad alterutram, illam inibo viam, quam fortè mihi doctiorum providentia deſignet.

Cur non Placita & Reſolutiones proponantur ſed dubia?

Vt adfirmem hæc Dubia, certiſſima paſſim fundamenta ſuppono, quæ non patiar Παλινξήςοις adſcribi interim, quia Humana certitudo interdum claudicat, illa adhuc ipſa aliorum Iudicio, & Prudentiæ ſubmitto. Ergo Auguſtiſſime Cæſar. &c.

An debeant certa Palinxeſtis adſcribi?

SECTIO VI.

De Circumſtantiis, quæ in inſtrumentis publicis pro non ſcriptis haberi debent.

Contractus conditionatus purificata conditione tranſit in abſolutum.

OMnis tenet Conditio ſtando Naturali Iuri, adeoque niſi illa purificetur nullus conditionatus contractus tranſire in abſolutum poterit. Quam ob rem, qui contractum fundat conditione impoſſibili, cenſendus eſt, aut illam judicaſſe poſſibilem, aut abſolutè non voluiſſe contrahere.

De conditione impoſſibili.

Interim re benè perſpecta Imperatores, quia cum dedecore legum conditiones interdū turpes q; contractibus imponebantur, ut ſic contrahentes punirentur, ut in contractibus illæ haberentur pro non poſitis determinarunt. Quam ob rem ſequentes Concluſiones conſidera. Sit

PRIMA. *In ſponſalium, & Matrimonii contractu nullus Princeps (Eccleſiaſticus, aut ſæcularis) poteſt jubere ut contractus ſit validus, & circumſtantia turpis habeatur pro non poſita.* Licèt enim impedimenta, dirimentia quæ vocant, poſſit ponere Eccleſia, ut fatentur univerſi Theologi; & Archiepiſcopus Pragenſis (fortè & alii) etiamnum ponat; nam eſt antiqua praxis illius Cancellariæ in Matrimonii materia imponere præcepta ſub pœna nullitatis.

Sponſalia, & Matrimonia nō fiunt ſine conſenſu.
De Matrimonii impedimentis.

An ab Epiſcopis imponi poſſint?

Non tamen jubere Eccleſia poteſt, ut aliqui, etiam ſi nolint, aut votum emittant, aut matrimonium contrahant. Quam ob rem in hac dicendi formula *Ego te in maritum adſumo, ſi vis occidere Semphronium*, mentem ſuam ſponſa ſufficienter declaret, nec poteſt dicere Eccleſia habeatur conditio pro non dicta, aut non ſcripta; nam, ſi illa non purificatur, non vult ſponſa contrahere.

Vide Theolog. Fundamentale fundam 36. in Quæſt. conditionato cōtractu n.15.

SECUNDA. *In teſtamentis conditio turpis virtualiter eſt non ſcripta, hoc eſt, in omni judicio illa non ſcripta cenſetur.* Probatur, quia ſic ſanctiſſimæ leges diſponunt. Sed difficultas eſt, *An ubi circumſtantia habetur pro non ſcripta, adhuc teſtamentum, aut legatum debeat in ſuo valore perſiſtere?*

De conditione turpi.
Haberi debet pro non poſita.

Dignentur aperire hic Lectores oculos; multæ enim ſuboriuntur difficultates, quæ malè intellectæ cum injuria eorum, qui condiderunt teſtamenta, aut alios contractus fecerunt, deciduntur.

Monitum Iudiciale.

TERTIA. *Si circumſtantia turpis* (N.B.) *eſt conditio ſine qua non promiſſionis, donationis, legati, &c. illa pro non ſcripta habetur, & promiſſio, donatio, legatum &c. dirimitur: cæterum, ſi ponatur, non jam ut conditio, ſed ut onus, promiſſio, donatio legatum, &c. tenet, & illa deleta, promiſſarius, donatarius, legatarius, &c. ab obligatione rem turpem faciendi, liber omninò declaratur.*

Circumſtantia turpis haberi debet pro non ſcripta. An, & quando contractum dirimat?

Et dignentur, quæſo, Iudices hanc Concluſionem accuratè perpendere; multi enim errores ob doctrinam de circumſtantiis turpibus, quæ habentur pro non ſcriptis, male intellectam, committuntur.

In omni contractu Civili ſtandum eſt legibus: nempe conſuetudine & populi aſſenſu firmatis.

Oportet ergo ſcire in omni contractu, *Facio & facies*: lex quæ alteri imponitur habere vim conditionis, aut oneris; ſi primum, contractus nullus eſt, niſi purificetur conditio; ſi ſecundum contractus eſt validus, & poſtulat circumſtantiam impleri.

Circumſtantia in contractu, vel ponitur ut conditio, vel ut onus.

Pono exemplum. Titius in teſtamento ſuo ſcripſit hanc clauſulam, *Lego centum Aurelio hac lege, ut Pomponium occidat.* Et aſſero eſſe æquivocam & reddere poſſe duos ſenſus, vel enim erit, *Lego centum Aurelio, ſi Pomponium occiderit,* vel hunc, *Lego centum Aurelio cum onere, ut Pomponium occidat.*

Quo ſint inter conditionem, & onus differentiæ.

Si primum, legatum eſt conditionatum, & non tenebit, niſi purificetur conditio. Et, ſi Reſpublica nolit ut illa purificetur, etiam nolet, quod illeſtet. Et, ſi illam pro non ſcripta habeat Reſpublica, etiam hunc haberi volet pro non ſcripto. Si ſecundum dicatur, legatum erit onerōſum, & in valore ſuo non pendebit ab onere: quam ob rem, ſi onus illud pro non ſcripto habeat Reſpublica, manebit in ſuo valore legatum, & legatarius erit liber ab implendi oneris obligatione.

Contractus ſublata conditione dirimitur, at ſublato onere nō dirimitur.

His præmiſſis ad Concluſionem redeo: &, quia duas habet partes, ſic priorem oſtendo & perſuadeo. *Cauſa eſt conditio ſine qua non, ut ponatur effectus.* Ergo (1) *ubi non ſit cauſa, non erit effectus.* Ergo (2) *ceſſante cauſa, ceſſabit effectus.* Eſt doctrina generalis, & æquè in phyſicis, ac moralibus verificatur. Ita *in leg. adigere. §. quamvis. D. de jure patron. leg. ſi pater. D. de hæred.*

De cauſa, & effectus connexione

in-

Hic non permanet illa ſubluta.

inſtitut. l. generaliter. C. *de Epiſcop. & Cler. leg. cum te.* C. *de pactis inter empt.* nec non *cap. magna de voto, & cap. cum ceſſante de appellationibus.* Et ex hac doctrina P. Gabriel à S. Vincentio *in conſil. reſp.* 50. *pag.* 108. *a.* & alii, magnas conſequentias deducunt.

De fine legis adaquato. An ceſſante fine ceſſet etiam legis obligatio?

Finis eſt cauſa legis. Ergo *ceſſante fine adaquato legis, ceſſat legis obligatio nempe, ubi ceſſet ille in communi, ceſſabit & hac in communi, & ubi ceſſet ille in particulari, ceſſabit hac in particulari.* Ita Granadus *in* 1. 2. *contr.* 7. *tract.* 3. *part.* 2 *diſp.* 15. *ſect.* 2. Hurtadus de Mendoza *in* 2. 2. *tom.* 1. *diſp.* 74. *ſect.* 3. §. 26. Diana *part.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 96. & *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 28. & *part.* 7. *tract.* 10. *reſol.* 33. Coronius *in ſumm. verb. lex. nu.* 18. & eſt doctrina in Schola communis: quam firmat Rota *deciſ.* 50. *num.* 10. & 7. & *deciſ.* 55. *num.* 1. apud Farinacium *part.* 1. *recent.* docet enim, *Quod ceſſante cauſa obligationis, ceſſat obligatio. Quod ceſſante cauſa promiſſionis, ceſſat promiſſio. Quod ceſſante cauſa excluſionis, ceſſat excluſio.* Ita *deciſ.* 463. *nu.* 11. ex quibus omnibus infert *loc. cit.* P. Gabriel, *Quod ceſſante cauſa, propter quam bona, qua aliàs erant communia, fuerant humanitùs diviſa, ceſſet ipſa diviſio.*

Variæ Corollarium inferuntur.

De beneficii cauſa.

Et hinc intelligi poterit Cæſarei Iuris Regula LXVIII. videlicet. *In omnibus cauſis id obſervatur, ubi perſona conditio locum facit beneficio* (eſt cauſa totalis beneficii) *ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat.* Paulus *lib. ſingul. de dotis repetit.* [Ab aliis citatur idem Paulus *libr. de adſignat. libertor.*]

Ceſſante onere contractus, non ceſſat valor ejuſdem contractus.

Ex priori noſtræ Concluſionis parte deducitur manifeſtè poſterior; quoniam, ſi onus adjunctum non eſt cauſa donationis, ceſſante onere non ceſſabit donatio. Et hanc ob rem, ſi Titius in ultimæ voluntatis tabulis, ſcripſerit, *Lego domum talem Euſebio, cum onere ut in ea venientes ad ludendum admittat.* Si nolit in ea ludum permittere, non ideo legatum erit nullum, ſed videndum, an circumſtantia illa ludi, turpis ſit, aut honeſta. Si honeſta, manet legatum, & debet cogi Euſebius, ut ſatisfaciat oneri. Si turpis habetur pro non ſcripta, & quia non eſt conditio, aut cauſa legati, illud in ſuo valore perſeverat.

An ludus ſit circumſtantia turpis?

An projicere in mare cadaver, turpe ſit?

Ex hac doctrina in Iure multa modificantur. Nam *leg. quidam in ſuo* 27. *de condit. inſtit.* hoc teſtamentum in examen vocatur, *Titius meus hæres eſto, ſi reliquias meas in mare projeceris.* Et habetur circumſtantia pro non adjecta, quoniam cenſetur impia: & quia non eſt conditio, nec cauſa, ob quam Titius inſtitutus eſt hæres (& nota id benè) manet Titius hæres, ſine obligatione projiciendi cadaver in mare. Nec aliter *in leg. ſervo alieno de legib.* 2. & *leg. Titio* 10. §. *centum relicta.* D. *de condit.* legatum notabile Titio relinquebatur, *ſi à monumento non diſcederet*, quæ ſimiliter circumſtantia habita fuit pro non ſcripta, nam viſa eſt turpis; & legatum tenuit; non enim, opinione Iudicum, ab illa circumſtantia ut à cauſa totali dependebat.

An manere apud ſepulchrũ turpe ſit?

Quid turpis circumſtantiæ nomine intelligatur?

Sed quid turpis circumſtantiæ nomine debet intelligi? *Turpis circumſtantia illa dicitur, quæ aut peccatum involvit, aut ſine indecentia, aut dedecore poni non poteſt.* Et tunc apud Viros ingenuos cenſetur impoſſibilis. Vt enim habet lex *nepos Proculo* 125. *de verb. ſignific.* omnia, quæ contra leges, homines probi impoſſibilium cenſui adſcribunt, quoniam id tantum honeſtè poſſumus, quod jure poſſumus. Vndè prudentiſſimè, ut ſolet, Papinianus, *leg. filii* 15. *D. de condit. inſtit.* ſcripſit. *Quæ facta lædunt Pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram; & ut generaliter dicã, bonos mores, ea nec* (nos) *facere, nec poſſe credendum eſt.* Iudicarunt ergo illi, qui conditionem, *ſi reliquias meas in mare projeceris*, pro non ſcripta habuerunt, in mare projici eſſe ignominioſum cadaveri; quod à moribus & hominum apprehenſione dependet. Ignominiæ ergo veteres inimicorum olim comburebant cadavera; & hæc ipſa combuſtio poſteà honorifica fuit. Et hodie, quia Hæretici, propudioſis nefandi criminis ſordibus inquinati, læſæ Majeſtatis rei, &c. publica authoritate comburuntur, eſt iterum ignominioſa; Ergo ſicubi projici in mare cadaver honorificum ſit, illa conditio erit honeſta; & ubi ignominioſum, turpis & condemnanda. Conditio altera, *Si à monumento non diſceſſeris.* Si illud in loco aperto ſit, erit indiſcreta, & conſideratis temporis hyemalis inclementiis, humanitùs impoſſibilis, & ex hoc titulo prorſus obliteranda. Vnde ſit Concluſio

An, & quibus turpia ſint impoſſibilia?

An ignominioſum, aut honorificum ſit cõburere cadavera?

An circumſtantia (ut à monumento non diſcedat) ſit indiſcreta, & impoſſibilis?

An circumſtantia impoſſibiles turpes cenſeri debeant?

QVARTA, *Circumſtantia realiter aut moraliter impoſſibilis, adjecta teſtamento, turpis cenſetur.* Ergo habebitur pro non ſcripta, & ſtabit, aut non ſtabit teſtamentũ, prout illa onus ſit aut conditio.

Quid dicendũ ſit de conditionato contractu, ſi conditio appoſita impoſſibilis ſit?

In hac Quæſtione, quia conditionem ab onere non diſtinguunt, variè ſentiunt Authores. Illam pro ſcripta habendam; & quia purificari non poteſt, Donellus *lib.* 8. *cap.* 32. § *Hac tamen in re,* contractum eſſe nullum affirmat. Ei ſanè in matrimonii materia (non enim poteſt facere Reſpublica, ut id ab invitis contrahatur) Ego *hic concl.* 1. Thomas Sanchez *libr.* 1. *diſp.* 3. *num.* 8. Emanuel Coſta *in Repet. in cap. Si pater. de teſtam. num.* 9. & Theologi univerſi

ſub-

ſubſcribimus. Gabriel Vaſquez *in Opuſc. cap. de reſtit. cap. 7. dub.* 10. manutenet contractum, & conditionem pro non ſcripta habet, quia ſic leges decernunt. At ipſæ non tam clarè loquuntur, ut Reſtrictionem non admittant, & ideò Baſilius Pontius *de Matrim. lib. 3. cap. 3. num.* 11. ſubdiſtinguit.

Quid, ſi illum celebrans cognoſcat, aut non cognoſcat impoſſibilitatem?

Nam, qui contractum conditionatum init, illumque impoſſibili aliqua conditione ſuccollat, vel exiſtimat conditionem à ſe poſitam eſſe poſſibilem, vel ſcit impoſſibilem eſſe. Si primum; certum eſt moribundum v. gr. voluiſſe validum teſtamentum condere, & in circumſtantia erraviſſe: & tunc ejus ultimæ voluntati proſpicitur, manutenendo teſtamentum, & obliterando (habendo pro non ſcripta) circumſtantiam. Si ſecundum, certum eſt moribundum voluiſſe invalidum teſtamentum condere (quod eſt, teſtamentum non condere) ac proptereà nullus erit contractus.

Et quid in dubio dicendum ſit?

Et quid, ſi de ſcientia, & voluntate ejuſdem moribundi dubitetur? In omni dubio præſumitur pro valore actus. Ergo manente aliàs in ſuo valore teſtamento, illa circumſtantia non ſcripta cenſebitur.

De hæredis determinatione.

Quinta. *Hoc teſtamentum*, Meum illum volo hæredem eſſe, quem Antonius denominet, *eſt invalidum*. Et quia de Concluſione non dubitas, rationem quæris.

An poſſit alterius voluntati committi?

Baſilius *de matrim. lib. 3. cap. 5.* ideò hanc Concluſionem eſſe veram exiſtimat, quod illa circumſtantia ſit contra bonos mores. At ego cur ſit contra bonos mores non video: interim, ſi contra bonos mores eſt, erit teſtamentum invalidum; nullus enim in eo erit hæres, & teſtamentum ſine hæredis deſignatione non eſt validum. Ego autem ſit, aut non ſit contra bonos mores circumſtantia, teſtamentum eſſe invalidum aſſero, quia Reſpublica *leg. illa inſtitut. 32. de hæredib. inſtituend. & leg. ſi quis Sempronium 68. D. eodem* illud dirimit.

Sexta. *Conditio*, ſi non nubat *turpis non eſt*.

An turpe ſit manere in cælibatu?
De opinione Hebræorum.

In populo Hebræo turpis erat, unde filia Iephtæ orat tempus ad lugendam virginitatem ſuam; & Leo Carmelita aſſerit Deiparam voviſſe Virginitatem conditionatè, *ſi liceret*: non enim illo ævo ſciebatur certò, an tale votum eſſet licitum.

Quid ſenſerint Romani veteres?

Apud Romanos Gentiles turpis erat: nã cælibes non erant in pretio: & tantum Auguſtus Cæſar inter eos & uxoratos voluit eſſe diſcrimen, ut Nobiles coram Imperatore, ſi eſſent cælibes, ſtarent, & ſi uxorem duxiſſent, ſederent. Inde prodierunt Iuriſconſultorum Reſponſa, quæ hanc circumſtantiam, *ſi non nubat*, condemnant.

Qualis Tribonianus fuerit?

Aliqua ex ipſis collegit Tribonianus, (vir quidem doctus, ſed avarus, & ethnicus) & legibus Cæſareis inſeruit, quas Chriſtiani, non jam *Leges*, ſed *Tribonianiſmos* appellamus.

Quinam in Cæſareo Iure Tribonianiſmi nominentur?

Talis eſt *lex mulieri 74. D. de conditionib. & demonſtr.* in qua habetur. *Sicut capienti hæreditatem, vel legatum, viduitas* [*] *injungatur, hæreditatem, vel legatum capit, ſive is vir, ſive fœmina ſit.* Iubet ergo lex quod manentibus cæteris in ſuo valore verbis, illa *ſi non nubat*, authoritate publica obliterentur, & habeantur tanquam non ſcripta. Similia *in leg. quoties 22. leg. ſed ſi hoc 62. §. 21. leg. 65. & ſeqq. leg. cum tale 72. § ſi arbitratu*, & pluribus aliis leguntur.

*] *Viduvitas* ponitur pro cælibatu, ut ſtatim videbimus.

Novatores qui ſint?

Et hodie apud Novatores (ſic enim à novitate dogmatum noſtri ævi nominantur Hæretici) cenſetur turpis conditio, *ſi non nubat*.

An ſit de matrimonio celebrando præceptum?

Dicunt enim verba illa, *Creſcite, & multiplicamini, & replete terram*, Adamo ſub initium Mundi, & Noacho poſt diluvium indicta, vim habere præcepti, non ſolùm Humani generis Communitatem, quod cum S. Thoma & Scoto plerique Catholici aſſerunt, ſed etiam ſingulos in particulari obſtringentis. Sed hic error olim in Antiquis Hæreticis, & nuper fuit in Luthero & Calvino ab Eccleſia damnatus.

Vidua, quæ ſit, & unde dicatur?

Legum iſtarum intellectus poſtulat, ut nomen *vidua* breviter exponatur. Opinantur Grammatici à *ve* intenſiva particula, & verbo Hetruſco *iduare*, quod erat *dividere*, nomen *vidua* deduci, ut ſignificet per ejus mortem maximè fuiſſe à marito diviſam. Et hoc viduitas ſenſu ad domum, civitatem &c. transfertur. Ovidius Faſtor. 1.

Per totidem menſes à funere conjugis uxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna [*] *domo.*

*] Etiamnum apud Belgas defuncti ſtemmata per annũ integrum ſupra portam ponuntur.

Virg. 8. Æneid.

—— Tot ferro ſæva dediſſet
Funera, tam multis viduaſſet civibus urbem.

Viduam-ne conſtituat divortium, repudium, aut abſentia?

Et quia divortium conjuges dividit, *Vidua* dicebatur, quæ à marito ſeparata vi divortii, aut repudii. Apud Plautum *in Men. 3. ſcen. 2. act. 1.* uxorem indocilem, & petulantem ſic Marius adloquitur. *Si mihi talo poſt hunce diem faxis* (feceris) *faxo* (faciam) *foris vidua viſas patrem* (hoc eſt, ejiciam te domo, & faciam quod vidua redeas ad tuum patrem. Et quia etiam abſentia conjuges dividit, cujus maritus abſens erat, *viduam* appellat Quintilianus.

An Vidua ſit quæ ſine viro?

Iuriſperiti verò à *ve* privativa particula, & *duo* nomen iſtud deducunt; ut, quæ ſine duitate eſt, *Vidua* dicatur.

An Virgines poſſint viduæ vocari?

Iabolenus. *Viduam*, inquit, *dici placet, non ſolùm, quæ aliquando nupta fuiſſet, ſed eam quo-*

quoque quæ virum non habuiſſet, quia Vidua *ſic dicta eſt, quemadmodum* Vecors *&* Veſanus, *qui ſine corde, aut ſanitate eſſet: ſimiliter* Vidua, *quæ ſine duitate*. &c.

Honeſta eſt circumſtantia ſi non nubat.

Quidquid autem Tribonianus, & illi quos ipſe adducit, ſtatuant, Cælibatum nullam includere turpitudinē certum eſt: & hanc ob rē ſtando juri Canonico, quod Theologorum Sententiæ Orthodoxæ ſuccollant, legata facta ſub hac conditione, *ſi non nubat*, valida ſunt, & conditio tenet; & ſi hæc non obſervetur, illa capi non poſſunt. Ita *cap. 2. de conditionib. appoſ.* &c. Sed nec fugit omninò Veteres Gentiles hæc Veritas, quoniam *libri ſecundi primo* Valerius Maximus ſic ſcribit. *Quæ uno contenta matrimonio fuerant, corona pudicitiæ coronabantur. Exiſtimabantur enim eū præcipuè Matronæ ſincera fide incorruptum eſſe animum, qui depoſita Virginitatis cubile pudicum egredi neſciret. Multorum Matrimoniorum experientiam, quaſi illegitimæ cujuſdam intemperantiæ ſignum eſſe credentes*. Vnde hodie in noſtra Hiſpania, & in Valentiæ regno præcipuè, multæ leges favent fæminis, quamdiu in viduitate permancant, quæ illas deficiunt, ſi ad vota ſecunda tranſierint.

Veterum de nuptiis ſecundis ſententia.

De legibus Hiſpaniæ circa hoc.

Tertulliani error.

Septima. *Conditio*, ſi nubat, *turpis non eſt*. Etſi enim cælibatus ſit Matrimonio perfectior, Matrimonii ſtarus non eſt malus. Eſt contra Antiquos aliquos, qui omnia Matrimonia condemnabant: nec non contra Tertullianum, *libr. de Monogamia*, & ejus Sectatores, qui nuptias ſecundas inhibebant.

Circumſtantiæ accidunt circumſtantiis. Et quæ ſecundum ſe indifferens eſſet aut bona, turpitudinem poteſt a ſuperveniente alia circumſtantia naneiſci.

Interim hæc ipſa conditio, quæ ſecundum ſe eſt indifferens, & omnis turpitudinis expers, per accidens erit turpis, & mala, ſi tale legatum perſonæ fiat, quæ licitè non poſſit nubere; aut perſonæ, quæ poſſit nubere præſcribatur illegitimus nubendi modus; bona enim debent non niſi benè fieri: & turpe eſt bona facere male.

Poteſt ex cauſa Pontifex, in voto etiam ſolenni diſpenſare.

Ergo Legatum iſtud conditionatum, videlicet, *Lego Antoniæ centum, ſi nubat*, erit diſputationi obnoxium, *Primò*, ſi illa voto Caſtitatis, aut Religionis ſit obſtricta. *Secundò*, ſi natura ſit incapax, ut poſſit nubere. *Tertiò*, ſi conditio nuptias clandeſtinas includat. *Quartò*, ſi conditio ſit, *ſi nubat Titio*, qui tamen inæqualis eſt, aut talis ut honeſtè eum illo non poſſit matrimonium initi. *Quintò*, ſi Antoniæ Titius affinis, aut conſanguineus ſit. *Sextò*, ſi aliquod aliud impedimentum, in quo non ſoleat concedi diſpenſatio, nuptias dirimat.

Et ego ſingula conſiderando, dico *Primum* profectò circumſtantiam eſſe turpē, niſi per ſecundam conditionem cohoneſtetur; puta, ſi teſtamenti tenor ſit, *Lego Antoniæ centum, ſi cum Pontificis diſpenſatione nubat*. Pontifex enim ex cauſa poteſt voti, etiam ſolennis, concedere diſpenſationem: & ideò circumſtantia, ſub his terminis poſita, non eſt turpis, nec poteſt cenſeri non ſcripta. *Secundus* impoſſibilitatem verius naturalem, quam turpitudinem includit. Et rariſſimè in muliere caſus hic, & ſæpè in viro locum habet. *In Tertio* conditio turpis eſt, ubi admiſſum eſt Tridentinum Concilium. *Quarta* conditio erit turpis, ſi reſpiciat honorem; puta, ſi ingenua Virgo, nubere debeat homini infami; non autem, ſi ſolùm divitias concernat; nam inter divitem, pauperemque iniri ſolent nuptiæ honeſtè & validè. *Quinta* conditio ſupponit diſpenſationem, & ideò caret turpitudine. *Sexta* eſt de re moraliter impoſſibili, & ideò debet juxta Quartam Concluſionem judicari. [*]

[*] Diſpenſatio, quæ concedi non ſolet, niſi hic & nunc dentur diverſæ & graviſſimæ cauſę, in praxi impoſſibilis cenſeri debet.

De juris jurandi circumſtantia.
An ſit turpis? An debeat haberi pro non ſcripta?

Octava. *Conditio*, ſi juraverit, *turpis eſt*. Et ut meliùs intelligatur hæc Concluſio, propono hos caſus. Primus ſit. Titius, ut lite poſſet intentionem evincere, & Majoratum ex. gr. conſequi, produxerat Arſindum in teſtem; iſte ſe ſubduxit, & in tribunali iterum, iterumque citatus, non comparuit. Interim incidit in morbum Titius, & ut litem promoveat, & hæredi proſpiciat, hanc lineam in teſtamento ſcribi jubet, *Lego Arſindo centum, ſi compareat in tribunali, & ad mei hæredis favorem deponat*. Alter caſus ſit. Carolus à Lælio beneficia receperat, illique gratitudinis titulo obſtringebatur, ſed tamen ſuſpicabatur ejus mandato occiſum fuiſſe ſuum filium, & hanc ob rem, ne gratitudini deeſſet, & tamen non faveret homicidæ, legatum dictavit his verbis, *Lego centum Lælio, ſi juret, ſe non mandaſſe occidere meum filium*. Vult enim hac quali quali ſatisfactione eſſe contentus.

An ſuſpiciones juramento ſufficienter purgentur?

An teſti, quid ſit dicturus, poſſit præſcribi?

Ad primum dico, circumſtantiam illam *ſi ad mei hæredis favorem deponat*, turpem eſſe: non tamen videretur ita turpis, ſi eſſet, *ſi ſecundum conſcientiam ſuam veritatem exponat*. Interim eſſet teſtis emptus, & ſine turpitudine non poſſet admitti. Hæc ergo circumſtantia deberet haberi pro non ſcripta. Ergo-ne manebit legatum, & Arſindus erit liber ab obligatione comparendi in tribunali, & teſtimoniū perhibendi? Ne puta. Teſtimonii exhibitio eſt unica & adæquata ratio, ob quā illud legatum fuit præſcriptum. Ergo, quia ſublata cauſa, aufertur effectus, ubi habetur pro non ſcripta cauſa adæquata alicujus legati, etiam ipſum haberi debet pro non ſcripto. Et ſic ſub his terminis

An cauſa legati deficiente, & ipſum met legatum deficiat?

Digitized by Google

minis philoſophandum eſt. Quoniam ſi legatum illud, non jam lucrandi unum teſtem intuitu, ſed ex alia cauſa factum ſit, & obligatio perhibendi teſtimonium, non ut conditio *ſine qua non*, ſed ut onus accederet, deleretur, & haberetur pro non ſcripta teſtificandi obligatio, & tamen legatum (ut pote ab illa non dependens) in ſuo ſtatu & valore maneret.

Exponere aliquem pejerandi periculo, turpe eſt.

Ad ſecundum reſpondeo, illam etiam circumſtantiam videri turpem, conſtituit enim Lælium in pejerandi manifeſto periculo, & nil prorſus moribundus ab illo juramento conſequitur. Sive enim innocens, ſive reus ſit, juramentum emittet: primo, ne forte recuſando emittere juramentum, quod petitur, perpetrati homicidii ſuſpicionem incurrat: ſecundò, quia fortè etiam jurabit, ne non conſequatur legatum. Prudenter ergo in ſimilibus caſibus juris jurandi obligatio Prætoris authoritate remittitur, ut habent Baſilius *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. & alii. Interim, juramentum de futuro, ſi ſit de bene munere adminiſtrando, omni videtur carere turpitudine, ut in hoc legito videre eſt. *Lego Friderico mille aureos, cum onere, ut pro ordinario ſalario in mei filii domo Oeconomi effi ium exerceas, & de rebus bene adminiſtrandis juramentum emittas.*

An exigere juramentum de munere bene adminiſtrando turpe ſit?

NONA. *Conditio*, ſi concubueris mecum *turpis eſt*. Interim, quia aliqui aliter ſentiunt, erit neceſſarium eorum rationes conſiderare.

Matrimonium non per concubitum, ſed per conſenſum celebratur.

Antequam illos velim audire, ex Vlpiano *lib.* 36. *ad Sabinum*, & *leg* 15. *de condition. & demonſt.* ſuppono, *Quod nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit*. Sicut enim, qui promiſit Aurelio ſe donaturum poſt octo dies v.gr. ſuum equum, hodie eidem Aurelio poteſt locare, aut ad uſum gratis conſignare, quin hæc conſignatio in donationem tranſeat; ita fœmina, quæ Titio poſt octiduum ſe nupturam promiſit, hodie eidem poteſt aut g[illegible], aut pro pecunia corporis ſui copiam facere, quin concubitus in matrimonium tranſeat. Et hac doctrina præmiſſa, Scriptores audiamus.

Sponſi etiam ubi non eſt admiſſum Tridentinum, poſſunt animo concubinario, ſine intentione celebrandi tunc matrimonium, commiſceri.

Covarrubias 2. *part. cap.* 3. *num.* 13. putat ingenuum, & licitum contractum hunc. *Ego te ducam in uxorem, ſi hac nocte condormieris mihi*, & probat, quia per copulam purificatur Sponſalium conditio, & initur & conſummatur Matrimonium. Sanchez *lib.* 5. *diſp.* 16. *num.* 1. doctrinam Covarrubiæ reſtringit; eam enim veram putat, ubi non eſt receptum Tridentinum Concilium, falſa alias: quia, cum id omnia clandeſtina Matrimonia dirimat, Sponſalium contractus ſine præſentia Parochi in Matrimonium verti nequit. Sed quid, ſi eo contrahentium inſolentia veniret, ut ſponſi coram Parocho copularentur? Poſtea autem re ipſa aliter conſiderata idem Thomas Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 16. *num.* 3. Cardinali Alexandro de Nævo, & aliis viris doctis ſubſcribens, concubitum turpem à licito, & honeſto diſtinguit: & aſſerit contractum hunc, ſi agatur de turpi concubitu eſſe validum, & conditionem pro non adjecta reputari: ſi verò de licito; ſuſpendi te effectum uſque ad adventum conditionis. At illud prius admittit, & hoc poſterius negat Baſilius Poncius *libr.* 3. *de matrim. cap.* 8. *num* 5. dicit enim, contractum ſi eſt de concubitu illicito, eſſe validum, & circumſtantiam pro non poſita, aut non ſcripta haberi: ſi de licito, non ſuſpendi matrimonii effectum, ſed eſſe perfectum ab initio.

Sanchezii & Baſilii diſſidia.

In Theologia Fundamentali, ut hanc Controverſiam dilucidem, has formulas in examen propono. Primam, *Promitto me cras ducturũ te in uxorem, ſi mihi condormias hac nocte*. Secundam, *Duco te nunc in uxorem coram Parocho & teſtibus, ſi mihi condormieris hac nocte*. Et ſiquis dicat, hanc fruſtra conditionem poni, nam maritus per matrimonium ratum dominiũ in corpus uxoris adquirit, & poteſt abſolutè, ut ſibi condormiat, jubere. Reſpondebo, non fruſtra poni hanc circumſtantiam; quoniam poſt ratum matrimonium neuter poterit inter bimeſtre cogi ad conſummandum. Vide Dianam *part.* 10 *tract.* 14. *reſol.* 22. Profectò in priori formula non continetur matrimonii contractus, ſed mera matrimonii promiſſio. Conditio turpis eſt, nam ſine peccato purificari nequit, & tamen haberi debebit pro poſita, nam eſt cauſa & ratio promiſſionis, &, ſi purificetur promiſſio illa conditionata tranſit in abſolutam; &, ſi non purificetur, nullo modo obligabit promiſſio. In formula ſecunda reperitur veri matrimonii contractus: cujus valor non ſuſpenditur, ſed valoris cognitio. Nam ſicut in hoc contractu, *Duco te nunc in uxorem, ſi verum eſt, quod pater tuus in India obierit, & te haeredem ex aſſe reliquerit*. Si conditio eſt vera, matrimonium ab ipſo initio eſt validum, & tamen non ſtatim, ſed multo tempore poſt, fuiſſe, aut non fuiſſe validum poterit ſciri: ſic ſimiliter matrimonium circumſtantiæ de futuro inſiſtens, ab initio erit validum, aut invalidum; ſed nos non potetimus ſcire, an ſit validum, niſi purificetur conditio.

Omnes conditiones de præterito, aut de futuro, ſi bene examinentur, ſunt de præſenti: nam hæc Promiſſio, *Dabo tibi centum, ſi Rex heri me Conſulem denominavit*. Æquivalet huic, *Dabo tibi centum, ſi nunc eſt vera hæc propoſitio. Me Rex heri Conſulem denominavit*. Ergo hæc, *Nũc te duco in uxorem, ſi cras tuus pater, tibi in dotem decem millia conſignet*, æquivalebit huic, *Nũc te in uxorem duco, ſi nunc eſt vera hæc propoſitio, Pater tuus tibi in dotem cras decem millia conſignabit*. At in illo *nunc*, propoſitio illa eſt vera vel falſa. Ergo, ſi ſit vera, ex illo *nunc* validum erit matrimonium: at nos non poterimus ſcire, an validum ſit, quouſque quid pater faciat, cognoſcamus,

Sigalion.

Digitized by Google

ARTICVLVS X.

De erroribus contra Grammaticam: *An verba, quæ Canones Grammaticorum violant, apud doctos Indicibilibus debeant adnumerari?*

Quæ verba cenſeri debeant barbara? Et quæ dicantur Solœciſmi?

VErba abſoleta, aut peregrina, aut etiam antiquata, licet olim fuerint in uſu & pretio, cenſentur barbara, & ab eloquentiæ Capitolio extruduntur, ibi enim perpetuo ſilentio condemnantur. Barbariſmis ſolœciſmos accenſeo, quos quia caſtas aures offendunt, non debet caſta Oratoris lingua pronunciare.

SECTIO I.

De Solœciſmo. *Quid ille ſit? & quando & à quibus committatur?*

Exponitur, quid ſit ſolœciſmus?

QVid autem Solœciſmus eſt. *Solæciſmus eſt error contra leges Grammaticæ.* Et bifariam committitur, in ſimplicibus vocibus, & in oratione compoſita. Sanè in illis, ut ſiquis itinerem, ſermonum, genum, &c. in accuſativo diceret: in hac autem, ut ſiquis nomini fœmenino maſculeum epithetum adſcriberet.

Grammaticorũ leges quales?

Et quis tulit has leges? Non cecidere è Cælo, ſed factæ (immo interdum fictæ) ab hominibus ſunt. Si illæ ſtent, labitur Nobilium Scriptorum authoritas. Audi P. Ludovicum de S. Franciſco in ſuo Canonum & Arcanorum Globo (ſic enim inſcribi Linguæ Sanctæ à ſe concinnatam Grammaticam.) nam *in Præfat. pag.* 23. ſic ſcribit. [*Quæ in re minimè ægrè feram ſi aliqua* (puta in meis ſcriptis) *cenſura graviore, & reprehenſione digna reperiantur, cum hæc communis omnium ſcribentiũ lex ſit; & ut Elearchis apud Athenæum dicebat.*

Nihil in humanis actibus eſt, quod non potuerit melius: nihil, quod non potuerit aliter fieri.

Nil [*] uſque eſt hominum, carpere quod nequeas.

Vnde & in ipſis M. T. Ciceronis libris manifeſtos ſolæciſmos ab eruditis deprehenſos in epiſt. 131. ad Memoriam Epiſc. *D. Auguſtinus teſtatur. Quibus congruit illud Cratetis, quod apud Laertium legitur,* Vix eſſe quempiam, qui omni vitio prorſus careat: immò omnibus malis Punicis granum aliquod putre ineſſe. *Tu tamen, Amantiſſime Doctor, &c.*] Sed unde provenit, quod politiſſimo Ciceronis ſtylo locum ſolœciſmi reperiant? A Criticorum & Grammaticorum audacia. Tulerunt leges, quas voluerunt; & poſteà celeberrimos Oratores & Poetas incriminantur, quod ſæpè illas obſervare noluerint, cum debuiſſent tales leges ſtudioſæ Iuventuti proponere, quæ ex Cicerone, Seneca, Quintiliano, &c. Virgilio, Ovidio, Martiale, &c. deducerentur. Dicebant olim apud Auguſtinum nonnulli, & hodie dicunt apud Eraſmum alii, interdum Ciceronem impingere in Grammaticæ Regulas. Fateor candidè. Sed quid inferunt inde? Ergo interdum ſolœciſmos committit. Et ego conſequentiam hinc nego: non enim peccatum eſt violare legem, ſi in illa ipſa reperiatur peccatum. Corriganrur Leges, & Regulæ Grammaticæ Latinæ, inquam ego; & poſteà cum Ciceronis ſcriptis componantur.

Vnde deduci leges debeãt, quæ nos gubernent in Grammatica?

Vnde corrigenda ſint, quæ vulgata?

An hos liceat admittere?

Sed interrogas, *An aliquando liceat impunè ſolæciſmos admittere?* Et quia loqueris de veris ſolœciſmis, qui in correctiſſimas, & legitimas leges Grammaticorum impingunt, eſſe in Dialectica quemdam argumẽtandi pulchrum & efficacem Modum, quem *ad hominem*, vocant, reſpondeo; & ab Analogia ductus alterum ſimilem in Rhetorica ſtatuo, & aſſero, *ad hominem* tunc Oratorem *loqui*; cum, ut melius conceptus ſuos exponat, illorum utitur verbis & phraſibus, quibus cum loquitur. Hac eloquutionis Figura, & verè Gratia, uſus eſt aliquando Bernardus; *libelli* enim *de præcept. & diſpenſ. cap.* 13. *num.* 30. *pag.* 79. *a* ſic ad Monachos Carnotenſes ſcribit. *An, & hoc durum fortaſſe videatur? Hæc quippe ſunt veſtra (ſi benè recolo) verba, tum difficultatem, ſeu impoſſibilitatem (ut vobis videtur) exhibenda Obedientia, vel cavenda Inobedientia conſiderantes, in Vitam ita Monathicam exclamaſtis.* &c. Et mox. *Creditis itaque (ut verborum veſtrorum ſenſum breviter colligam) quod ad integrum.* &c. Hac etiam lo-

Quid ſit argumentari ad hominem?

Quid loqui ad hominem?

Vt meliùs Carnotẽſibus ſatisfaciat Bernardus, phraſes lectas in illorum Epiſtola adſumit.

Comitis Meroldi apologia.

loquendi forma uſi ſunt alii: & nuper in Auſtria Comes Merodius Belga, Legionarius ſtrenuus, qui omnes Latinas incriminabatur phraſes, quæ bellico ſtridore carerent, & recipiebat ſolùm illas, quæ *horrentia Martis arma virumque canunt.* & hoc illectus præjudicio,

Vt malè voces proferant ſtudent Virgines.

——Vt eſſent

Omnia verba ſuo pene tremenda ſono,

Nominum verborumque inflexiones ingenioſè alteraverat. Sanè apud Hiſpanos quia C, & S ſunt prolationis ſimilis repetiuntur interdum Virgines,

Quæ didicere minùs, quàm potuere loqui,

Quid cecear, & quid ſeſear apud Hiſpanos ſit?

illas, quæ loco τῆς S τὸ Ç proferunt, dicimus Hiſpani, *que cecean*: & quæ contra pro τῆ Ç, ſemper τὸ S pronunciant, *que ſeſean*. D. Franciſcus de Quevedo, in Opuſculo quod *La Vida del Gran Tacaño* inſcribitur, lib. 2. cap. 5. *Determineme de ir a una poſſada, donde halle una moza rubia, y blanca; miradora alegre, a vezes entremetida, y a vezes entreſacada y ſalida. Ceceaba un poco. Tenia miedo de los ratones.* &c. & Athanaſius Pantaleon in Append. pag. 112.

Pantaleon Romanc. 2. pag. 112.

Paſſo adelante, y Beliſa
Tenga ſu lugar ahora,
Cuyas penas ya mi Pluma
Ceceaba laſtimoſas.

Quid etiam ſit errear?

Ergo Milites, qui literæ R ſtridore horrendo delectantur, dicemus *que errean*. Et huc reſpiciens loquutus eſt Aufridus cum & de Martibus adulterinis, qui Hiſpali reperiuntur, concinuit.

Martes adulterini ſunt, quos Hiſpani Valentones vocamus

Tiene nueſtra Caſtilla.
Quien yera, quien yerre, y quien arree (a)
Pero tiene Sevilla (d)
Quien a lo bravo y militar erree (b)
Las palabras que diga (c)
Aunque el Vulgar Lenguaje contradiga.

Sicut cecear eſt proferre literam Ce: ſic errear, erit literam Er proferre.

Tiene ſu Abecedario (e)
En la eſphera del Mundo cada Eſtado:
Y de un modo habla Mario (f)
El Senador, y de otro habla el Soldado;
Mucho puede una letra (g)
De favor; ſi es de cambio, mas penetra.

In eadem Civitate diverſæ conditionis homines diverſa dialecto loquuntur.

Hay letras de Doncellas
Haylas tambien de Viudas y Caſadas;

De literis Ce, & De.

La De *ſaben aquellas*, (h)
Con la Ce *las ſegundas ſon llamadas* (i)
Mas todo un Alphabeto
A un Marido no baſta, ſi es diſcreto. Sigalion.

Hay letras Celeſtiales, (l)
De que Iupiter en ſus coloquios uſa;
Y ſon otras Marciales, (m)
Que pronunciar podra ninguna Muſa,
Porque ſolo Mavorte (n)
A errear enſeña la nacion del Norte.

De Celeſtibus, & Martialibus literis.

NOTA.

a) A diverſis nominibus diverſa verba in lingua Hiſpanica proficiſcuntur: nã Error eſt *error*, Yerro *ferrum*, & Arre (cui opponitur *jo*) eſt interjectio, qua agaſo jumentum incitat, ut progrediatur. Erroris, & ferri ſignificationem componit nomen *Yerro*, nam utrumque ſignificat. Et idem etiam præſtat verbum Errar. Et in præſ. Yo yerro, tam enim ille, qui exorbitat, quàm qui ſoleas ferreas apponit equo, apud Hiſpanos *yerra*. Dicimus autem, *que hiere*, aut *yere*, ille qui ferit.

Error. Yerro.

Errar.

El que yerra. El que yere.

b) Sicut *cecear* eſt uti litera C, & *ſeſear* uti litera S; ſic *errear* eſt uti litera R. Eam Caninam vocant; quia canes, cum ſe ad pugnam irritant, hanc videntur proferre. Eſt plena horroris litera ac proptereà planè militaris cenſetur.

Cecear. Errear.

Qualis ſit litera R?

c) Dialectus communes has loquendi, aut ſcribendi deformitates non admittit.

d) Quæ latinè *Hiſpalis*, ab Hiſpanis *Sevilla* nominatur. Eſt Provinciæ Bæticæ præclara Civitas: fuit olim Romanorum Colonia. Plinius *lib. 3 cap. 1.* Et nominis *Sevilla* Radices ſunt סבל, זבל, צבל, & שבל, quæ omnes licet in nihilo diſcriminentur, ſunt Sabal.

De Hiſpali, quæ Hiſpanicè vocatur Sevilla.

זבל eſt *habitare ſecurè*: & זבול, *habitaculum*: & per *μετάθεσιν* בזל Βασιλικὴ *Regia domus*, quo etiam ſenſu *Baſilea* quædam Vrbs nobiliſſima in Germania vocatur.

Et Sevilla vocatur, quia eſt Secura, Regia,

סבל *portare* eſt: unde Sabal, & Sebel, *quod portatur*, & *qui portat* vocatur. Habebit igitur ab hac Radice nomen Hiſpanum Hiſpalis, quod ſit emporium, ad quod divitiæ immenſæ ex altero emiſphetio importentur.

Emporium.

צבל non eſt in uſu, at Sabar, eſt *coacervare*, & *congregare*. Dici ergo poterit Γαζοφυλάκιον. Et hinc non malè aliqui vocem *Siphra* deducunt: & hoc volunt Hiſpalim nomine condecorari, quod in ciphra ipſa Mundum univerſum contineat.

Gazophylaciũ.

Ciphra.

Et tandem Sobel, *tibia*, unde שביל, Sebil, *iter*, *via*, *ſemita*, nam peragitur tibiis, ſeu pedibus.

Via.

Ergo Hiſpalis dici *Sevilla* debuit, quia eſt fortiſsima & ſecuriſſima totius Hiſpaniæ civitas, Regia Metropolis, Gazophy-

laciũ, & Emporium, ad quod omnes totius Indiæ comportantur divitiæ; in quam doctiſſimi Doctores, fortiſſimi Milites, & opulentiſſimi Mercatores conveniunt; & per quam iter ſternitur ad Mundum alterum.

Colliguntur omnia, quæ ex Hebræa Lingua fontibus Sevillæ nomine ſignificantur.

De Idiomatum & Dialectorum varietate.

e) Speciale Idioma Regiones ſingulæ, & in una Regione Provinciæ ſingulæ propriam dialectum habent. Propriis vocibus, quas *terminos* vocant, utuntur Artes ſingulæ, & ſcientiæ; & quæ in una ſanctè & piè dicuntur, in alia exorbitant. Poeta Iunior:

Eſt nimis exſecranda ſuperbia Grammaticorum,
Qui declinandum nos docaere Deum (*)

*] Tu ſic loquere. *Grammatici*, dic, *non declinant* Deũ, *ſed declinant* Deus, *hoc eſt*, *vocem* Deos.

Habent Dialectum propriam Venatores. Cervorũ cornua vocant *annos*, ſanguinem *ſudorem*, pellem *veſtem* &c.

Habent Venatores ſuam Linguam.

Habent & Aleatores, habuerunt olim, eſt enim antiquiſſima linguarum in Artibus & ſcientiis diviſio. Teſſera habebat ſex latera & numeros: tali aut taxilli quatuor. Ovidius *lib. 2. Eleg. 1.*

Suam etiam Aleatores.

Teſſera, quot habeat numeros, diſtante vocato,
Mittere quo deceat, quo dare miſſa modo.

Qua fuerit Teſſera?

Quatuor Talorum latera numeris, nempe 1. & 6. nec non 3. & 4. Vnitas vocabatur *Canicula*, & dicitur *damnoſa* à Perſio, quia unum nummum præcipiebat deponi. *Huic* ex adverſo latere opponebatur Senarius (aliis ſeptenarius) *Cous* aut *Venus* dictus: quem qui jecerat, lucrabatur ſex nummos, & quidquid propter Caniculam fuerat depoſitum. Chius, & Senio alia erant latera; & ille tres, quatuor hic lucrifaciebat nummos. Perſius

Quot, qualia, & quibus ſignata numeris & nominibus Talorum latera?

— *Quid dexter Senio* (*) *ferret,*
Scire erat in voto

*] *Senio* eſt dactylus non ergo à Senex, *nis*, ſed à *Sena*, *a*, *a*, deducitur: Ovidius autẽ primam corripit.

Ovidius lib. 2. Triſt. eleg. 1.

Quid valeant Tali: quo poſſis plurima jactu
Figere damnoſos effugiáſque Canes.
In Talis Senio (*) *& Canis, & Venus.* &c.

Non videtur hic ludus longè ab eo abeſſe, qui à nobis dicitur *la Perinola*, eſt enim turbo, & habet quatuor latera, quæ notantur his literis P. S. D. T. vi quarum, illi, qui turbinem torſit, ſi P emineat, *Pone unum nummum* dicitur: ſi S *Subtrahe unũ*: ſi D *Deſine*, (nullum deponas aut ſubducas) & denique, ſi T *Totum adquire*. Quevedus in Summi Nebulonis Hiſtoria *lib. 2. cap. 10.* nonnullos terminos apud Aleatores, qui *Tabares* (*) meritò in Hiſpania vocantur, proponit, & exponit his verbis. (Dar muerte (inquit) *llaman quitar el dinero, y con propriedad*. Reveſſa *llaman la treta contra el amigo, que de puro reveſſada no la entiende*. Dobles *ſon los que acarrean ſencillos, paraque los deſuellen eſtos Raſtreros de bolſas*. Blanco *llaman al ſano de malicia, y bueno como el pan*. Y Negro *al que dexa en blanco ſus diligencias*. &c.)

La Perinola.

Quevedo en la vida del Gran Tacaño.

*] Et nota hic quæſo, quod *Tabur*, anagrammaticos eſt *Hurta*.

Aleatorum phraſes.
Dar muerte.
Reveſſa.
Dobles.
Blanco.
Negro.

Etiam ſpurii Martis filii, quos nos *Valentones* vocamus habent ſpecialiſſimum loquendi & incedendi modum. D. Franciſcus ubi ſupr. *Vine me a apear al meſon del Moro, donde me topo un Condiſcipulo mio de Alcala, que ſe llamava Mata, y agora ſe dezia (por parecerle nombre de poco ruido) Matorral. Tratava en vidas, era tendero de cuchilladas, y no le iba mal. Traia la mueſtra dellas en ſu cara, y por las que havian dado, dezia: No ay tal Maeſtro como el bien acuchillado, y tenia razon, porque la cara era una criba, y el un cuero. Dixome, que me avia de ir à cenar con el, y otros camaradas, y que ellos me volverian al Meſon. Fuy, llegamos a ſu poſada, y dixo: Ea quite la capa buze y parezca hombre, que vera eſta noche todos los buenos hijos de Sevilla, y porque no le tengan por maricon, abaxe eſſe cuello, y agovie de eſpaldas la capa caida (que ſiempre andamos noſotros de capa caida) y eſſe ozico de tornillo, geſtos a un lado, y a otro, y haga buze de la g. h. y de la h. g. diga conmigo*: Gerida Mogino, gumo, paheria, mohar, habali, y harto de vino. *Tomelo de memoria. Preſtome una daga, que en lo ancho era alfanje, y en lo largo non ſe llama eſpada que bien podia. Bevaſe (me dixo) eſta media azumbre de Vino puro, que ſino da vaharada no parecera valiente. Eſtando en eſto, y yo ca lo bebido atolondrado, entraron quatro de ellos con quatro çapatos de gotoſos por caras andando a lo columpio no cubiertos con las capas ſino fajados por los lomos, los ſombreros empinados ſobre las frentes; altas las faldillas de delante, que parecian diademas;* (*) *un par de herrerias enteras por guarniciones de dagas, y eſpadas; las conteras en guarnicion con los calcañares derechos. Los ojos derribados, la viſta fuerte; bigotes buidos a lo cuerno, y barbas Turcas, como cavallos. Hizieronnos un geſto con la boca, y luego a mi amigo le dixeron (con vozes mohinas ſiſando palabras)*; Seydor y ſo compadre *reſpondio mi ayo*. &c.

Superiorum Militum phraſes.

Volunt habere ſemper grandiora nomina.

Quales facies habeant?

Quo modo pallium gerant?

Quos geſtus faciant?

Quo modo literas pronuncient & loquantur?

Quantum bibant?

Qualibus calceis utantur?

Qualibus etiã pileis.

*] *Diadema* apud Hiſpanos eſt ille ſplendoris circulus, quo Sanctorum capita condecorãtur.

De eorumdem oculis, capillis, barba, voce, verbis, &c.

f) Fuerunt duo Marii; pater, filius: ille in ſago, hic in togâ mirabilis. Ille Martiali vultu, & militari dialecto ita terrebat omnes, ut à Syllâ victus & morti devotus, quemdam Gallum Carnificem & ejus aſſeclas ita aſpectu terruerit, ut

De duobus Mariis.
Qualis uterque fuerit.

po-

Digitized by Google

potuerit evadere. Hic eloquentiâ pollens, & elegantiam morum ſimulans, anno ætatis vigeſimo ſeptimo Conſulatum invaſit, quem immaturum honorem mater, quæ ejus indolem probè noverat, fleviſſe fertur.

Quanti fiant hodie in Mundo literæ. Et, quæ ſint hæ literæ, quæ tanti ſunt?

g] *Letras de cambio* Hiſpanus vocat, mercatorum chirographa, quæ determinatæ ſummæ pecuniarum æquivalent. Et de his intelligi hodie debent, quæ de Literarum majeſtate & potentia dicuntur: omnia enim poſſunt literæ, ſi ſint *de cambio*.

Quomodo verbum Dar in Hiſpania inflectatur?

h] Apud Hiſpanos verbum *dar*, ſic in præſenti ſubjunctivi decurrit, *Quando yo de, quando tu des, quando aquel de*. Et ideo quidam Scriptor Iunior, in Amoris Academiâ, quam ſubtili & ingenioſo penicillo delineat, pro foribus hanc Inſcriptionem exhibet.

Verbum tomar, *unde* Tomiſta *ducitur eſt* accipere: *fœminæ ergo dicuntur* Tomiſtæ, *quaſi* accipitres: *& verbũ* eſcotar *eſt* ſolvere *&* contribuere: *viri ergo dicũtur* Scotiſtæ, *quaſi* ſolutores.

En eſta Eſcuela de Amor
Las Mugeres ſon Tomiſtas,
Y los Hombres Eſcotiſtas:
Entrad, ſi quereis, Señor.

Primamque omnium Scholam, in qua Virgines legere & ſcribere docentur, ſi non his, æquivalentibus verbis deſcribit.

[Aulæ erat Architectura Dorica; nam etiam è marmoribus Δῶρα fœminæ extorquent. Præſidebat in cathedrâ Virago quædam ſenior, quæ experientia didicerat, breves in puellis eſſe terminos eloquentiæ. Hæc me in ſcamno hoſpitum honorificè ſedere juſſit; &, quin tuſſiret, aut ſpueret, vultu gravi & ſuavi voce, ſic incepit profari. *Alind eſt apud viros, & alind apud fœminas literarum ſyſtema. Virile,* Abecedarium, *dicunt; & viginti duo, aut etiam viginti quatuor elementa percurrit. In horum coordinatione & combinatione conſiſtunt omnes linguæ, & omnia ſcriptorum volumina. At in Hiſpaniâ fœmina unicâ literâ contenta ſumus. Si eam loco & tempore opportuno pronunciare ſciverimus, experiemur illam ſolam ſufficere, & cæteras eſſe ſuperfluas. Et compendioſa hæc litera, quæ cæteras virtute continet, eſt D. Illam memoria imprimite, & dicite univerſæ* De, De. *&c.* Et tunc Virgines omnes ad me converſæ vociferabantur, *De, De, De.* &c.]

Δῶρον, Donum.

Gymnaſium deſcribitur Literatorum.

Quot in Mulierum Abecedario ſint literæ?

Ce, eſt vocantis interjectio.

i] Interjectio aut Adverbium vocantis, apud Hiſpanos eſt *Ce, Ce*. In Comœdiâ, quæ *El Premio en la miſma Pena* vocatur, D. Auguſtinus Moretus *part. 30. pag. 87. a.* ſcribit *Sale Ines y cecea*; hoc eſt *Egreditur Agnes, & præmiſſo ſigno,* Ce,Ce *advocat Martinam dicens,* Llegue; no ſea mujadero.

Alphabethum Cæleſte.

l] Multa de Literis Cæleſtibus poſſemus dicere: nam inter priſca Hebraicæ Linguæ Alephbetha reperimus Cæleſte, & Arabes à Lunaribus Solares Characteres diſtinguunt. Interim, quia fuerunt aliqui, qui ſub grandi Cabaliſtarum nomine literas & ſyllabas adſcribebant ſyderibus, quorum ſpeculatio etiamnum præoccupat Viros doctos, non nihil de Aſtrologiâ Cabaliſticâ dicturus ſum.

De Solaribus & Lunaribus literis.

Cabaliſtica Aſtrologia.

An ſinguli Planetæ importent ſyllabam aliquam determinatam?

Stellis ſingulis accenſent unam ſyllabam, quam dicunt hujus Scientiæ Inventorem per revelationem didiciſſe. Vnde

ſi ♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽
ſint *la, li, ma, ca, ri, ta, ſa.*

in ☌	erunt		in ☌	erunt	
♄	♂	*lama*	☉	☿	*cata*
	☿	*lata*		☽	*caſa*
♃	♂	*lima*	♀	♂	*rima*
	☿	*Lita.*		☉	*rica*
	☽	*liſa*		☽	*riſa*
♂	♄	*mala*	☿	♄	*tala*
	♃	*mali*		♃	*tali*
	♀	*mari*		☽	*Taſſa.*
	☿	*mata*	☽	♄	*ſala*
☽	☽	*maſſa*		♃	*ſali*
	♂	*cama*		☉	*ſaca*
	♀	*chari.*		☿	*ſata.*

Voculæ hæ Planetis accẽſentur ad placitum & ideo caret fundamento ſumpta Reſponſio.

quarum aliquæ voces ſunt Hiſpanicæ, cæteræ autem Latinæ; &, ſi Interrogatio præmittatur, ſenſu non carebit Reſponſio.

Vix dabitur ſyllabarum connexio, quæ in aliqua lingua ſignificationem non habeat.

Syllabas Planetarias cum Sydereis ſecundum Adſpectus & Directiones miſcent, & ſemper ſenſum in aliquâ linguâ reperiunt; &, ſi vocularum connexionem non capiunt, pronunciant, *ab Aſtris arcanum provenire Reſponſum, de quo loqui non licet.*

Litera Martialis & Militaris, quæ?

m] Eſſe R Martialem & Militarem literam ſciebat bene Virgilius, qui poſtquã in Æneidos Procemio, quaſi ſerpendo dixerat,

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avenâ. &c.

altiori voce incipit ex abrupto inclamare

—— At nunc horrentia Martis
Arma, Virumque cano. &c.

Literis F, L, & R, in ſua lingua carent Americani.

n]. Sunt quædam nationum propriæ literæ; & ignoræ ſunt aliæ. Proſtant apud Hebræos & Saracenos aliquæ, quæ non poſſunt exprimi charactere Latino; ſunt etiam contrà: nam hominum genio & ingenio attemperatur pronunciatio. Ante Hiſpanorum adventum carebant literis, F, L, & R, populi Americani, unde præbuerunt occaſionem Europæis Scriptoribus, ut *Fide, Lege,* & *Rege*, illos deſtitui aſſererent. Sinenſes R proferre non poſſunt, & ideò Deipatam *Malîam* appellant. Molliores Latinis fuiſſe Græcos,

Literam R non poſſunt Sinenſes proferre.

Lingua Græca eſt mollior, & Latina ſeverior.

ſeos, prolatio ſuadet; in *os* enim terminant nominativos, quos Latinus in *us*, & in *ον*, *ην*, *ων* genitivos & accuſativos, quos in *um*, *am*, & *um* Latinus terminat.

SECTIO II.

An, & quando liceat Solœciſmos committere?

De Græcorum Epigrammatis.

ERant tam curioſi aut ſuperſtitioſi veriùs Græci in dictionum conſtructione & menſurâ, ut ſi quando vocem aliquam Grammaticæ Regulis diſſentientem audirent, irriderent loquentes; & præcipuè Latinos; à quibus etiam ipſi ob ſordidos & inconcinnos mores irridebantur. [Et hîc obiter noveris, Cur pleraque omnia hominum nomina, in quos Epigrāmata côcinnabantur, ſint Latina: quoniam εἰς Σίξτον, εἰς Κυίντον, εἰς Φλάκκον, & in Latinos alios ſimiles Græci Veteres ſtringunt calamos.]

Cur in Latinos fulminentur?

An quando agimus cum extero, qui σολοικίζει ſolœciſmos committit, eodem modo loqui nobis liceat, ne illius verba caſtigare videamur?

Porrò Flaccus Athenis videri volebat eloquens, & tamen in linguâ Græcâ, ut pote alienâ, exorbitabat. Hunc convenit Abbianus, & ut ei morem gereret, occœpit liberè σολοικίζειν. Tunc Flaccus animoſior redditus multò plures ſolœciſmos effudit. Placuit Abbiano hiſtoria, & ne periret, illam expreſſit hoc Tetraſticho.

Αββιανῦ.

Ἑπτὰ σολοικισμοὺς Φλάκκῳ τῷ ῥήτορι δῶρον
  πέμψας, ἀντέλαβον πεντάκι διακοσίους.
καὶ νῦν μὲν φέρων τούτους ἀριθμῷ σοι ἔπεμψα.
  τοῦ λοιποῦ γὰρ μέτρῳ, πρὸς κύπρον ἐρχόμενος.

Et Thomas illud Morus ſic reddidit.

Quinque ſolœciſmis donavi Rhetora Flaccum,
  Quinque ſtatim decies reddidit ille mihi.
Nunc numero hos, inquit, paucos contentus habeto,
  Menſura accipies quando redibo Cypro.

SECTIO III.

An nō omnia cenſenda ſint Solœciſmi maculari inſolentiâ, quæ Grammaticorum Canones violaviſſe videntur?

Quid Solœcophanes ſit, & quo modo differat à Solœciſmo?

ΣΟλοικοφανὲς differt à Σολοικισμῷ, quoniam Solœciſmus propriè dicitur ὁ λόγος ἀκαταλλήλως τεταγμένος, cujus exempla varia Donatus *in libro de Figuris* adducit. Solœcophanes autem eſt oratio, quæ apud indoctos cenſeri ſolet ſolœciſmus, cum tamen ejus ſyntaxis certiſſimæ legi reſpondeat. Vt cum dicitur *Eunuchus Terentiana*, nempe, *Comœdia*, aut etiam *Taurus pulchra*, nempe *Navis*. Et quidem audire proderit Iacobū Gretſerum, qui *in Linguæ Græcæ Inſtitutione. cap. 20. pag. 160.* hæc ſcribit.

An, & quando Eunuchus, Taurus, &c. ſint generis fœminini?

[Illud verò diligenter cavendum, ne, ſiquid in Authoribus Græcis occurrat, quod ſolœciſmi, aut Barbariſmi ſpeciem præ ſe ferat, continuò ſolœciſmum barbariſmum-ve ab illis admiſſum pronunciemus. Non enim ſolœciſmi, ſed ſolœcophanes dici ſolēt illa, quę non ex ignorantia, ſed de induſtria, vel ex quadam docta incuria à Magnis Auctoribus ſunt ſcripta: cujuſmodi plurima occurrunt apud Græcos; ut illud Ariſtotelis οἱ δὲ οὐδὲ τοῖς συνδιαμένουσιν ταῖς ἀτυχίαις ἀξιοῦσι πιστεύειν ὡς ἐξαπατῶντας καὶ προσποιουμένους. *Alii, ne iis quidem, qui in rebus adverſis nobiſcum permanent credendum exiſtimant, quippe qui ſimulent & decipiant.* Recta conſtructio expoſcebat ὡς ἐξαπατῶσι καὶ προσποιουμένοις. Demoſthenes οὐ προσεχές ἐστιν ὑμῖν ἐστι τοῖς τούτων λόγοις: εἰδότας, ὅτι ἐκ πάντων τούτων &c. pro εἰδόσι. *Non attendendum eſt horum ſermonibus à vobis ſcientes.* pro *ſcientibus*. Iſocrates. Δεόμεθα οὖν ὑμῶν ἄνδρες ἀθηναῖοι, μετ' εὐνοίας ἀκροάσασθαι τῶν λεγομένων ἐνθυμουμένους, ubi à Genitivo ad accuſativum contra communem Regulam fit tranſitus. Cujuſmodi alia multa exempla affert Budæus, ut ſunt illa Sophoclis de duabus ſororibus loquentis, ἴδεσθε τώδε τὼ κασιγνήτω, *videte duas ſorores*, pro τὰς κασιγνήτας. Et paulo poſt, Ψυχῆς ἀφειδήσαντε *animæ prodigæ*, pro ἀφειδήσασα. Et τηλικοῦτος epithetum Electræ. Et alia multa, &c.]

Similia etiam apud Latinos & Poetas præcipuè reperiuntur. Sæpe enim caſum aliquem aut numerum Rhetorica Figura poſtulat, quem Grammaticæ rigor non admitteret. Vbi enim Pars in fruſta ſecant, & Nigrantes terga juvencos, *dixit Maro, ibi Priſcianus &* ſecat *in ſing. &* terga *in abl. ſcripſiſſet.*

SECTIO IV.

De Barbariſmo. *Quid ille ſit, & unde dicatur?*

De ipſamet voce Βάρβαρος.

BΑ'ρβαρος vox ficta à Græcis eſt, qua quemcumque exterum ſignificabant. Strabo *lib.* 14. [Factitio nomine dicti ſunt ab initio Βάρβαροι, qui difficulter, aſperè, atque duriter loquebantur, quaſi *Duriloqui*, & *Craſſilingues*, quemadmodum *bleſi* & *balbi* dicuntur, qui lingua præpediti ſunt.] Occaſionem nomini præbebat Græcorum petulantia, nam peregrinis, qui malè proferebant, inſultabant βαρβὰρ ingeminantes.

Quinam barbari in Græcia dicti fuerint, & cur?

Sub

An, & quamdiu Romani vocati fuerint barbari?

Sub initium etiam Latini *Barbari* à Græcis dicebantur. Vnde apud Plautum more Græco Nævius Poeta Latinus cognominatur *barbarus*, & apud eumdem *Lex Barbarica* Romana eſt: & adverbium interdum *barbarè* ſonat *Romanè*, ſeu *Latinè*. At poſteà, cum Romanorum arma eſſent terrori Græcis, adulationis gratia illos à lege generali exemerunt.

Quid hac vox ſignificet apud Latinos.

Nomen admiſerunt Latini, qui præter Græcos alios populos *barbaros* nominabant. Ovidius lib. 3. Triſt. eleg. 1.

Siqua videbuntur caſu non dicta Latine,
In qua ſcribebam barbàra terra fuit.

Et lib. 5. eleg. 1. de iiſdem metris ait,

Non ſunt ipſa ſuo barbariora loco.

De voce Βαρβαρισμός.

Barbarismvs etiam vox nova eſt; & ante Auguſti ævum ignota. A. Gellius *lib. 5. cap 20* & *lib. 13. cap. 6.* Vide Martialem *libr. 6. epigramm.* 17. At illam neceſsitas Theſauro vocum Latinarum accenſuit.

Quomodo Barbariſmus à ſolœciſmo diſtinguatur?

Et quidem non benè eam Calepinus, Paſſeratius, & alii Grammatici exponunt: nec ſatis à voce *Solœciſmus* diſtinguunt. Barbariſmus enim materiam ipſam reſpicit, & committitur, cum vox barbara ad leges Latinas inflectitur; ſolœciſmus verò, ad formam pertinet, & fit cùm contra Latinas leges vox inflectitur, aut cum aliis conſtruitur.

SECTIO V.

De Pronunciationis Ametria. *An ad ſolœciſmum, an verò ad Barbariſmum reducatur?*

De errore in Syllabarum quantitate.

Ametria, de qua loquimur, eſt in ſyllabarum quantitate, aut accentu error & inſolentia. Et, quia obſervas interdum peregrinos & exteros in Accentu & Syllabarum dimenſione delinquere, inquiris. *An iſte illorum error ſolœciſmus, an verò barbariſmus dicendus ſit?* Et te benè ſupponere probas, nam Συρακοῦσαι (vulgò *Saragoſa*) eſt ampliſsima Siciliæ Civitas, ſub monte Pachyno, ubi fons Arethuſa ab Alpheo (ut creditur) Elidis fluvio, per ſubterraneos cuniculos tranſiens magna aquarum ubertate profunditur. Hinc Συρακούσιος & tamen illud υ corripuit Virgilius eclog. 6. dicens.

Συρακούσιος achet tertiam producere.

Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu
Noſtra, nec erubuit ſylvas habitare Thalia.

Illumq. imitatus Ovidius fuit in Ibin.

Vtque Syracoſio, præſtricta fauce Poetæ.
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Latinos etiam modulos in vocibus Latinis mutant Græci: cecinit enim Palladas.

Ην ὁ φίλος τί λάβῃ φράτερ εὐθὺς ἐγρά-
ψεν
Ην δ' αὐ μή τι λάβῃ τὸ φράτερ
εἶπε μόνον.

Si nomen frater, charactere Latino ſcriptū, protrahit primam, etiam protrahet ſi Græco charactere ſcribatur.

Vbi in voce φράτερ (Latinè *frater*) prima corripitur contra leges prolationis latinæ, quoniam Georg. lib. 2. inquit Virgilius.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini.
Hanc Remus & frater: ſic fortis Hetruria crevit.

De Barbariſmo

Hos errores ad barbariſmum Paſſeratius reducit: at non benè hunc Authorem percallere barbariſmi characterem, ſi ejus verba perpendere velis, percipies, ut enim

Paſſeratii ſententia.

ipſe opinatur barbariſmus eſt, contra Romani ſermonis legem, aut ſcripta, aut pronunciata vitioſè dictio. Fitque duobus modis, ſcripto & pronunciatione: & hoc quadrifariam adjectione, detractione, mutatione, tranſpoſitione literæ, ſyllabæ temporis. Adjectione literæ, ut *Relliquias Danaum*, pro *reliquias*: ſyllabæ ut *Mavors* pro *Mars*; temporis, ut *Italiam fato profugus*, ubi prima ſyllaba, cum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, ut *Argyripa* pro *Argyrippa*, apud Virg. 12. Æneid. Syllabæ, ut *Salmentum* pro *Salſamentum*: Temporis, ut *Fervere Leucaten, auroque effulgere fluctus*. Mutatione literæ fit barbariſmus, ut *olli* pro *Illi*; ſyllabæ, ut *Pernices* pro *Pernicies*: temporis ut *unius ob noxam*. Tranſportatione literæ, ut *Tymbre* pro *Tymber*: temporis ut *dominus* penultima producta.] At hic eum barbara ſæpe Figuratam Dictionem, quæ eſt culta & elegans, Paſſeratius confundit.

Quot ille modis committatur.

An Tropi inter dictiones barbaras numerandi.

Reſolutio.

Interim quidquid de aliis omnibus ſit, aſſentior Paſſeratio dicenti, qui *dominus* & non *dóminus* diceret, barbarè pronunciare.

ARTICVLVS XI.

De Antiquatis Vocabulis ; *An omnia hoc ævo Criticè indicibilia ſint ? an aliquando dici , aut ſcribi impunè poſsint ?*

Multi aſpernantur omnia nova , & ſine delectu antiqua & antiquata omnia approbant .

MVlti, & nimis multi, quibus antiqua decrepita & obſoleta, qualiacumque ſint, perplacent ; & nova omnia cujuſcumque gradus & gloriæ diſplicent, per Orbis Literarii meridiem velut umbræ decurrunt . Redeunt ad incunabula Linguæ Latinæ, & ad balbutientes Priſcorum Muſas ſui labii eloquentiam elimant . Hoc etiam hodie in Europa morbo Viri alias eruditi laborant , & inter alios Iuſtus Lipſius , qui è Plautinis ſepulchris ſemicorroſa verba exhumat, ut aucupetur admirationem apud alios. Erexit Lovanii à fundamentis domum , ſuæ ſufficientem Modeſtiæ , ſed minorem ſua Gloria , & ſupra Oſtium *Moribus antiquis* inſcripſit : hoc enim ille Lemmate Heroico utebatur : at poſtridie perfectum, & abſolutum verſum legit : videlicet ,

Heroicum Dictum Iuſti Lipſii .

(*Moribus antiquis* ; ſed verbis utere noſtris .)

In hoc ſuo genio indulſit Vir Magnus, quem tamen ob varia & gravia de diverſis argumentis ſyntagmata venerabitur Sera Poſteritas actis æternitatis.

Et , ut percipiat Lector, quæ verba *antiqua*, & quæ *antiquata* dicuntur , & proſcripta hodie à Latio cenſentur, Caleni ad Agrophilum Epiſtolam loco exempli proponam : inquit enim .

Epiſtola Caleni ad Agrophilū .

Extat apud Antoniū Guzmanum in Agrophili pag. 101

[Nimium te patrocinari benigniter, opino carminibus meis Aiophile, in quibus veterem illam ſimplicitatem exhibeo , à quà multum abhorrent , qui verſorum numero puetiliter ſtudent , ſuperſtitioſi Muſarum ſagrificuli , nullo habito delecto verborum . Vt jam quod de ſæculo ſuo graviſſimus Author Nævius , de noſtrorum temporum infelicitate jure opportuno conqueri poſſumus ipſi .

Mutantur cum ætate linguæ: & quæ nſi ſunt Veteres, iuniores neſciunt .

Obliti ſunt Romæ lingua latina loquier, Proinde ab iſtorum turba ſubduxi me, totuſque obliteratis Patrum noſtrorum vocibus , colligendis incubui quibus velut tabulis è communi imperitorum naufragio emergam . Tuo igitur judicio epigramma , quod circiter præteritæ noctis meridiem ednlavi ad lucernam volens lubenſque ſubmitto : de quo tantùm non metuo , ne vetuſtiſſima vocabula , quibus mea ſponte veſcor , non approbes , facul contra plerorum inſanitatem , qui ſurdè audiunt , ut cum Afranio loquar . Quod ſi me aliquid amiciter non eris, id vel immutaſſo , vel expungam , unam ſcilicet, nec puto vulgariā laudem relaturus meæ erga Te obſequelæ . Cæterùm luce claro, clariùs Varronis dictum illud in memoriam redigas velim : Neque in bona ſegete nullum eſſe ſpicum nequam : neque in mala non aliquod bonum . Vale .

Verba exponet Index, quem in fine ponemus : hic aliqua circa metrum notabo .

Eſt Puerus forma haud obſcura cui Sextillo (a)
Eſt nomen pulchra ac mira in eo facies .
Quales Paſti vernant flores ori , geniſque (b)
Et qua ſydera fulgent nitidis oculis ! (c)
Candidiores ſuat glacie dentes hyberna (a)
Promiſſa aurum dicebis iacſſe coma (c)
Vt pereo , ſeu frontem oculis animoq; perterro ,
Seu gracilum collum ſeu roſeas labias .
Hanc deſiſtere amare , at quem anicum amicam habai vix .
Poſſum ; ſed quamvis id graviter patio ,
Tandem poſſum ; Ante hac dignus contemniter eſſes
Sunt q; ex hoc tam ingrata omnia amore mihi , ut (d)
Iam pudeat dilexiſſe . Illa, qua me extinti
Deteſior formari decus hoſtificum .
Meq; in poſterum amantem excuſabunt puto multi ,
Quod Puerum odi, in quo credideram eſſe fidem. (e)

a) Spondaica ſunt dura , niſi quarto loco ſit Dactylus .
b) Caterr & pompa verſus, ſi ſingulis pedibus ſingulæ voces correſpondeant .
c) Interim cæſura in Pentametro debet terminare dictionem ; & ideo in hoc verſu non toleratur vocis *fulgent* diviſio .
d) Synalœpham Cæſura non admittit , niſi ex condicto velimus aſperè & durè modulari .
e) Et hæc de ſyllabarum metro ſunto dicta : aliquid de morum metro ſubſcribamus. Vt infandam eſſe Maſculam Venerem demonſtret Agrophilus , in Petronio Arbitro (ut *præced. art. ſect. 7. §. Venit* monuimus) *Gytonem* in *Gytonā* commutat , etiam hic *puerū* in *pueram* vertere neceſſariò deberet : nec eo antiqua dialectus violaretur ; nam , ut *puerum*, ſic etiam *pueram* antiqui Romani dixerunt .

Hinc Dinocritus; O tuos inquit quiſquis es Poetarum ineptiſſime verſus, cum Catulliani illius Voluſii annalibus jure meritò comparandos ! Deſine aliquando Semeſa antiquitatis cæmenta tam anxiè colligere , tuoſque Accios , Pacuvios , Nævios,

vios, Labetios, tàm inſelieiter imitari, ne eum totius eruditionis arculas exhauſiſſe te eredas, ſalebroſo, atque arido iſto ſcribendi genere, legentium animos prodas, perdas, peſſundes. Me verò Agrophile, quem ſuaviſſima tuorum Epigrammatum lectione dudum recreaſti, jugulatum penè nunc habes duriſſima ſyllabarum glutinatoris neſcio eujus cantilena. Sed indignationis meæ ſemipoetam inſulſiſſimū per ſortunas te oro admoneas, ut artem hanc tandem invitis (quod ajunt) Minerva, & Muſis omnibus, deſinat exercere.] &c.

Contrariam viam inivit inter Græcos Dionyſius Areopagi Senator, apud quem novæ pulchræ, & inſolitæ ſunt vocum compoſitiones; & apud Latinos Apuleјus, qui ingenioſa novarum dictionum conſormatione delectatur. Illos cum gratia apud Hiſpanos nuper comitabatur Gongora, cujus tatum ingenium *eſt paſſer ſolitarius in tecto*. Sunt enim hodie multi, qui eum imitari gliſcant;nemo,qui ſciat.

Ciceronis de verbis antiquandis & etiam innovandis ſententia.

Alii ſuerunt ingreſſi mediā viam,quam Antiqui triverunt, quos Juniores, qui prudentes, ſequuntur. Eſt clara, & pervia, nam illam illuſtrat Sol eloquentiæ Cieero, qoi lib. 3. de Oratore aſſeverat, *Tria eſſe in verbo ſimplici, quæ Orator afferat ad illuſtrandam orationem, aut inuſitatum verbum, aut novatum, aut tranſlatum*. Novantur autem verba, quæ ab eo, qui dieit, ipſo gignuntur, ac fiunt,vel conjungendis verbis, vel ſine conjunctione, conjungendis verbis novantur,ut hæc. *Tum pavor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat*. An non vis hujus me *verſutiloquas* malitias? Videtis, inquit, verſutiloquas, & expectorat ex conjunctione facta eſſe verba nonnata. Ex hoc loco apparet, *conjuncta*, ſeu *injuncta* verba à M. Tullio nominari, quæ vulgò *compoſita* appellamus. Idem in Oratore Pers. Ego autem etiam ſi quorundam grandis, & ornata vox eſt poetarum, tamen in ea cum licentiam ſtatuo majorem eſſe, quam in nobis faciendorum, jungendorumque verborum, tum etiam hominum voluptati vocibus magis,quàm rebus ſerviunt. Idem ibidem. *Quid in verbis junctis, cum ſcitè* inſipientem *& non* inſapientem? iniqnum, *non* inæqnum, tricipitem *non* tricapitem? concisum, *non* concæſum (puta, *dicimus* &c.) Perſpieuè his loeis *verba juncta* dixit, quæ Grammatici *compoſita* nominant. Ibidem. *Itaque tranſlata, aut facta, aut juncta verba facile ſunt cognita; Tranſlata quæ ſint, notum eſt; facta autem verba ſunt, quæ ſine conjunctione ſunt novata ab eo, qui dicit; juncta, quæ novata ſunt ex conjunctione, ut loquitur Horatius ex junctura*. Idem in Topicis. *Scæuola autem P. Filius* poſt liminium *junctum, putat eſſe verbum, ut ſit in eo, &* poſt, *&* limen. Idem *Novari verba*, ait, *cum aliis modis, tum adjunctione verborum*.

Innovatio, vel eſt in verbo ſimplici, vel in diverum inſolita compoſitione.

Quæ verba nominentur conjuncta?

Aliqua litera in compoſitione alteratur: quia Nomenclatores pronunciationis conſulere voluerunt ſuavitati.

Sigalion.

Vide Priſcianum libr. 18.

NOTA I.

De Antiquatis, Novandiſque Verbis. Ex Horatio.

SI nihil omninò dicendum, quod in Cicerone non legatur; ſi nil prorſus cantandum, niſi quod jam olim Virgilius aut Ovidius cecinerit, omnia Latinæ linguæ nomina omnia verba ſunt prorſus defectiva; multi enim illorum caſus ſunt, & multa horum tempora, quibus non fuerunt uſi. Et, ſi novas voces formandi quibuſcumque indulgetur authoritas, decurſu paucorum annorum mutabitur lingua Latina. Quid ergo fiet? Quod præſcribit Horatius his verbis.

Nulli Nationi aut Genti Lingua Latina eſt hodie ꝓpria: unde, ſi illam alterare liceret, quia aliter eam German⁹, aliter Italus, aliter Hiſpanus, &c. alteraret, annorum paucorum decurſu in varias linguas illa divideretur. Vt igitur illæſa & invariata manuteneri poſſit, oportet, ut Latinę Linguę nomine illam intelligamus, quam in Virgilio & Cicerone reperim⁹ à quibus poſteriores Poetę & Oratores parùm abſunt.

In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis
Dixeris egregiè notum ſi callida verbum
Reddiderit junctura novum, ſi forte neceſſe eſt
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum:
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.
Continget: dabiturq; licentia ſumpta prudenter,
Et nova, fictaq; nuper habebunt verba fidem: Si
Græco fonte cadent, parce detorta; quid autem
Cecilio, Plautoq; dabit Romanus, ademptum,
Virgilio, Varioq; ego cur acquirere pauca
Si poſſum, invideor, cum lingua Catonis, & Enni,
Sermonem Patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit? licuit, ſemperq; licebit
Signatum præſente nota producere nomen:
Vt Silva foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt: ita verborum vetus interit ætas,
Et juvenum ritu florent, modo nata, vigentq;
Debemur morti nos, noſtraq; ſive receptus

Terra, Neptunus claſſeis Aquilonibus arcet
Regis opus, ſterilisve diu palus, aptaque remis
Vicinas Vrbeis alit, & grave ſentit aratrum,
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis
Doctus iter melius: mortalia facta peribunt
Ne dum ſermonum ſtet honos, & gratia vivax,
Multa renaſcentur, quæ jam cecidere; cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & jus, & norma loquendi.

De ortu & occaſu Latinorũ verborum.

NOTA II.

Vt verba obſoleta & antiquata quibus nuper Calenus utebatur, intelligas, Indiculum ſequentem addimus.

De ſtylo Antiquario, quem vocat, Nicolaus Cauſſinus de Eloquent. ſacr. & hum. libr. 2. cap. 10. pag. 97. b. ſic ſcribit. *Demus iterum veniam ſæculo, & illi* (Ennodio) *qui in aſtu ætatis, & Rhetoricorũ, qualia tunc vigebant, ſtudiorum conſcripſit. Nulla tamen ratione hic ſtylus in imitationem trahendus eſt imperitis adoleſcentibus, qui in deteriora crebeiùs abripi ſolent.* Et in fine ipſo capitis. *Erit autem adoleſcentibus ab iis vitiis cavere facillimum, ſi ipſi ſtudiorum initiis, unum Ciceronem, & pauculos, ſanoſque Hiſtoricos lectitent; ne nimia doctrina, quam avidiùs aliquãdo concupiſcũt, ambitione perpetuam ſtyli jacturam faciant.*

NON eſt animus verba omnia, quæ hodie cenſentur antiquata proponere, ſunt enim multa & varia, ſed ea, quæ requiruntur, ut Caleni literæ intelligantur.

Benigniter pro *benignè* apud Titinnium *in Geminis*, ut citat Nonius.

Opino pro *Opinor*. Pacuvius *in Chryſe*, idem Nonius.

Verſorum pro *verſuum* ex Laberio *in Lacu Averno*, ut citat Priſcianus, & Livio Andronico *in Polymetris*.

Oblits ſunt Romæ lingua Latina loquier. Nævii verſus, teſte Agellio.

Meridiem noctis, apud Varronem *in Marcipone* annotavit Nonius.

Veſcor pro *utor*. Pacuvius *in armorum judicio* & *in Chriſe*. Nonius.

Facul pro *facile* citat Nonius ex Pacuvio *in Auctione*, & Lucilio *in Satyris*.

Inſanitatem pro *inſaniam*. Varro *in Eudæmonibus* apud Nonium.

Surde audiunt. Afranius *in Vopiſco*. Soſipater.

Amiciter pro *amicè* à Pacuvio *in Duloreſte* poſitum obſervat Nonius.

Moneris pro *monueris*. Ex Pacuvio *in Chryſe*. Affert Nonius.

Vulgariam pro *vulgarem*. Afranius, *in Privigno* & *in Traſyleone* Turpilius uſurpatunt Nonio teſte.

Obſequela pro *obſequium*. Afranius loco ſuperius laudato. Nonius.

Luce claro. Varro *in Bimargo*, & in *Ephebo*. Nonius.

Neq; in bona ſegete nullum eſt ſpicum nequam, neque in mala non aliquod bonum. Locus ex Varrone *in Geminis* citatus à Nonio.

Puerus pro *puer*. Cæcilius *in Vmbris* apud Priſcianum, & Afranius *in Incendio* apud eundum Nonium.

Dicebo pro *dicam*. Nævius *in Pathicis*. Nonius.

Gracilius, a, um pro *gracilis, & e*, apud Lucilium *in Satyris* teſte Nonio.

Labias pro *labia* apud Næviũ *in Macchoexule*, & *in pracone poſteriore*. Nonius.

Pleros pro *pleroſq;* quod in *Duloreſte Pacuvii* obſervat Priſcianus.

Patio pro *patior* apud Nævium *in Profecto*. Nonius.

NOTA III.

De Deorum Idiomate. *An ſicut ætate, ſic etiam linguâ immutabiles ſint? An, quæ apud nos in terris antiquata & obſoleta jam cenſentur vocabula, apud Numina retineantur in Cœlo?*

SVpponebant Gentiles Deos eſſe immutabiles; legerant enim in Davide, *Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquã dies heſterna, quæ præteriit: Et cuſtodia in nocte, quæ pro nihilo habetur eorum anni erunt.* &c. Vnde & Deos ex hominibus factos, in eâdem ætate, quâ adſumpti, (etſi negandi omnem Divinitatem Plinius & alii ſumpſerint occaſionem) æternùm permanere dicebant. Quam ob rem, ut meliùs Deorum immutabilitatem exprimerent, ſicut eumdem vitæ tenorem, ſic eamdem ſemper loquendi normam illos conſervare aſſerebant.

Pſalm. 89. 4.

An Deus immutabilis ſit? An Pſalmos Ethnici legerint?

An Plinius fuerit atheus?

Hanc ob rem maximus ille Ethnicæ Theologiæ Magiſter, Homerus, veterem Græcorum linguam, quæ jam erat ſuo ævo antiquata apud homines, ſupponens conſervari apud Cælites, etſi interdum quando nobiſcum agunt ſuas noſtris auribus linguas attemperent, vult illos inter ſe illâ dialecto uti, quæ fuit in idiomate (Græco, Latino, aut alio quocumque) primitiva. Demonſtrant id plurimi hujus incomparabilis Poetæ loci, è quibus paucula proferre ſuffecerit. Nota ſunt illa verba. ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοί, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον. Et in Odyſſ. 10. Μῶλυ δέ μιν καλέουσι Θεοί. Et item in Iliad. 1. Βριαρέων καλέουσι Θεοί, ἄνδρες δέ τε πάντες Αἰγαίωνα. Et in 2. τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης. Et in 14. poſtea ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος. Et ſtatim. ἥν τ' ἐνόρεσι Καλ-

Homerus qualis?

An Deorum ætas mutari poſſit?

Qua dialecto Dii nobis? &, qua denique loquantur inter ſe?

An utantur antiquatis Græca Lingua vocabulis?

Digitized by Google

Καλλιδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες κύμινδιν. Et alia ſimilia, quæ exhibet Elenchus in Homerum, quem concinnavit Nicolaus Erithræus.

Qualis Virgilius fuerit?

Sicut in Græcâ Linguâ Homerus, ſic etiam in Latinâ Virgilius vult Romanorum Numinum dialectum immutabilem eſſe, & in ipsâ adhuc cenſeri elegantiſſima, quæ ſunt obſoleta apud homines. Audire proderit eumdem Erythræum, qui in Indice ſequentes lineas magno judicio & eruditione exaravit. [Cùm Divino Vir ingenio Maro æmulationis ſtudio eſt hujuſmodi locorum ſplendorem intueretur, non abſimili colore ſuam quoque Venerem fucaturum exiſtimavit, ſi & ipſe circa Deorum perſonarum dignitatem optimè verſans, eorum ſermoni priſca verba insereret, quæque ſuâ ætate jam deſita, quaſi in Deorum conſuetudine permanſerint, cujus conſilii (ni fallor) hæc fuit ratio, quod maximè convenire videbat, ſicuti ætatem, ita etiam Deorũ ſermonem immutabilem, immortalemq; fore. Et profectò quâ linguâ magis decuit immortales ipſos, cùm illos loquentes facimus, quàm priſcâ uti, atque eâ ipsâ, quæ primùm à majoribus ſolenniter conceptas preces exaudire conſueverunt? Hinc itaque Virgilianus Iupiter in 10 ſic inquit.

Qualiter apud eum loquantur Dii?

In viridi elegantia apud Cælites nomina ſunt, quæ apud homines antiquata cenſentur.

Tros, Rutulusque fuat, nullo diſcrimine habebo. (*)

Et Iuno ad Venerem.

-------- *Nunc qua ratione quod inſtat,*
Confieri poſſit, paucis (adverte) docebo.

Et hoc loco ad eamdem Venerem Vulcanus.

Quod fieri ferro, liquido-ve poteſtur electro.

Quam lectionem adhuc non modo referunt antiqua aliquot bona exemplaria, ſed etiam Novij Marcelli authoritas, cujus teſtimonio veluti locupletiſſimo ſtat Priſcianus, cùm ait; *Poteſtur*, pro *poteſt*, Pacuvius, *ſi quâ poteſtur inveſtigari via.* Lucret. in 3.

Quod tamen expleri nullâ ratione poteſtur.

Virgilius.

Quod fieri ferro liquidove, poteſtur electro. (::)

Sed & *Poteſtur*, lectio ad Politiani uſque tempora integra, inviolataque vulgatis etiam Virg. exemplaribus perduravit: cũ ecce tibi ille hujus Virgiliani conſilii atq; artificii neſcius, dum primæ electri ſillabæ metuit, *poteſtur* paſſivum antiquum, & majeſtatis plenum, dignum Vulcano Deo verbum hoc loco in *poteſt* uſitatius

Sigalion.

*) Sic Iupiter libr. 10. ut ſe non eſſe perſonarum acceptorem oſtenderet. Sed & Dido libr. 1. ut ſuam æquitatem inſinuaret ſimiliter dixerat, *Tros, Tyriusque mihi nullo diſcrimine agetur. Antiquatas, & quæ jam apud homines deſierant, voces,* (*quales ſunt,* Fuat, Confieri, Poteſtur, *&c.*) *in Deorum ſermone Maro retinet.*

::) *Electrum*, Græcè ἤλεκτρον, habet primam natura longã. Virgilius Egl. 8. *Pinguia corticibus ſudent electra myrica.* Ergo locis, in quibus prima à Virgilio corripitur, aut ἔλεκτρον legi debet, aut η que ... ſe decircinari & dividi.

contraxit, ut Spondayeum ex Dactylico verſum faceret, quod dactyli finalem in primam electri cadere non poſſe arbitraretur, quæ enim, apud Græcos eſſet, apud quos naturâ producitur, & ad nos in *e* longum tranſit. Atque ita dum ſe ille duas maculas, quas multis antè ſæculis Virgilianis codicibus involuiſſe putabat, delere exiſtimat, Minciani cygni candorem, & hoc loco commaculavit, ſicut illo, ut oſtendimus eum ſcribit *Sedemque petit Evandri*. Nam, ut omittam vocalem non modò hanc *η*, ſed etiam *ω* naturâ longas, tam apud Græcos, quàm apud noſtros Poëtas, eorum imitatione, non ſemel corripi, quod in Homeri indice adnotavimus, *poteſtur electro* ſuo Iure, atque authoritate Poeticæ, Romanæ Principem hoc loco reliquiſſe, primâ in electro correptâ, ratione dactyli finientis, non conjecturis tantùm & argumentis te Politiane convincimus, ſed ipſiuſmet Poëtæ eâdem in re locupletiſſimo teſtimonio, & (quod aiunt Iureconſulti omni exceptione majore, quod etiam tuo nomine referre pudet. Is in Ciri iuvenili carmine ad Meſſalam inquit.

Cùm prima in electro protrahatur & corripiatur à Marone, eam Metametricus poterit indifferentibus adnumerare.

Coralio fragili & lachrymoſo movit electro.

Et pernegabis adhuc ſummo vati juſto (*) in hoc opere licuiſſe, quod in exiguo poëmario iuvenis etiam uſurpare non dubitavit? Quem etiam ipſum ſuſpicor, hoc ſuæ voluntatis veluti teſtimonium illic de induſtria collocaſſe, quo incautum (::) Grammaticorum quempiam quos moleſtiſſimos aliquando expertus eſt, qui præſtantiſſimorum Poëtarum oracula ad ſuarum regularum cenſuram ineptè, & arroganter exigere ſolent, ex illo loco, veluti ex inſidiis prodiens, imperitè hoc carmen attentantem, quod prævideret, deprehenderet. Sed non modò in Gregarium litteratorem quendam, quod magis ſperabat, verum in præſtantem Grammaticum, ac centurionem fortiſſimum, hoc eſt te Politianum, hoc quaſi cuneo validiſſimo invadit, mediamque tuam centuriam dirumpit, ac diſſipat, captivumque *poteſtur* recipit, & in ſua ſceptra (hoc eſt Vulcani ori) reponit; Quare non dubitabitis poſt hac, vos, qui nova hac ſcribendi ratione libros hodie imprimendos curatis, poſthabitâ Politiani ſententiâ, Erythræi potiùs, immò verò poetæ ipſius *poteſtur* lectionem nativam Virgilianis codicibus repræſentare. Quia verò tandem Poeta Græcus illa Divinorum vocabulorum uſurpatione ſibi voluerit, nos in ejuſdem elencho (niſi conjecturâ fallimur) expoſuimus.]

*) Dicitur juſtum opus liber in quo quãtum poſtulat materiæ gravitas, oratio Scriptoris erudiri diſſunditur. *Cùm ſcribit Maro juvenis, Æneidem in ætate provecta.*

::) Correctione indigent multæ Regulæ Grammaticorum.

Hunc Virgilii verſum in Epithetorum Opere verb. *Electrum* adducit Textor, & tamen *poteſt*, & non *poteſtur* legit.

ARTICVLVS XII.

De Silentio Potentiarum & Senſuum. ***De Ovidio, & Interpretibus Caligula; an videndo ille, iſti audiendo peccaverint? Adduntur nonnulla de Reali & Morali ſenſuum, & interiorum Potentiarum ſilentio.***

An, & quando Senſus & Potentia hominis taceant?

TAcete lingua dicitur, quando non loquitur: & hinc ſumptâ Metaphora ſilebit Intellectus, quando non operatur: & exteriores Senſus, (Viſus, Auditus, &c.) quandiu in actu primo ſunt (utor Philoſophico termino) cenſebuntur tacere.

Omnes Senſus poſſunt ſi male regantur, peccare.

Porrò Intellectus loquitur, & quid unuſquiſque facere aut omittere debeat, præſcribunt Leges, dicit Æquitas, & Ratio dictat. Sunt loquutulei oculi, garrulæ aures, & quia loquendo peccant, illi clauduntur, & iſtæ obturantur, ut taceant.

Eò dilapſa eſt Politica, ut intelligere, velle, videre, & audire (ut cætera prætercam) aliquando ſit ſcelus.

Nimia ſcientia damnatur.

Peccat intelligendo, qui ultra terminos à Prudentiâ præſcriptos Mentem promovet. Et hanc ob rem monemur ab Apoſtolo, *Non plus ſapere quàm oportet ſapere; ſed ſapere ad ſobrietatem.*

Solent oculi reſpiciendo delinquere.

Et videndo & audiendo peccare etiam hominem conſtat ex Evangelio, conſtat ex Hiſtoriâ Romanâ. Matth. 5. 29. monet Chriſtus, εἰ δὲ ὁ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιός σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτόν, καὶ βάλε ἀπὸ σου. συμφέρει γάρ σοι ἵνα ἀπόληται ἓν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὅλον τὸ σῶμα σου βληθῇ (*) εἰς γέενναν. *Si autem oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum & projice abs te. Confert .n. (expedit) ut pereat un membrorum tuorũ & nõ totũ corpus tuũ conjiciatur (mittatur) in Gehennam.* Et, ut altiùs doctrina hæc inhæreat cordibus, illam cap. 18. 9. repetit dicens. Καὶ εἰ ὁ ὀφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτόν καὶ βάλε ἀπὸ σου καλόν σοι ἐστὶ μονόφθαλμον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. *Et, ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum & jace abs te: pulchrum (bonum) tibi eſt unoculum (unum oculum habentem) in vitam intrare, quam duos oculos habentem jaci (mitti) in gehennam ignis.*

*) Radix eſt βάλλω.

An oculi nos ſcandalizent?

An interdum oculis carere præſtaret?

SECTIO I.

De Ovidio. *Cur tam ſubitanea ſententia proſcriptus & condemnatus fuerit?*

Cur Ovidius in exilium ſit miſſus?

MVlta poſſem, ut hoc dilucidarem, adducere è profanis Hiſtoriis, ſed ſufficiat caſum exiliumque Ovidii Naſonis proponere. In ejus enim proſcriptione ſunt colores quæſiti, ſed cauſa vera, quam Imperator Auguſtus ſciri noluit, ipſo invito innoteſcit. *Corrumpit Naſo Adoleſcentiæ mores* (Imperator ſucclamat) *laſciviendi Artem ſcripſit: & quia ſe indignum reddidit Romanorum conſortio, abigatur ad barbaros.* Sic loquebatur Cæſar: ſic Senatores: & ut eis morem gereret, ſic etiam ipſe Naſo: quoniam ſecundo de Ponto has lachrymas numeroſè profundit.

Cauſa quæſita quæ?

Naſo parum prudens Artem dum tradit amandi,
Doctrina pretium triſte Magiſter habet.

Et poſtea libro tertio ſic ait.

An propter laſcivos libros Ovidius ad ultimos terminos Romani Imperii miſſus ſit?

Nec ſatis hoc fuerat, ſtultus quoq; carmina feci,
Artibus, ut poſſis non rudis eſſe meis.
Pro quibus exilium miſero mihi tradita merces;
Id quoque in extremis & ſine pace locis.

Secundo in libro cecinerat.

Ne-ve roges, quæ ſit ſtultam quam fecimus Artem:
Innocuas nobis hæc vetat eſſe manus.
Et quid prætereà peccarim quærere noli,
Vt pateat ſola culpa ſub Arte mea.

An proſint Carmina?

Et hoc ultimo Diſticho moneor, cauſam fuiſſe quæſitam; quæ ex Ovidii ſcriptis ſumebatur. Latebat alia majori invidiæ, & periculo obnoxia, quæ debebat, aut non ſciri, aut non dici. *Noli*, inquit, *quærere, quid præterea peccarim: patere, ut culpa mea in ſola Artis editione conſiſterit.* Vnde libro quarto adhuc ait.

Carmina nil proſunt (*) nocuerunt carmina quondam,
Primaq; tam miſeræ cauſa fuere fugæ.

*) Alii legunt poſſunt.

Et

Si propter libros punitus Naſo fuiſſet, in adoleſcentia, & non in ſenectute, debuiſſet condemnari.

Et quidem non fuiſſe ob illius Libri compoſitionem Ovidium condemnatum, annorum & temporum ratio demonſtrare videtur. Autem enim amandi & laſcivos libros de Amoribus ſcripſit & edidit juvenis; quando inſolentia criminis & Authoris obſcuritas exacerbare & animare poterant Principem, ut in eum animadverteret. At ille Imperator ipſiſſimus, qui peccanti applaudebat, & in Venereis deſcriptis ab Ovidio ſordibus Authoris elegantiam, & ingenium laudabat, jam poſt multos annos, quando vix erat ulla priorum Scriptorum memoria, erumpit ex abrupto & Ovidium jam ſenem, præter Iuris formam, nec citatum, nec auditum, propter ejus Muſas Iuveniles proſcribit. Supervenerat ergo nova cauſa, ob quam in Ovidium ſæviret. Quod, & idem Author ſecundo Triſtium inſinuare videtur.

Peccavit, quia vidit, quæ Auguſtus à nemine ſcire volebat.

Perdiderint cùm me duo crimina; carmen & error,
Alterius facti (nempe erroris) *culpa ſilenda mihi.* &c.
Ego, quæ juveni mihi non nocitura putavi,
Scripta licet pueri, nunc nocuere ſeni.

Contra Deum nemo invitus peccat, at contra homines invitè aliquando peccamus.

Et Operis ejuſdem libro tertio.

Non equidem totam poſſum defendere culpam;
Sed partem noſtri criminis error habet.

Cauſa igitur, ob quam iratus in Ovidium fuit Princeps, error fuit: cauſa ſub cujus eum colore perdidit, libidinoſa carminum juvenilium libertas. Sed unde conſtat illum non fuiſſe condemnatum ob carmina? Conſtat inquam ex Amoris verbis, nam de hoc interrogatus, ſic illum fuit adloquutus in ſomnis.

Vsq; huc (carmina) *ſic utinam defendere cætera poſſem:*
Scis aliud quod te læſerit eſſe magis.

Sed quis, & qualis, quæſò, error, tantam concitare procellam potuit in Imperatoris palatio? An quod ſub *Corinnæ* nomine Cæſaream puellam pueris per totam Vrbem decantandam præbuerit? Innuit Martialis.

Ovidium norat ſola Corinna ſuum.

Aſſeverat Sidonius.

Et te carmina, per libidinoſa
Notum, Naſo, tene, Tomoſq;(*) miſſum
Quondam Cæſareæ nimis puellæ
Falſo nomine ſubditum Corinnæ.

*) Τόμὸς ad Pontum civitas, quam exilio ſuo Naſo reddidit celebrem. Eſt autem τέμος Latinè *ſectio*, & ideo primus Origenes volumina ſua τόμὸς vocavit. Hoc nomen civitas illa indepta ex quo ibi Medea Abſyrti fratris membra fruſtulatim concidit. Ovidius libr. 3. Triſt.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſuos.
Et huc Ovidiũ miſſum cõſtat ex libr. 1. inquit enim.
A quibus adveniunt Miletida ſoſpes in urbem,
Offenſi quò me detulit ira Dei.
Vocat illam civitatem *Miletida* quod à Mileſiis fuerit condita. Auguſtu nq; nominat *Deum*

At hæc culpa, quia generalis eſt, & Poetis univerſis communis, non ita gravis potuit in Ovidio cenſeri, ut propter illam proſcribi ab Europa debuerit. Committunt illam paſſim plerique Poetæ Hiſpani de quibus Quevedus ſic ſcribit. *Eſta* (los Poetas) *es Gente, que canta ſus peccados, como otros les lloran: pues en amancebãdeſe, con hazerla Paſtora, o Mora, la ſacan a la verguenza en un Romancito por todo el Mundo. Si las quieren a ſus Damas, lo mas que les dan, es un Sonete, o unas Octavas: y ſi las aborrecen, lo menos, que las dexan, es una Satyra.* Ergo propter crimen, quod olim, & adhuc hodie Poetæ omnes committunt, ſub Auguſto integerrimo & juſtiſſimo Principe, non debuit in ſolum Ovidium fulmen ruere. Præterea, quidquid de metris ſit, quæ Corinnam concelebrant (non enim in eis reperio errorem) adhuc eſt quærendus error, qui fuerit cauſa tam crudelis exilii. Author vitæ Naſonis, quæ Metamorphoſeon libris Lugduni editis ann. 1516. præfigitur, hanc producit. *Suſpicandum eſt*, inquit, *eum, cum familiariſſimus eſſet Octaviano, fortè eum, vel pro Phœbo ſe adorari facientem* (ſed hoc Auguſti modeſtia, omnibus nota, falſum eſſe perſuadet: &, ſi fortè eſſet verum, Ethnicorum illius ævi moribus conſideratis, non fuiſſet Auguſto dedecori) *aut eumdem puero abutentem* (& hoc propudioſum ſemper inter Romanos fuit) *vidiſſe*. Ovidius igitur nonniſi videndo peccavit. Idem ipſe tertio de Ponto.

more Ethnico nam apud Veteres, ut alibi oſtendi, Divinitas erat quędam extrinſeca denominatio.

Las Zaburdas de Pluton. pag. 128.

Quid Ovidius viderit?

Aut timor, aut error: nobis prior obfuit error.

Et quarto Triſtium multò clariùs.

Triſtia quod crimen viderunt lumina plector;
Peccatumq; oculos eſt habuiſſe meum.

Conſonat ſibi ſecundo de Triſtibus dicens,

Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi eſt?
Inſciùs Actæon vidit ſine veſte Dianam,
Præda fuit canibus non minus ipſe ſuis.

Actæon periit, quia nudam Dianam proſpectavit.

Sicut vidiſſe Ovidio nocuit, ſic & aliis exitiale fuit audiiſſe: in Hiſtoria enim Caligulæ Scriptores recenſent, negotium quoddam grave tractaviſſe cum Barbaris, & viginti aut plures homines, quos pro interpretibus habuerat, juſſiſſe occidi, ne fortè quæ à ſe, aut à Barbaris audierant, revelarent.

Multi, quia ſecretum audierant, à Caligula capite condemnantur.

SE-

SECTIO II.

De Reali ſenſuum exteriorum ſilentio. *Mæror, Gaudium, & alia paſſiones animi, ſi nimia ſunt, obtundunt, aut ſuſpendunt ſenſuum operationes.*

Lætitia, & mæror, & alia Animæ perturbationes mortè interdum inferunt, ſenſus ſæpe exteriores ſuſpendunt.

SI inexſpectata felicitatis, aut infelicitatis notitia, tam abſolutam tyrannidem exercet in anima, ut eam interdum à corpore amoveat & ſeparet, nemini videri mirum poterit, ſi ſuſpendat ejus operationes, jubeatque ejus Potentiis internis, & externis, ut taceant. Floram in exemplum producam, ſic enim confuſa & turbata ſucclamat.

Todos los cinco ſentidos
Deſpues que le vò, me faltan,
Si miro tengo en los ojos
Mas de dos mil cataratas,
Si eſcucho cantar, los ecos (*)
De la muſica me canſan,
Si llego a oler eſtas flores,
El olfato ſe empalaga,
Si me palpo, no me topo
Segun eſtoy elevada.
El guſto del paladar
Es el que en todo me falta
Saber ſi le tengo, o no,
Quiſiera que me faltara. &c.

*) Cum tædio ago de aliquibus vocibus Græcis, quib⁹ uti ſolent Hiſpani. Nam ἠχὼ, Latinè ſcribitur *Echo*: Auſonius. *Turbida congeſtis reſeritur vocibus Echo*. Sed quo modo ſcribetur Hiſpanicè? *Eco*, an *Echo*? Si primû, tollitur etymoo. Si ſecundum, mutat pronûciationem, & ſignificationê; nam, ſi *ch* ſonat more Hiſpanico, ut in voce *muchacho*, (*puer*) *echo*, vel *hecho* erit participiû verbi *hazer*, & erit *factum*.

Ita perturbari una paſſione Flora potuit, ut ſenſuum omnium uſu deſtitueretur. Vide trigeſimæ-quartæ Partis quintam, quæ inſcribitur *Veerſe, y tenerſe por muertos*, quæ ingenio, & calamo D. Emanuelis Freyle de Aodrade debetur.

SECTIO III.

De Morali ſenſuum Silentio. *Exponitur Adagium Hiſpanicum, & Syrenum Fabula radiis Politicis dilucidatur.*

Veer, oir, y callar. *Hiſpanorum adagiû.*

HInc oritur Civile illud Hiſpanorum Adagium; *Vèr, Oir, y Callar*; quod hoc ſcholio quidam Iunior Eruditus dilucidat.

Nihil videre, præſtat audire & nihil.
Si fortè quidquam videris, ſi audiveris,
Quæ diſplicere Octaviano debeant,
Audi, & tace: vide, & tace: ſcito, & tace.

Proderit ſubſcribere Epigramma, quod in Parnaſſo Hiſpano Muſ. 2. pag. 80. num. 53. reperio. Iam ſenex, & propriis jacturis cautior redditus, ſic Dominus Quevedus exclamat.

Oir, ver, y callar *remedio fuera*
En tiempo que la Viſta, y el Oido,
Y la lengua pudieran ſer ſentido,
Y no delito, que offender pudiera.
Hoy, ſordos los Remeros con la cera,
Golfo navegare, que (encanecido
De hueſſos, no de eſpumas) con bramido
Sepulta a quien oyo voz liſongera.
Sin ſer oido, y ſin oir, ocioſos
Ojos y Orejas, vivire olvidado
De el ceño de los Hombres poderoſos.
Si es delito ſaber, quien ha peccado;
Los vicios eſcudriñen los Carioſos,
Y viva yo ignorante y olvidado.

*) Adludit ad Syrenum fabulam. Fuerſit autem Syrenes, Acheloi & Calliopes filiæ, Maris Siculi incolæ, quæ tam blandè dicuntur canere, ut numerorum dulcedine ſopiant nautas, ſopitos demergant, & tandem devorent. Contra earû fraudes, qui volût trâſire ſecuri, cera aures obturant.

Silent in Mundo etiam Inſenſibilia: Terra nimirùm, cum obedit: & Luna in Cælo, cùm Soli admota, nocti, cui præſidet, radios non impertitur.

Quando præoccupatur perturbatione aliqua Animus, Oculi non ſolum adlucinantur, ſed excæcantur.

VT id perſuadeam duo loci in Literis Sacris ſuccurrunt. Attendite. Fluvii in eremo, per quam tres Reges improvidi, & incauti conducebant militares myriades, nulli reperiebantur; & ne periret ſiti ille numeroſus exercitus, Eliſæus quæritur, & per eum Clementia Divina imploratur. Foſſas aperiri iſte jubet; quæ illa nocte miraculosè aquis ditantur. Ipſæque primo mane Solari ſplendore percuſſæ, hac illac evibrant lucis radios. Erant profectò hæ undæ innocentes, & candidæ, & in Moabitarum oculis ſanguineo colore tinguntur. Sacrum Textum ponamus. *Moabitæ audientes, quod adſcendiſſent Reges, ut pugnarent adverſum eos, convocaverunt omnes, ab eo, qui accingi poterat gladio, & ſupra, & ſteterunt in terminis. Primoque mane ſurgentes, & orto jam Sole ex adverſo aquarum, viderunt Moabitæ contra aquas rubras, quaſi ſanguinem: dixeruntque, ſanguis gladii eſt. Pugnaverunt Reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò. Nunc perge ad prædam Moab. Perrexeruntque in caſtra Iſrael. Porrò conſurgens Iſrael percuſſit Moab.* &c. Iſidorus Clarius hanc Moabitarum adlucinationem exponens, ait. [Cum radii Solares in aquas illas inciderent, reflexu ſuo oculos Moabitarum faſcinarunt, ut putarent cruore humano terram perfuſam: quippe qui probè ſcirent, ab heri, & nudiustertius illic aquam non fuiſſe; quare animo ſumpto præcipites ruunt in hoſtem multò ſe validiorem.] Et quidem Moabitis adaptari ille verſus Virgilii poterit,

Hinc collige nullam ſub illud tēpus juſſe diſciplinam & providentiam militarem.

4. Reg. 3. 23.

Aqua tinguntur Solis radiis

Cur Moabitæ ſint falſi?

Credimus. An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt.

Virgilius Egl. 8. ſub fin.

Iudæorum enim ſanguinem ſitiebant ipſi, &

Cur Virgilius Synalœpham omiſerit, & ſyllabam longam corripuerit?

& adhuc in vigilia erant cœci, & ſomniabant; & quia; ut inquit Hiſpanus, *Soñaba el ciego, que veia, Y ſoñaba, lo que queria*, ex leviſſimo indicio, pugnaviſſe inter ſe, & mutuò ſe intetemiſſe exercitus hoſtiles, judicarunt; & aquæ ſplendorem eſſe ſanguinem aſſerunt, & ſe in interitum neceſſarium præcipitant. Et hic obiter nota, Poetam contra Metricæ leges illud, *qui* corripuiſſe, ut moneremur, eos, qui amore, aut odio præoccupantur, legum jugum excutere; & ſolo paſſionum impulſu gubernari.

De iniquis Iudicibus.

Et quoties ſubornati Iudices Innocentiæ candorem ſanguineum cenſent; & quem Iuſtitia innocentem perſuadet, ut reum condemnant; quia munera dant purpurea inſpicilla, quibus admiſſis Senatores, quos vitæ candor, & morum innocentia commendat, viros ſanguinum eſſe definiunt.

Tranſeo ad alterum locum, & doctrinam præcedentem adfirmo.

De Sara & Agare.

Fœmina, etiam bona, vehementes reſolutiones habent.

Geneſ. 21.

Nota eſt Hiſtoria Saræ & Agaris. Illa erat Domina, hæc ancilla. Filius prioris vocabatur Iſaac, & poſterioris Iſmael. Irridebat (ſic enim textum Rabbini interpretantur) Iſmael Iſaacum. Quod ægrè ferens Sara, ait Abrahæ. *Ejice ancillam hanc, & filium ejus*. &c. Diſplicuit Abrahæ vehemens ſuæ uxoris reſolutio; tamen cælitùs monitus, ad ſenſum præbuit. *Surrexit itaque mane, & tollens panem & utrē aqua impoſuit ſcapula ejus, tradidítq; puerum, & dimiſit eam.* Errabat timida [& utor ejus nomine, nam הגר AGAR, à timore fuit nominata] in vaſta eremo, quin ſciret quo greſſus ſuos dirigeret. Et conſumpta jam aqua, vitam deſperat, & ne ſiti pereuntem filium videat, illum ponit ſub arborem, *Et abiit; ſeditque è regione procul, quantum poteſt arcus(*) jacere.* Levat ad Cælum oculos, invocat Deum, & inter lachrymas exclamat, dicens,

Te, Deus, imploro, qui blande crimina tractas.

Culpa mea eſt ingens, ſit tua larga manus.

*) Inter Geometricas menſuras, quæ ab Hebræis recepere Agareni, eſt *ictus ſagittæ*; quo ſpatiū pedum 120. in Alcorano apud Arabes ſignificatur. A quibus non multum abſūt Mathematici, qui paulò aliter hoc ſpatiū metiuntur.

Et tunc eam Angelus, à Deo miſſus, conſolatur his verbis. *Quid agis Agar? Noli timere. Exaudivit enim Deus vocem pueri de loco, in quo eſt. Surge. Tolle puerum & tene manu tua illum, quia in gentem magnam faciam eum.* At non eſt ad rem, Angele mi, hoc Oraculum diceret Agar; non enim Quæſtio eſt de futuris hiſtoriis, ſed de aqua. Caremus enim illa in hac arida eremo; & niſi nobis provideatur divinitùs, inter arenas has neceſſariò peribimus. At Deus, qui non verbis, ſed factis ſe orantibus opitulatur; aperuit oculos ejus; *qua videns puteum aqua, abiit, & implevit utrem, deditque puero bibere. Et fuit Deus cum eo. Qui moratus eſt in ſolitudine, factuſque eſt juvenis, Sagittarius.* &c.

Facto potiùs quàm verbo Deus auxiliatur hominibus.

Cur puteum apud ſe proſtantem videre non potuerit Agar.

Conſiderat hanc hiſtoriam apud Lippomanum Cajetanus, & admirabundus interrogat, cur non viderit Agar illum aquarum puteum, fontemve, qui apud ſe profluebat? Impedimentum videndi aquas, non erat ex parte putei. Non enim hic latebat, aut denſis ramorum foliis obtegebatur. At Agar non erat cœca. Fateor. Et tamen ex parte illius erat impedimentum. Erat enim afflicta, & perturbata; & animi interioris ſymptomata ſe inſinuant in exteriores ſenſus, & ne ritè operentur, impediunt.

Qui à reo juſtè vel injuſtè, fuit læſus, ut judicet illam non eſt aptus.

Attende igitur Princeps, qui Semphronio Titii cauſam committis. Ut eam Semphronius terminet, & expediat, non convenit. Multa in eum improvidè, & temerè commiſit Titius, & ulcera injuriarum recrudeſcent, & ſanies in eum tandem exonerabit. Si Semphronius probus & vitæ integer eſſe dicatur, aſſentiar; at hinc non proſpicitur Titio. Ut enim Semphronii integritati, & pietati condonem, ut nihil prorſus operaturus ſit contra dictamen, pati dolorem debet, & hic ipſe dolor, qui in ipſo ab arbitrii libertate non pendet, oculos excœcabit, judicabitque res aliter, quam deberet; & ſi permittatur proprio ſuo inhærere dictamini, ſi non mendacem, falſam tamen pronunciabit ſententiam, quæ Titium perdat, imprudentiamque Principis toti Mundo magnam fuiſse perſuadeat.

SECTIO IV.

De Timoris Imagine. *An bene ſilente penicillo pingatur. Agitur obiter de Enthymemate: & quid illud ſit, breviter explicatur.*

Poeta, quia per circumloquutiones deſcribunt, debent rerum proprietates callere.

Apud D. Auguſtinum Moretum *part. 30. Comœd. pag. 100. a. b.* umbris ſilentibus Metum Sartor eruditus inveſtit. Auſcultanto.

Martinus. *Señor, diz que los Poetas*
Saben bravas propriedades
De coſas. Ioannes. *Porq; lo dizes?*
Mart. *Porque ayer me dixo un Saſtre,*
Que un Poeta ſu vecino
Pinto de noche una calle
Con un ſilencio profundo
Y una oſcuridad notable.
Ladrar un perro muy lexos,
Tocar un Convento a laudes,
Y porque nadie reſpire

Me-

*) Adluſione, quò longiùs petuntur, ſi tamen intelligantur, majorem gratiam habent. Carthuſianorum inſtitotum, perpetuum indicit ſilentium. Ergo *Meterſe a Cartuxo el aire*, eſt ita quieſcere, ut nullum ſtrepitum faciat.

Meterſe Cartuxo el ayre. (*)
Sobre todo al miedo pinta
Muy armado (pero en valde)
Porque eſta ſin coraçon
Y no ay quien mande las carnes)
Piſſando con pies de lana, (::)
Pero por pintura paſſe,
Que a ſer lana deſtos tiempos
Coſtarà vn ojo el calçarſe.
Todo veſtido de ſombras:
Y dixe mirando al ſaſtre,
Miente el Poeta mil vezes,
Que al miedo no han de pintarlo
Tan obſcuro como eſſo,
Ioannes. *Tu eres el que te engañaſte,*
Que obſcuro le pintan ſiempre.
Martinus. *Pues brava oſcuridad haze.*

::) *Piſſar con pies de lana* ille dicitur, qui tam cautè operatur ut à nemine audiatur.

Quid Enthymema ſit?

Sed quid importat linea ultima? Monet Peripateticos eſſe aliud Enthymematum genus, quod non cognovit Ariſtoteles. Illud *ſermonem rotatum Satyr.6.*Iuvenalis appellat: inquir enim,

—— *Curtum ſermone rotato*
Torqueas enthymema.

Quo modo illud in Schola à Philoſophis;

Eſt autem enthymema ſyllogiſmus truncatus, in quo una Poſitio ſubticetur. Alteram Præmiſſam ſilere ſolent Peripatetici; at Moretus hic, cum Politicis nos docet Conſequentiam tacere. Conſidera ſyllogiſmum ſequentem.

Metus invadit homines, ubi præter altas tenebras, & profundum ſilentium nil omninò percipitur.

At hic omnia ſilent, & magna eſt noctis profundiſſima obſcuritas.

Ergo hic nos Metus univerſos invadit.

& quo à Politicis in Aula conformatur?

Si Majorem & Concluſionem ponas, ſtatim Minorem ſubintelligam. Si Minorem, Concluſionemque, Majorem, etſi indictam, ſubaudiam. At nunc, quia Major, Minorq; expreſsè proponuntur, Auditorum intererit legitimam Concluſionem Inferre.

SECTIO V.

De Intellectus ſilentio. *An ſe nihil ſcire, ſcierit Socrates?*

De Socratis Dicto: An ſciverit, ſe nihil ſcire?

CElebratiſſimum illud Socratis dictũ, *Hoc tantum ſcio; videlicet, me nihil ſcire*, in examen vocatur. Et meritò hæc Quæſtio proponitur in hoc articulo; quia, ſi ſenſus dicuntur, ubi nil ſentiſcunt, ſilere; ſilebit Mens, ubi nihil intelliget.

Illud ego Socratis Dictũ, tametſi apud Veteres celebre, *αὐτόψευδον* (ſe ipſum falſificans) eſſe pronuncio: qui enim ſe nihil ſcire ſciebat, ſciebat aliquid. Aliquid ergo & Nihil. Socrates ergo contradictoria conjungebat.

De Grammatico.

An omnia neſciat.

An omnia ſe neſcire etiam neſciat?

Socrati opponitur ex adverſo Grammaticus, qui cum deberet dicere, *Me nihil ſcire, neſcio.* Se Philoſophum ſomniat, & de omni ente audet copioſè & ineptè diſſerere. Et talis olim erat ille, de quo cecinit Palladas.

Eſt Palladas antiquiſſimus inter Græcos Poeta, ut vel hinc colligas, ſuperbiam, eſſe inveteratũ Grammaticorum morbum, quia qui minus ſciũt, magis præſumũt.

Τέκνον ἀναιδείης, ἀμαθέςατε, θρέμμα μορίης,
Εἰπέ τι' βρενθύῃ, μηδὲν ἐπιςάμενος:
Ἐν μὲν γραμματικοῖς, ὁ πλατονικός, ἂν γὰρ Πλάτωνος
Δόγματά τις ζητῇ, γραμματικὸς σὺ πάλιν.
Ἐξ ἑτέρου φεύγεις ἐπὶ θάτερον οὔτε γὰρ τέχνην
Οἶδα γραμματικὴν οὔτε πλατωνικός εἶ.
Πάντα μὲν οἶδα λέγεις: ἀτελὴς δ' ἐν πᾶσιν ὑπάρχεις,
Γευόμενος πάντων, οὐδὲν ἔχεις ἴδιον.

C.Urſ.Velius.

O cui ſtultitia eſt altrix, audacia mater,
Dic mihi cunctorum neſcius, unde tumes?
Inter Grammaticos conare Platonicus eſſe,
Grammaticumq; inter ſcita Platonis agis.
Inque aliud fugis ex alio, nec dia Platonis
Dogmata, grammatices nec documenta tenens.
Omnia noſſe tamen te dicis, egenus ubique
Cui nil, guſtatis omnibus, eſt reliquum.

Et tales ſunt plerique omnes Grammatici; Dominus enim Franciſcus Borxias, Princeps de Eſquilache, ſic cecinit.

Qua omnes ſuas aperit, Clavis Magiſtra ab Hiſpanis vocatur.

Con un poco de Latin
Vn Grammatico atrevido,
De ſi preſume, que ha ſido
Punto menos que Aguſtin.
Y que es ſu ignorancia el fin
Donde toda Ciencia cabe,
Y que el mas docto le alabe
Por lo que razona y mueſtra
Su Latin, llave maeſtra
Para entrar donde no ſabe.

VIGLEVANI.

Typis Epiſcopalibus Anno MDCLXXVIII.

ΣΙΓΑΛΙΩΝ

ALTER

In quatuor diſtributus Articulos,

QVORVM

PRIMVS, De ΤΟΠΟΛΟΓΙΑ, *Locorum*
SECVNDVS, De ΧΡΟΝΟΛΟΓΙΑ, *Temporum*
TERTIVS, De ΕΣΤΕΜΑΤΟΛΟΓΙΑ, *Veſtium*
QVARTVS, De ΟΡΓΑΝΟΛΟΓΙΑ, *Inſtrumentorum*
} *Colloquutione diſputat.*

Vixit, ſcripſit, & diſputavit Ariſtoteles; prudenter, ingenioſè, ſubtiliter; & tamen antequam eſſentiam Accidentis univerſim ſumpti cognoſceret, vitam cum morte commutavit. Scivit eſſe in rebus *Subſtantias*, immò & eſſe Entitatulas aliquas, quæ diſtinguantur à Subſtantiis, & has omnes *Accidentia* eſſe dixit, & ad unicam claſſem reduxit. Et quidem *libr. de Categor. cap.* 5. ſic Subſtantiam definiit. *Subſtantia, quæ propriè & maximè* primum *appellatur* (ſubjectũ) *ea eſt, quæ nec de ſubjecto ullo dicitur, nec in ſubjecto ullo eſt.* Quam definitionem *libr.* 4. *Metaph. cap.* 8. *text* 15. dilucidaturus ſic inquit: *Eſſentia dicitur eſſe ſimplicia corpora, ut Terra, ut Ignis, ut Aqua; & ſiqua ſunt generis ejuſdem: & uno nomine* Corpora (*appellantur*) *& quæ ex his conſtant, Animalia, & Dæmonia* [*] *eorumque partes. Hæc autem omnia ex eo* Eſſentiæ *vocantur, quod non de ſubjecto dicantur; ſed de iis cætera.* Subſtantiam ſine Accidentibus poſſe exiſtere credidit, non autem hæc ſine illâ: unde *in Categ. loc. cit.* ait. *Sublatis primis Naturis atque Subſtantiis, nihil loci relinquitur cæteris omnibus.*

An Ariſtoteles ſciverit, Quid ſit accidens?

Quid de ſubſtãtia ſtatuat?

[*] Cognoverunt Angelos Ethnici: eoſque in Cælis *Intelligentias* Ariſtoteles, & in terris *Dæmones* appellavit: & ut ex hoc loco colligitur, eſſe divisibiles exiſtimavit.

An Accidentia poſſint exiſtere ſine ſubjecto?

Hodie autem Orthodoxi, divinitùs illuminati, Ens in Subſtantiam, Accidens, & Modum dividimus, *dicimuſque* Subſtantiam eſſe, quæ per ſe ſtat: cujus exiſtentia à nullo Accidenti, aut Modo ſingulari dependet: manet enim immutata, etſi iſta mutentur. Petrus enim, ſeu calefiat, ſeu frigefiat; ſeu ſit Romæ ſeu Neapoli; ſeu veſtitus cum amicis diſcurrat, ſeu nudus in lecto dormitet, ſemper eſt Petrus. *Addimus* Modum eſſe, qui neque de potentiâ abſolutâ Dei ſine ſubjecto poteſt eſſe. Quoniam iſtæ literæ (Δ & Ο) ſunt duæ: Delta eſt prior, Omicron eſt poſterior: illa triangularis, hæc rotunda: & tamen ſine rebus poteſt quidem intelligi, non autem Binarius exiſtere. Quæ dicuntur Priora & Poſteriora, reſpectu aliquorum hujuſmodi denominationem naneiſcuntur: quibus ſublatis, Prioritas & Poſterioritas remanere non poterunt. Triangularis figura, aut Sphærica, ſine materiâ eſſe non poteſt: ſi enim concipitur, materiam cogitatam: ſi exiſtit, exiſtentem requirit. *Tandem* inter Subſtantias, Modoſque Accidentia ſtatuimus; & ea dicimus, ſecundum connaturalem rerum curſum ſine ſubjecto eſſe non poſſe; & tamen in ineffabili Euchariſtiæ Sacramento miraculosè ſine ſubjectis conſervari.

Non ſolùm non ſuperamur ales ſed Naturales ipſas melius ſcimus Catholici, quam Heterodoxi.

Quid ſit Subſtantia?

Quid ſit Modus?

De Numero, Prioritate, Figura, &c. an ſine ſubjecto eſſe poſſint?

Quid ſit Accidens?

De Sacramento Euchariſtiæ.

Accidentia & Modi in proprias dividuntur ſpecies, ut præſens Paradigma deſignat.

Generale Syſtema.

- **ENS**
  - *Subſtantia* — *& in Corpoream & Spiritualem dividitur:*
  - *Accidens*
    - *Internum* — *Quantitas*, *Qualitas*
    - *Externũ* — *Habere.*
  - *Modus* — *Relatio*, *Actio*, *Paſſio. Fieri.*, *Tempus. Quando.*, *Locus*, *Situs.*

An in homine partes univerſa loquantur?

Homo ſane eſt Subſtantia, variiſque Accidentibus & Modis ornatur & condecoratur. Quà Subſtantia, ut vidiſti, tot in toto ſuo corpore habet linguas, quot partes: unde in præcedenti Syntagmate,

Ore, manu, cubito, loquiturque Polymnia geſtu,
Deſignatque genu plurima, multa pede.

Quà autem ornatur Modis & Accidentibus à tot linguis loquitur, quot Attributis exornatur. Quoniam

De Quantitate Continua. An loquatur? An & Diſcreta?

Loquitur Quantitas.] Quantitas enim duplex eſt, Continua, & Diſcreta. Ad priorem univerſæ Figuræ, & omnes Numeri pertinent ad poſteriorem. Et quia Oratio eſt duplex; nempe Vocalis & Scripta; in hac perſpiciuntur variæ Characterum Figuræ, & in illa audiuntur Numeri, quoniam non ſolùm ligata, ſed & ſoluta ponitur ab Ariſtotele in Categoriâ Diſcretæ Quantitatis Oratio.

Sed & Steganographicus Calamus ſæpe loquitur Numeris, ſæpe enim illorum figuras loco literarum uſurpat; ut, ſi velit hac clavi.

An numerorũ characteres poni poſſint pro literis?

Poteſ.	A	B	C	D	E	F	G	H	I	K	L	M	N	O	P	Q	R	S	T	V	X	Y	Z
Fig.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	20	30	40	50	60	70	80	90	100	200	300	400	500

Sed de his, quia jam alibi loquuti ſumus, non eſt cur plura impræſentiarum ſcribamus.

An Qualitates colloquantur?

Loquuntur Qualitates.] Sicut inter ſenſus excellentior eſt Viſus; ſic inter Qualitates notior & præſtantior eſt Color. Quia autem per colores aliquando colloquimur, & de hac Colloquutione fusè in Polymniâ ſcripſimus, non eſt cur hic eadem reponere, aut de iiſdem debeamus iterum philoſophari.

An etiam veſtes.

Loquuntur Veſtes etiam *loquuntur Arma.*] Ad Prædicamentum *Habere* Veſtes & Arma reducit Ariſtoteles [Neſcio, an bene. Sed de hoc proprio in loco diſſerui.] Et ideò Nos de illis in eodem Prædicamento diſputabimus. Agemus igitur Articulo Tertio *de Veſtibus*: & Quarto *de Armis*.

An & Relationes? Quid de Increatis,

Loquuntur Relationes.] In Divinis Paternitas & Dictio realiter loquendo ſunt idẽ. Ergo hæc Divina Relatio quæ reperitur in Deo & eſt realiter Dictio, *dicis Verbum Æternum*. Sed hoc quia ſupra cothurnum eſt Humanæ Eruditionis Theologis relinquatur.

Et quid de creatis dicendum ſit?

Quid ſit Signum?

Ad Colloquutionem autem pertinere Relationes creatas, non ſunt ii negaturi, qui aſſerunt, Literarum & Vocum; immò etiam universìm loquendo, omnium Signorum & Symbolorum ſignificationem in Relatione conſiſtere. Ita *libr. 1a. Rhet. ad Alexandr.* Ariſtoteles: ſcribit enim. *Signum eſt alterius ad aliud; non ad quodvis cujuſvis; nec omnis ad omne; ſed quod aut antefuerit, ſeu quod fieri conſuevit.* Ariſtotelem ſequuntur paſsìm Peripatetici, & inter alios Hurtadus, qui *diſput.* 8. *Logic.* ſignificationem in triplici Relatione conſtituit. Vide meam Logicam Moralem *libr. 1. cap. 1. art. 2. ſect. 1. pag.* 401.

De Actione, & Paſſione. An loquantur?

Actiones & Paſſiones loquuntur.] Et hoc conſtat ex toto præcedente Syntagmate; nam agendo aliquid (videlicet, movendo caput, brachium, manum, &c.) Polymnia loquebatur. Interim, quia Muſæ non libenter inter arma verſantur, & ideo de Armorum motu & ſtrepitu parum aut nihil peroravit Polymnia, ejus loco SIGALION in hoc Syntagmate, vociferabitur.

An Tempus loquatur?

Tempus loquitur.] Eſt hoc certiſſimum; & quoniam paucis notum, totus Articulus

lus Secūdus de hoc Argumento diſputabit. Et quidem multis poſſem Autoribus & teſtimoniis Reſolutionem hanc ſuadere: ſed ſufficiat pro millibus Regis Prophetæ autoritas, qui Pſalm. 18. 2. exclamat, *Dies dici eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*.

An locus potius ad Senſibilem Reſtrictionem pertineat?

Et tandem Locus loquitur.] Volet fortaſſis aliquis Colloquutionem Loci & Temporis tranſmitti debuiſſe in Syntagma, in quo agitur *de Reſtrictione Senſibili*, quòd Locus, Tempuſque & alia non pauca Accidentia ſub Senſum corporeum cadant, ſubjicietque non eſſe omnino certum Locum Senſu non percipi; nam P. Rodericus Arriaga in Curſu ſuo Philoſophico docet Vbicationes videri. Cæterùm, quia in hoc Vir doctiſſimus allucinatur, hoc in loco, in quo de Inſenſibili Reſtrictione diſſeritur, de Loco & Tempore diſputabo. Addamque duos Articulos, in quibus de Veſtibus, Armis, & Inſtrumentis aliis agam; & cur illos admittat & ediſſerat noſter Σιγαλίων, in Scholio, quod illis præmittetur, exponam.

Verùm ſenſu Locus & Vbi percipiatur?

ARTICVLVS I.

De ΤΟΠΟΛΟΓΙΑ, *ſive de Locorum Colloquutione.*

De Nominum Etymologia.

MONVI aliquando in Logica produci interdum falſas aliquas Etymologias quæ ſunt meliores veris, Quia enim Etymologia eſt oratio explicans naturam rei per nomen, illa Etymologia, quæ meliùs rei naturam exponat, erit aptior. Occurrūt multa exempla, De Metaphyſica jam dixi alibi, Græcè eſt, *Μεταφυσικὴ*, quoniam eſt Scientia quædam ſublimior quæ philoſophatur *μετάφυσικὴν* *ultra Phyſicam*. Et tamen ſunt, qui non ſine ingenii laude exiſtiment hanc Scientiam vocari *Metaphyſicam*, quia eſt Meta Phyſicæ, nam revera in Philoſophico Curſu, hæc Philoſophicis Diſcurſibus terminum & metam præſcribit. De Sancti Chriſtophori nomine, ſcit Græcus unde verè ducatur, dicitur enim *χριστοφορος* hoc eſt, *Chriſtum ferens*. Latinus pronunciationem retinet, nec habet, cur aliam quærat derivationem. At Hiſpani, apud quos ille appellatur *Chriſtoval*, ab alio nomen fonte, non ſine pia eruditione, ducunt. [Suis, inquiunt, humeris iteragentes ſuſcipiebat Chriſtophorus, & transferebat ad fluvii ripam alteram. Dominus autem, ut oſtenderet ſibi eſſe gratam operam & humilitatem Chriſtophori, ſub pueri ſpecie accedit ad littus cum aliis. Illum Chriſtophorus in humeros libenter ſuſcipit, & ſe committit vado. Et cum eſſet ſub medium ſentiſcit tantum pondus, ut preſſus, ne opprimeretur, exclamavit, *Chriſto val-me*. Et tunc, levis jam redditus, *Eſſe ſerà tu nombre*, dixit puer; & ideo ille *Chriſtoval* in Hiſpania appellatur: profectò ex derivatione pulchra, ſed non vera.] Alia pro onere poſſem exempla, ſed hæc ſufficiunt, ut me non veram Etymologiam exhibiturum à Criticorum indignatione & murmuratione ſubducant.

An falſa poſſint eſſe meliores?

Ad quid ſint quærendæ?

Vnde ſit dicta Μεταφυσικὴ?

Vnde Chriſtophorus *Græcè? Vnde Latinè?*

Vnde & Cur Hiſpanicè Chriſtoval *dicatur?*

N. B. Fortè ſi huc nomen Hiſpanicum *Centeno* referri poterit. Eſt enim granum valde ferax *Seligo*, & centum pro uno reddit.

Chriſto valme *eſt* Chriſte valeas & faveas mihi.

Iuſſi ut iſtud Syntagma hæc Diſputatio claudat; in qua *de Loci Colloquutione* diſſeritur. Et quid eſt, quæſo, Locus? Ne te importunis onerem ſpeculationibus, dicam cum Ariſtotele, *Locum eſſe ſuperficiem corporis ambientis immobilis*. Et cur hæc Superficies *Locus* dicitur? Reſpondent Critici à verbo *λέγω* quod eſt *jaceo*, & eſt decrepitum & antiquatum, provenire. At hæc Diſputationis titulo non congruit Derivatio. Vnde ergo poterit, aut debebit deduci? *A loquendo*. Nam, qui hucuſque tacebat, in hac Diſputatione, ut manifeſtè videbitur, non ſolùm loquitur, & colloquitur, ſed ſæpe graviſſimè vociferatur.

Locus unde dicatur?

Vera derivatio, ſed incongrua.

Falſa, ſed aptior.

SECTIO I.

De Loci definitione moraliter conſiderata.

LOcus aſſerente Ariſtotele jam dixi, *eſt ſuperficies corporis ambientis immobilis primò*. Et hæc Ambitioni competit definitio, ſi ſumatur moraliter. Materiales enim & corporei homines ſuot ſpiritualium imperiti negligentes æternæ, quotquot ambitionis crimine maculantur. Sancti videri volunt, at eſt merè ſuperficialis eorum Sanctitas, tingit illos non imbuit; culpas tegit non abluit.

Qualis Ambitio ſit?

Quanam in Loc. debeant conſiderari?

Et primo, circa locū conſid. ri poteſt Motus, ſecundò motus aut Diſpoſitio, & tertiò Loco. m Varietas. Ergo de primo aliquid ſcribamus.

SECTIO II.

De motu Locali.

Kineſiologia, quid ſit?

Κίνησις *Motus* eſt, & Κινησιολογία, Ars loquendi per motum. Et eam ... do exemplum *ex Geneſ. cap.* 15. b. ed. fferendo. Vt certò cognoſceret Abrahamus, an poſſeſſurus eſſet terram illam, quæ promittebatur, dixit inquit Dominus. *Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium; turturem quoque & columbam. Qui tollens univerſa hæc, diviſit ea per medium, & utraſque partes contra ſe altrinſecùs poſuit; aves autem non divi. it. Deſcendebantque volucres ſuper cadavera; & abigebat eas Abraham.* Et hinc cognovit ille regionem pollicitam ſe poſſeſſurum eſſe. At hic reperio tria. Diviſas in fruſta eſſe quadrupedes: aves manſiſſe integras; & deſcendiſſe volucres. Ex quo ergo horum trium Oraculum deſumptum eſt? Non ex animantium ſpecie: nam, ſi hic illud cognoſceret, non fuiſſet cur illas divideret. Non ex illarum diviſione, quia alias ſuperflua fuiſſet volucrum involatio. Ergo à volatu volucrum fuit Reſponſio deſumpta. Puta, ſi illi priùs monuiſſet Dominus vel dexterum volatum aſſerere, per ſiniſtrum negare, & poſtea faceret, ut volucres deſcenderent dexterè.

An, & quid ſignificet motus localis?

Tres quæſtiones propoſita. Vnde Reſolutio ſumenda ſit?

Contrahis frontem, & objicis, hoc Teſtamenti antiqui exemplo, ſi noſtræ expoſitioni ſtetur, Inertiam augurum (nec enim Ars dici meretur) quam non ſolùm Chriſtiani, ſed ipſimet ridebant Ethnici, promoveri & firmari. Facetè Amicis ſuis dicebat Cicero, ſe profectò mirari, ſi augur auguri, quin riderent, accurreret: ſciebat enim vir prudens omnia Auguria probabili fundamento deſtitui. Ergo, cum hæc divinandi per volucrum motū inertia fabulis ſuccolletur, ne Sacræ Paginæ Hiſtoriæ revocentur ad ridiculas nugas, adhibenda erit alia diverſa Interpretatio, quæ Providentiæ Divinæ Dignitatem & Majeſtatem non dedeceat. Ego autem, quia quæ de Auguriis dicis, æque objiicere poſſes de Somniis & aliis Contingentibus rebus, per quæ interdum in Sacra Scriptura reſpondetur, debebo diſtinctionem præmittere, quæ Quæſtionem univerſam dilucidet. Attende.

An Augures artem veram profiteantur?

An ſomniis ſit aliquando credendum?

SECTIO III.

De ſomno & Somnio. *An debeamus imaginibus in ſomnio repræſentatis credere?*

Quid ſomnus ſit? An medium inter vitam & mortem ...?

Somnus (Græcè ὕπνος ὁ: & ἐνύπνιον τό.) eſt Senſuum exteriorum ligamen. Ariſtoteles *de vigil. & ſomn.* Et eſt quid medium inter vitam & mortem, Idem *libr.* 19. *de Animal.*

Somnium (Græcè, Ὄναρ ρος τὸ) in ſomno accidit, & eſt phantaſma, quod apparet dormientibus. Ariſtoteles *de vigil. & ſomn.*

Somnia habent cauſam triplicem; vel enim proveniunt à Natura, vel à Dæmone, vel à Deo.

Pleraque omnia ſunt naturalia, ratò enim à Deo immittuntur divinitùs, & ratò permittitur Dæmon ſuggerere in mentem phantaſmata.

Quo modo eveniant ſomnia *in Præfat.* 4. *ad Honor.* exponit Claudianus, his Diſtichis.

Omnia quæ ſenſu volvuntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quies.
Venator defeſſa toro cùm membra reponit,
Mens tamen ad Sylvas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapſas quærit avarus opes;
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus ægris
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.
Me quoque Muſarum ſtudium ſub nocte ſilenti,
Artibus aſſiduis ſolicitare ſolet.
Namque poli media ſtellantis in arce videbar,
Ante pedes ſummi carmina ferre Iovis.

Somnia ipſa naturalia eſſe veracia *libr. de Divin.* credit Cicero; ſcribit enim, Iubet Plato ſic ad ſomnium proficiſci corporibus aff. ctis, ut nihil ſit, quod errorem animis, perturbationemve afferat; ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba veſcerentur, quod habet inflationem magnam; is enim cibus tranquillitatem mentis quærenti eſt contrarius. Cū ergo eſt ſermo (lego, ſomnus) ſevocatus ani-

Somnia ... & ... ſit ... veniat?

Quo ... ſomnia ...

Cur Pythagoricis interdicta fuit faba? An intellectus liberior ſit in ſomno, quàm in vigiliis?

animus à ſocietate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet; jacet enim corpus morientis ut mortui, viget autem & vivit animus, quod multo magis faciet poſt mortem, cùm omninò ex corpore exceſſerit.]

At falſæ doctrinæ inhæret Cicero, quoniam in capite dormientis ſpecies ſine lege turbantur, & nulla eſt petenda à naturali ſomno certitudo. Scitè enim *in Herc. furent.* exclamat Seneca,

Veris miſcens falſa futuri
Certus & idem peſſimus author. &c.

Accinit Tibullus 3.4.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte;
Et pavidas mentes falſa timere jubent.

...s. Somnia, ... à natura ... dacia.

Thomas Morus ut oſtendat ſomniorum mendacia & errores, pauperis & divitis meminit; ille enim congerit divitias, dum dormit; & hic illarum amiſſione turbatur. Ejus verſus ſunt.

Læta benignus opes inopi per ſomnia mittit:
Quid falſas rides dives opes inopis.
Divitibus verè curas, tormenta, dolores,
Pauperibus falſe gaudia vera ferunt.

...mniorum ...retes de... ...ex publi...

Et Diogenes tametſi in Republica providentiam Principum & ſtudiorum obedientiam conſiderans nullum in Mundo Animal Homine ſapientius eſſe diceret, cum convertebat ad ſomniorum Interpretes oculos, videbatque eos tolerari aut etiam ali ex publico, Nullo homine eſſe in Mundo imprudentius, ſtultiuſque vociferabatur. Laertius *libr. 6.* & Eraſmus *libr. 3. Apophth.* Somnum Veteres Geniles ſomniarunt eſſe Deum, & ejus Regiâ *2. Metam.* Ovidius cecinit & deſcripſit his verbis.

...mnus Somni Palatium.

Eſt prope Cymmerios longo ſpelunca receſſu,
Mons cavus, ignavi domus, & penetralia Somni,
Quo nunquam radiis oriens, mediuſve cadenſve
Phœbus adire poteſt: nebula caligine mixta
Exhalantur humo, dubiæque crepuſcula lucis.
Nil vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Evocat auroram, nec voce ſilentia rumpunt,
Solliciti-ve canes, canibus ſagacior anſer:
Non fera, non pecudes: non motu flamine rami,
Humanæve ſonum reddunt convitia linguæ.
Muta quies habitat, ſaxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ lethes, per quem cum murmure labens
Invitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papavera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte ſoporem

Papaver herba ſomnifera.

Nox legit & ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne verſo ſtridorem cardine reddat,
Nulla domo tota eſt: cuſtos in limine nullus,
At medio thorus eſt ebeno ſublimis in antro
Plumeus unicolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis.

Somnia apud Somnum jacet.

Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Somnia vana jacent, totidem quot meſſis ariſtas,
Sylva gerit frondes, ejectat littus arenas.

Omnia ſomnia à Deo procedere aſſerebat Chryſippus, nam apud Ciceronem *libr. de Divin.* hac utitur definitione. *Somnium eſt* inquit, *vis cernens & explanans, quæ a Diis in ſomno hominibus ſignificantur.* Conſonat Homero in α. Iliad. Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. *Etenim ſomnium à Iove eſt.* Contra hanc Ariſtoteles Opinationem *libr. de ſomn. & vigil.* duo argumenta conformat. Primum eſt [Si ſomnia eſſent à Deo, ſoli ſomniarent homines. At canes & animantes aliæ ſomniant. Non ergo ſomnia immittuntur à Deo.] Secundum. [Si à Deo provenirent phantaſmata, quæ videntur in ſomno, illa ſapientes interdiu aliquando viderent; non enim à ſomno humano in Oraculorum manifeſtatione pendet Deus. At in vigilia nunquam ſapientes ſomniant. Somnia igitur non proveniunt à Deo.]

Utrùm omnia ſomnia ſint Divina?

An bruta ſomniant?

Ecce contrariæ ſunt Chryſippi & Stagiritæ ſententiæ: ille enim omnia, hic nulla à Deo ſomnia provenire aſſeverat & eſt utraque falſa, nam aliqua proveniſſe & nunc etiam à Deo provenire teſtatur Divinarum Literarum authoritas. Quoniam per ſomnium ſuam Deus ſervis ſuis voluntatem expoſuit: & præcipuè; Geneſ. 20.3. & 28.12. & 31.24. & 37.5.9. & 40.8. & 41.1. & 46.2. Num. 2. 6. Iudic. 7.13. & 15. & 1. Samuel 3.4.8.11. & 28.6. & 2. Samuel 7.4. Et 1. Reg. 3.5.15. Iob 7.

Non omnia ſed aliqua ſomnia ſunt à Deo.

Somnia Divina, quomodo ſint explicanda?

13.&

13.& 33.15.Dan.2.2.& 7.1.a. Mach. 15. 11.14.Matt.1.20.& 2.12.13.Act.16.&18 9.& 23.11.& 27.23.Somniaque,quæ immittuntur à Deo, ſunt Divino lumine interpretanda,ut conſtat ex Geneſ. 41. 16. 39.Dan.1.17.& 2.23.

An ſomnia aliquando proveniant à Dæmone?

Somnia interdum immittuntur à Dæmone,cujus imaginem ſemper præ ſe ferunt; nam, vel doctrinas malas ſuggerunt, vel ad actiones pernitioſas inclinant. Vnde ſomnia & viſiones, quæ non conveniunt cum Verbo Dei deteſtanda ſunt,ut Deuter.13.2.Eccl.5.2 Eccl.34.1. Ierem.23.16.25. & 27.9. & 29. 8. docemur. Non inhærendum ſomniis conſtat clarè ex Eccl.5.a.6. & aliis Sacræ Scripturæ ut enim inquit Syracides, *Quaſi,qui apprehendit umbram,& perſequitur ventos ſic qui intendit in ſomnos.* Eccl.c.34.

Somniis generaliter non eſt credendum.

Et hinc ad Titulum Quæſtionis veniens, & ea quæ hucuſque ſcripſi, recognoſcens

De Somniis naturalibus quid ſit dicendum?

Dico Primò. *Somnia naturalia nullam cum rebus futuris ab aliena voluntate pendentibus connexionem habent.* Ergo ex illis nulla poteſt prudens conjectura deſumi. Et conſultò de futuris ago, quia præteritarum rerum ſpecies excitâtur interdum,unde pulchrum eſt illud Zenonis Eleatis Apophthegma: dicebat enim poſſe quemque è ſuis ſomniis deprehendere quantum in Philoſophia profeciſſet, ſi nihil dormiens appeteret vel faceret neſarie rei. Tunc enim animus à moderamine rationis liber veros affectus prodit; quos enim pudor aut timor ſimulat aut diſſimulat,ſomnus ſolvit & detegit.Laertius *libr.9 cap.5.*

An ex ſomniis ... ?

An & quomodo ſomnia ex ſuggeſtione dæmonis proveniant ſcerni ... ab aliis poſſitius?

Dico Secundò. *Somniis à Dæmone immiſſis debet ſemper homo prudens diffidere.* Et ratio eſt, Quia in ſomnio objectum & finis veniunt conſideranda. Objectum eſt res ipſa, quæ repreſentatur; nam cum à mendacii patre veniat, nullam in ſe veritatem aut ſecuritatem pollicetur. Et ſi, fortè aliquando contingat Dæmonem non mentiri, veritatem exponet, cujus ſit homini pernitioſa notitia. Ergo hujuſmodi ſomnia ex omni capite ſunt deteſtanda.

... iam hodie ... mines per ſomnia monentur?

Dico Tertiò. *Etiam nunc in ſomnio homines à Deo monentur.* Scripſi conſultò, *etiam nunc*. multa enim fuerunt olim Divinitùs immiſſa ſomnia, ut in Sacra Scriptura narratur,& paulò antè *S. ſomnia* ego ſcripſi.

Profectò in Hiſtoria Eccleſiaſtica,& in Sanctorum Vitis multa mira leguntur:ſed quia hæc dies, quam fecit Dominus,Sācti Patriarchæ Frāciſci ſolennitati conſecratur, exſcribam hic breviter; quæ de Summi Pontificis ſomnio in ſexta Lectione ponuntur.[Romam(S. Franciſcus)venit anno ſalutis milleſimo ducenteſimo nono, ut ſui Ordinis Regula ab Apoſtolica Sede confirmaretur. Quem, cùm accedentem ad ſe Summus Pontifex Innocentius III. rejeciſſet; quòd in ſomnis poſteà ſibi ille, quem repulerat, collabentem Lateranenſem Baſilicam ſuis humeris ſuſtinere viſus eſset, conquiſitum accerſiri juſſit, benignèque accipiens omnem ejus Inſtitutorum rationem confirmavit.] Ecce Vicario ſuo Dominus noſter Ieſus-Chriſtus per S. Franciſci Religioſos ſubcollaturum Militantem Eccleſiam in ſomnio revelavit. Præterea, univerſim loquendo, ſomnia,vi quorum homo deterretur, & à peccandi voluntate retrahitur, à Domino immitti credidero, & cum veneratione recognoſcam. Cognovi enim Compluti Dominum N. ſacco veſtitum, pauperibuſque in Hoſpitali de Altoſana ſervientem, virum verè ſanctiſſimum; cujus certè converſio habuit à ſomnio initium, vidit enim Diabolum, qui ipſum rapiebat, & volebat in infernū detrudere.

Revelatio de utilitate Ordinis S. Franciſci in ſomnio exhibita Summo Pontifici.

Converſio mirabilis Domini N. quæ provenit à ſomnio.

SECTIO IV.

De Avgvrio. *Quid illud ſit; & an illi credendum?*

De οἰωνοσκοπία. Quid illa ſit? & an ipſi credendum?

Græce οἰωνοσκοπία augurium dicitur, & οἰωνοσκοπέω. Tria erant genera Auguriorum: alia enim à volatu, alia à paſſu, & alia à garritu volucrum ſumebantur. Aves quæ volando ſignificaturæ erant futura, *Prapetes* vocabantur; & quæ canendo *Oſcines*; & has *Occines* potiùs ab occinendo volunt Critici dici. Et hæ dederunt Latinum Divinationi huic nomen,nam *Augurium* enim quaſi *Avigarrium*(Avium garritus) dicitur. Vide Budæum *in Pandect.* Peucerum *in Comment. de variis Divinat. generib.* Alexandrum ab Alexandro,alioſq; qui de hoc fusè argumento ſcripſerunt. Sanè multa dici impræſentiarùm poſsent de harum Divinationum vanitate, ſed tibi ſequentes Concluſiones ſufficient. Sit

Tria Auguriorum genera.

Augurium, unde dicatur?

Prima. *Volando, garriendo, aut incedendo aves, ſi nulla ſupervenias Spiritus boni aut maligni directio, ſed ſola ſpectetur natura, contingentia futura non prædicunt.* Eſt contra Vulgi Ethnici captum;ita enim ſtolidi illi homines obcœcabantur, ut qui neglectis auſpiciis in ſago aciem moveret aut in toga ſuam ſententiam proferret,teſte Valerio Maximo *libr. 1.cap.4.* condem

Auguria vana ſunt, non prædicunt futura.

demnarent. At nunquam defuerunt inter cœcos homines oculatiſſimi, qui & auguria negarent, & Augurum irriderent Oracula. Inter eos Miſonianus, licèt gregarius miles, recenſeri debebit, cujus Fulgoſius *libr. 7. cap. 2.* & alii meminere Scriptores, qui hærere acies militares conſpiciens, moræ impatiens, interrogat, Cur non in hoſtes generosè procederent? Diſcit illas mandato Auguris ſiſti, quoniam Aquila ſuper ſiniſtram alã exercitûs Romani volitans, ſiniſtrum eventum prænunciabat. Et tunc dirigens arcum illam trajicit, in terramque confoſſam dejicit; & converſus ad Principes Militiæ exclamat.

Miſoniani Apophthegma.

Omni Principi Militari profuturum.

Vnde horror? nunquam volucer prædicere noſtra
Fata ſagax poterit, qui ſua fata nequit.

Sed neque ſe patiebantur vulgari hac adlucinatione deludi P. Claudius, & L. Iunius, quorum hic contempto Auguriorum conſilio naves diſſolvit, & mari procelloſo commiſit: & ille, cùm vellet bellum navale committere, & Augur contradiceret, quod pulli è caveâ egredi & ſumere cibos non vellent, illos rapuit & in mare projecit dicens

Alii bellici Imperatores etiam auguria irridens.

Quoniam eſſe noluere veſtri Paſſeres,
Saltem bibant.

Omitto alios, non enim Librum exorno, ſed præmiſſam Concluſionem confirmo.

An ad Auguria Dæmon aliquando concurrat?

Secunda. *Se immiſcet in Auguriis Dæmon, & tunc, ſeu verum, ſeu falſum revelet, in hominum pernitiem conſpirat.* Et hanc ob rem Auguria ipſa damnantur Levit. 19. 26. & Deuter. 18. 10. & quia conſuluerunt Augures, 1. Reg. 17. 16. & 21. 6. & Eſaiæ 2. 6. incriminantur Iſraëlitæ. Multi concurſum Dæmonum adeſſe in omni Divinatione ſuſpicantur; & Gratianus tam generale id cenſet ut *in Decr. 26. quaſt. 2. cap. Quid ſint,* Augurium eſſe, *quod fit in conſideratione malorum Angelorum,* definiat.

An Auguria aliquando proveniant à Deo?

Tertia. *Interdum Deus uſus eſt Avibus, ut vel moneret homines, vel ſuam voluntatem exponeret.* Et, ſi agatur de potentiâ abſolutâ, difficultatem non reperio; qui enim permiſit ut cum Eva in Paradiſo Serpens colloqueretur, & cum Balaamo Prophetâ Aſina diſputaret, & Satyrus à S. Antonio Abbate benedictionem peteret, &c. poteſt etiamnum facere, ut & Aves aut loquantur appoſite, aut ſigno aliquo, Divinam voluntatem ſignificent. Et, ſi agatur de facto, nota eſt illa Hiſtoria, quæ à Surio ſcribitur. Nam, Prælatus N. dives & potens, qui indulgebat genio, & curam ſuæ negligebat conſcientiæ, forte Pſittaco diceret *Quid Lore* [*] *cogitas?* reſpondit Pſittacus, *Cogitabam dies antiquos & annos æternos in mente habui.*

An & quomodo Animalia poſſint loqui?

*] *Lorus* nomen Pſittaci eſt apud Hiſpanos

Cui ergo videri abſurdum poterit, ſi per volatum Avium Abrahamo Deus voluerit aliquid ſignificare.

SECTIO V.

De Termino Locali. *Explicantur voces* Donec, Quouſque, Vſque ad, *& alia ſimiles.*

AD Locum ſpectat Terminus omnis enim finitus eſt, & terminum habere debet. Eſt autem Terminus, qui finem imponit, & rem determinat. Si provinciarum & regnorum termini deſignantur, Deuter. 32. 8. *Conſtituit terminos populorum* (provinciarum, locorum) *juxta numerum filiorum Iſraël.* Hi termini continent unumquemque ut ſit ſuis rebus contentus, & alienas non rapiat; eſſet enim inter homines magna confuſio ſublatis aut deletis terminis: unde Eſaiæ 12. *Abſtuli terminos populorum, & Principes eorum deprædatus ſum.* Quem legiſſe videtur Virgilius, qui *Æneid. libr. 12.* agens de Turno, cecinit,

Quid ſit Terminus?

Quid præſtet Terminus?

Nec plura effatus, ſaxum circumſpicit ingens;
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat,
Limes agro poſitus, litem ut diſcerneret arvis.

Et hæc dicta ſint Locum Philoſophicè conſiderando vocemque pro determinato aliquo Loco recipiendo: nam ſi *Locus* exponatur Theologicè, & Dei nomen ſit, immenſus eſt & ſine caret. Ioannes Henricus Alſtedius *in Cyclopædia tom. 1. pag. 147. num. 15.* [קום q. *ſurgere. Hinc* Comes *&* kommen. מקום locus, in quo aliquid ſtare poteſt *id eſt,* quieſcere; *quo modo Germanis* ſtett *à* ſtehen *dicitur. Porrò Hebræum iſtud* Loci *nomen Rabbini tribuunt Deo, tanquam Enti Primo, quòd omnia comprehendit, implet, continet, ac ſuſtentat. Nimirùm Deus eſt Locus Mundi, nec Mundus eſt locus ejus. Hinc etiam* Iojakim, *idem ac* Αναςάσιος, Reſurrectio Domini.]

An Locus Dei nomen ſit?

An Mundus potius ſit in Deo, quàm Deus in Mundo?

Voces illæ, quæ in Titulo, Loco & Tempori æquè bene conveniunt; & quãdo orationem negativam ſequuntur, non inde, quod negaverant, aſſerunt. Matthæus enim cap. 1. ait. *Ioſeph non cognoſcebat eam, donec peperit.* An-ne poſt partum eam cognovit, minimè: ſed ante partum eam non cognoviſſe aſſerit; & huc

Quid vox donec ſignificet?

Digitized by Google

hue ponit nattationis ſuæ terminum: de rebus autem, quæ poſt partum ſunt factæ, nihil dieit. Ptæterea, Simeon Lue. 2. *reſponſum acceperat in ſomnis non viſurũ ſe mortem, niſi priùs* (donec) *videret Chriſtum Domini*. Er tamen videre Chriſtum ejus vitæ terminum non impoſuit. Similia ſunt hæc Lucæ 9. verba. *Multi hic ſunt, qui non guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei*. An-ne poſtquam regnum Dei viderint, mortem ſunt guſtaturi? Sed & in Veteri Teſtamento hic modus loquendi invenitur. 2. Reg. 6. *Et Michol, filia Saulis, non peperit uſque ad diem mortis ſuæ*. Et his nihilominus verbis eam poſt mortem peperiſſe non ſignificatur.

SECTIO VI.

Quid Progredi, *&* Regredi *ſignificent*.

Regredi quid ſit?

IRE *antorſum* profectum, & augmentũ importat: & *Retrorſum tendere* detrimentum & infelicitatem. Hierem. 7. *Facti ſunt retrorſum, & non antè*; hoc eſt, Quo illi tempore ſuum iter promovere de virtute in virtutem, in abyſſum ſunt peccatorum prolapſi. Et eodem ſenſu 1. ad Timoth. 5. loquebatur S. Paulus, cùm dixit, *Iam enim quadam converſa ſunt retrò*.

Retrahere pedem inconſtantiam ſignificat. Pſalm. 9. *In convertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur & peribunt à facie tuâ*; hoc eſt, Quando hoſtium noſtrorum tu Divina potentia arrogantiã retunderis, tunc nobis prævalere non poterunt, ſed perire fient [*] à facie tuâ.

[*] Legi debet in Hophal.

Adagium exponitur.

Adde *Reverti*. 2. Paral. 9. *Reverſa abiit in terram ſuam cum ſervis ſuis*. Myſticè eſt ad peccata, quæ fuerat deteſtatus, redire. Vnde in Adagium venit, *Canis reverſus eſt ad vomitum*.

SECTIO VII.

De aliquibus Loci Proprietatibus.

Quid ſignificet Altitudo?

ALtitudo, ſive de re, ſive de perſonâ dicatur, illam in ſummo gradu perfectionis & præſtantiæ conſtituit; & ſumitur ab Æthere & Mari metaphora, nam Cælum *altum*, & Mare etiam *altum* frequenter dicitur. Virgilius in Buc.

Cur Cælum & Mare alta dicantur?

Iam nova progenies Cælo dimittitur alto.

Et idem in Ætnâ.

Tum Liber celſi venit per ſydera Cæli.

Et de Mari Muſæus,

Cùm maris altiſoni nimium piſcoſus odor ſit.

Quo etiam epitheto uſus eſt David pſal. 68. dicens, *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*.

Et quidem ſummum per Altitudinem, ſive in bono ſive in malo ſignificari, multa Sacræ Paginæ Teſtimonia confirmant.

Altitudo in bonam partem ſumitur,

Nam in bonam partem Roman. 11. 33. accipitur vox *Altitudo*; ibi enim Βάθος ponitur, qua voce Vulgatus *Altitudinem*, Arias Montanus intelligit *Profunditatem*. Sunt autem verba Apoſtoli, *O altitudo divitiarum Sapientiæ & Scientiæ Dei; quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & imperveſtigabiles viæ ejus*. Et dixerat Davides in pſalm. 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat*. Et pſal. 11. in illo verſu, *Secundum Altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum*, ſumitur pro *Omnipotentiâ*. Sed & *Securitatem* denotat aliquando Eſaiæ 33. *Iſte in excelſis habitabit; munimenta ſaxorum ſublimitas ejus*.

& aliquando in malam.

In malam etiam partem eadem vox uſurpata, *Superbiam* ſonat. Eſaiæ 2. *Incurvabitur Altitudo virorum*; hoc eſt, *Deponentur ſuperbi & elati de ſede, & exaltabuntur humiles*. Et cap. 10. dicit Dominus, *Viſitabo ſuper fructus magnifici cordis Regis Aſſur; & ſuper gloriam Altitudinis Oculorum ejus*. Et Hieremiæ 48. *Viſitabo ſuperbiam Moab, & Altitudinem cordis ejus*.

Quid Latitudo ſignificet?

Latitudo captivitatis & diſperſionis nota eſt. Oſeæ 4. *Nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum* (agnos) *in latitudine*. velut gregem diſperſum.

Quid amplior & longior locus ſignificet?

Aliquando Locus Amplior & Latior, ſonat Conventum Gentium. Apoc. 20. *Et adſcenderunt ſuper latitudinem terræ*. & Habac. 1. ut numeroſum exercitum ſignificaret, cum dixit *deambulare ſuper latitudinem terræ*.

De loco ſpatioſo & anguſto.

Locum ſpatioſum ille dicitur occupare, qui liber eſt, nam contra coguntur in anguſtum captivi. Pſalm. 31. *Nec concluſiſti me in manibus inimici: poſuiſti in loco ſpatioſo pedes meos*. Et pſalm. 34. *Conclude adverſus eos, qui tribulant me*.

Non frequentari locum ſignificat deſolationem. Thren. 1. *Viæ Sion lugent*.

De loco occulto.

Eſſe in loco occulto ſolent illi, qui mœſti; qui aliquid mali agere volunt. Ioann. 18. *Ego in occulto loquutus ſum nihil*. Pſal. 10. *Sedet in inſidiis, in occultis, ut interficiat innocentem*. Ierem. 13. *In abſcondita plorabit anima mea*.

Et quia præcipuè Loci proprietates his Adverbiis *Longe* & *Prope*, *Extra* & *Intra*, *Supra* & *Infra* ſignificantur, de ſingulis nonnihil diſſeramus.

Quid ſignificet Longè?

Longè aliquando Humilitatis ſignum eſt,

eſt, & Modeſtiæ. Luc. 17. proponitur Phariſæi & Publicani hiſtoria; illius ſuperbia condemnatur & hujus commendatur Humilitas, & ut ſigno extrinſeco ſignificetur dicitur *à longe ſtetiſſe*.

Pſalm. 10. *Vt quid Domine receſſiſti longè*, lachrymabundus dicit David, & quid velit dicere, exponit addens, *deſpicis in tribulationibus*. &c. & Pſalm. 12. ſubjungens, *Vſque quo Domine oblviſceris me in finem? uſque quo avertis faciem tuam à me*.

Quid ſonet Prope?

Prope favorem indicat, Pſalm. 144. *Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum; omnibus invocantibus eum in veritate*. Et Pſalm. 74. *Verumtamen prope timentes eum ſalutare ipſius*.

Quid ſignificet Extra?

Extra dicuntur eſſe præſciti, qui ſe ab æterna beatitudine excludunt. Apoc. 14. *Et calcatus eſt lacus extra civitatem*. Significat etiam exilium & proſcriptionem. *Extra Synagogam ponam eum*. hoc eſt, *A Synagogâ illum proſcribam*.

Quid ſignet Intra?

Intra rem præſentem & proximam indicat. Luc. 17. *Regnum Cælorum intra vos eſt*. Item civitatis vel ſocietatis communionem. Deuter. 5. *Peregrinus, qui eſt intra portas tuas*.

Quid Supra, & quid Infra importent?

Sicut *Supra* Excellentiam, ſic *Infra* Vilipendium ſignificat. Amos 9. *Vidi Dominum ſtantem ſuper Altare*.

SECTIO VIII.

De Mundo quà Loco.

Mundus moraliter conſideratus.

IN ſymbolica ſignificatione Theatrum eſt, in quo hujus Vitæ Comœdia repræſentatur. In eo perſonas agunt mali ac boni, magni & parvi. In ſcena apud Plautum Terentium & alios Comicos alius Regem, aut divitem, alius ruſticum aut mendicum agit. Et Actorum majorem gloriam & applauſum nanciſcitur, non qui nobiliorem perſonam, ſed qui meliùs ſibi injunctam voce & geſtu reponit. Et hanc obrem majoris fit à Populo, qui ſocordiam ignaviamque Therſitis bene exprimit, quam qui malè Achillis generoſam virtutem. Hinc monemur Mortales, errare etiamnum Ethnicos, qui Imperatores ſuos, & vix alios, per ἀποθέωσιν Cælo adſcribunt; non enim in Iudicio quæretur, utrùm magnam aut parvam perſonam egerit; ſed utrùm illam, quam ſortitus eſt, egerit bene. Et illi, qui juſſi ſunt agere Imperatorem (Iulius Cæſar, Octavianus Auguſtus, &c.) quia non egerunt ut debuerunt, damnabuntur: & Apoſtoli, Confeſſores & Virgines, quia perſonam quiſque ſuam bene repræſentavit, ſub ſanctiſſimo Iudice Gloriæ æternæ laureola coronabuntur.

In Comœdia, quænam perſona laude dignior?

Dæmon cur Mundi hujus Princeps dicatur?

In hunc Theatrum ſe protrudit Lucifer, & quia natura aut jure nequit, illud vult poſſidere tyrannide, & hoc ſenſu *Princeps hujus Mundi* vocatur. Et quia in Mundo plerique omnes ſponte deſipiunt & cœcutiunt & odio habentes lucem tenebris Cimmeriis delectantur, qui ſub Lucifero illum regunt dici ſolent *Rectores tenebrarum harum*. Epheſ. 6. & hoc ſenſu *Mundum in maligno eſſe poſitum* S. Ioannes aſſeruit. Et in ſecundo primæ Epiſtolæ per membra malignitatem hanc diſtribuens ait, *Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ in Mundo ſunt. Siquis autem diligit Mundum, non eſt Charitas Patris in eo. Quoniam omne quod eſt in Mundo, Concupiſcentia carnis eſt, & Concupiſcentia oculorum, & Superbia vitæ*.

Ioann. 5.
1. Ioann. 2. 15.

Cur non debemus Mundum diligere?

Mundus per Metonymiam.

Per Metonymiam pro malis hominibus qui in illo habitant accipi ſolet. Ioan. 1. *Et Mundus eum* (Mundanorum hominum multitudo) *non cognovit*. Et licèt illa, quæ ejuſdem hiſtoriam claudunt, verba, *Neque ipſum arbitror Mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi eſſent, libros*; ut vera ſint, nulla indigeant metaphora, tamen illa nonnulli huc reducunt, & aſſerunt mundanos & carnales homines ſicut, quæ in Evangelio de Chriſto ſcripta, nolunt capere; ſic nec eos vellent capere, qui ſcriberentur.

Mundus partem Orbis habitatam ſignificat.

Et ea randem Mundi pars, quæ habitatur, Mundus dicitur: Dominus enim, quando Apoſtolis dixit, *Euntes in Mundum univerſum prædicate Evangelium omni creaturæ*, non eos in eremos & ſylvas ut ſaxis arboribuſque prædicarent, ſed in provincias miſit, ubi eſſent, qui Evangelium audirent.

SECTIO IX.

De Cælo quà Loco.

An Cælum loquatur, & quid?
An ſit Dei ſedes?

ILlud ſua ſublimitate prædicat, quanta ſit Regis, qui ibi habitat potentia & magnitudo. Ideò clamat Davides Pſalm. 18. *Cæli enarrant gloriam Dei; & opera manuum ſuarum adnunciat Firmamentū*. Et in Cælo Deum ſuam Regiam habere Pſalm. 113. teſtatur ipſe Propheta dicens, *Cælum Cæli Domino; terram autem dedit filiis hominum*. Et iterum. *Deus autem noſter in Cælo omnia, quæcumque voluit, fecit*. Et illa Exod. 20. verba. *Vos vidiſtis, quod de Cælo loquutus ſum vobis*, ad hanc formam poſſunt à Dialecticæ perito reduci. Ego ſum Deus veſter, Et ut id ſciretis

de cœlis ſum loquutus vobis, qui in Cœlis habito. Ergo attendite.

Verba Dei ad formam Dialecticam redacta.

Nemo qui non ſit verus Deus, poteſt loqui de Cælo,
At Ego vobis ſum loquutus de Cælo.
Ego igitur ſum verus Deus.]

Et huc reſpiciebat Propheta Rex Pſalm. 13. cum cecinit. *Dominus de Cælo proſpexit ſuper filios hominum* &c. Et jã Pſal. 10. cecinerat. *Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in Cælo ſedes ejus; oculi ejus in pauperem reſpiciunt.* &c. Quæ omnia firmat Dominus noſter Ieſus Chriſtus in Oratione Dominica, præcipiens nobis ut oremus dicendo, *Pater noſter, qui es in Cælis*, &c. Sed & Ethnici Deum in Cœlo habitare cognoverunt, & ſæpiſſimè etiam dixerunt, quam ob rem, ne te pluribus onerem dabo Ovidii numeros, qui ſic ſcribit,

De via lactea.

Eſt via ſublimis cælo diſtincta ſereno
Lactea nomen habens candore notabilis ipſo,
Hac iter eſt ſuperis ad Regia tecta Tonantis &c.

Inter Cœli excellentias incorruptibilitatem, quam ei adfingunt Peripatetici, non admitto. Eſſe peregrinarum impreſſionum incapax dixit, ſed non probavit Ariſtoteles; cumque Cometæ & nova ſydera apparentia frequenter erroris manifeſtè convincunt. Sed neque admitto Sphæras ſollidas, quia ex illis innumerabilia contra Opticam ſequerentur abſurda. Orbitas, quas in ætherea aura motu Planetæ ſuo deſcribunt, non nego eſſe perfectos Circulos, ſed aſſero Ioannem Keplerum, Iſmaelem Bulialdum, Ioannem Heveliumque eſſe Ellipſes contendere, & non potuiſſe ab aliquo falſitatis convinci. Æqualitatem illam, quam in Cœlorum motibus celebrat S. Thomas, quæro, ſed non invenio; quia ipſemet Sol non ſolum reſpectu Telluris, ſed etiam reſpectu proprii centri æqualibus temporibus æqualia ſpatia non peragit. Ergo has omnes, & alias Cæli prærogativas, aſſertas à Peripateticis, adſumant Eccleſiaſtæ, ut ſuas Orationes exornent; quia ſicut ex phœnicis hiſtoria, tametſi nuſquam ſit, pulcherrimi eliciuntur conceptus, etiam ex Cœlorum prærogativis, quas finxit Peripatus, ſua Panegyrica exornare poterunt Concionatores.

An Cælum ſit incorruptibile?

An novæ ſtellæ appareant?

An Sphæræ ſint ſolidæ?

An Orbitæ Planetarum ſint Ellipticæ?

An Planetarũ motus non ſolùm quoad nos ſed etiã quoad ſe ſint inæquales?

De Phœnice. An ex hiſtoriis cogitatos conceptus pulchros deducere poſſint Concionatores?

Ego autem in Cœlo ſummam Obedientiam admiror, Nunquam errant Planetæ, & tamen ab errando nomen habent (quoniam ἀπὸ τοῦ πλανᾶσϑαι quod *errare* ſignificat Πλανῆται ipſi vocati ſunt) proprios enim errores illis adfinxerunt Aſtronomi. Non illis in ſuis motibus peragendis, ſed Cæleſtium Tabularum conſtructores in illis metiendis & prædicendis errant. Hi enim non tam Veritatis, quàm ambitione famæ ſerbiunt; illi autem imperio Providentiæ Divinæ exactiſſimè obediunt. Et hanc ob rem præceptis ſalutaribus moniti & Divina inſtitutione formati debemus dicere, *Fiat Voluntas tua, ſicut in Cælo, & in terra.*

Cur Planetæ, ſiquidem nunquam errant, nomen traxerint ab errore?

Ergo Cœlum eſt Obedientiæ ſymbolum: & quando concionantur, Obedientiam, quam debemus obſervare, dilucidant. Et hanc ob rem Matth. 7. dicebat Dominus, *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum Cælorum ſed qui facit voluntatem Patris mei, qui in Cælis eſt.*

Exemplum Obedientiæ à Cælo debemus deſumere.

Per Metonymiam Cœlum pro Deo ſumitur 1. Mach. 3. illud enim, *Sicut fuerit voluntas in Cælo, ſic fiat.* eſt *Sicut voluerit Deus, ſic fiat.* Et eodem ſenſu c. 4 *Clamaverunt voce magna in Cælum dicentes, Quid faciemus iſtis?* &c.

Cælum pro Deo.

SECTIO X.

De Terra quà Loco.

SIcut ſupremus locus Cœlo competit, ſic Terræ infimus, & qui ſublimia negligunt & amant ſordida *Homines terreni* nominantur. Propter Adæ peccatum maledicta fuit, & ſpinas & tribulos juſſa progignere. Vivunt in ea homines in peccato concepti, qui actualia committendo augent maledictionem. Qui in terra poſiti, tanquam hoſpites & peregrini, ut in Patriam (Gloriam æternam) properent, ipſis deliciis terræ illecti, Cœleſtia & Divina non cogitant. Et ad hos referuntur, quæ de Terra dicuntur. Geneſ. 5. *In diebus illis Gigantes erant ſuper terram.* & cap. 6. *Videns autem Dominus, quòd multa malitia hominum eſſet in Terra.* Et Pſalm. 2. *Adſtiterunt Reges Terræ.* Et Pſalm. 47. *Ecce Reges Terræ congregati ſunt.*

Homines terreni, qui?

Terra maledicta, an ejus maledictionem ſuis homines peccatis augeant?

Quamvis *Terra* nomine totum Terrarum Orbem intelligamus, per Antonomaſiam interdum ſolam Palæſtinam, quã Iſraelitæ habitabant, ſignificat. Et hoc loquutus fuit Oſeas 1. cùm dixit, *Fornicans fornicabitur Terra à Domino.* Et eodem iterum cap. 4. ſcribens, *Iudicium Domini eſſe cum habitatoribus Terræ.*

Terra reſtricta per Antonomaſiam.

Et ex antecedentibus ad talem aut talem regionem aut provinciam ſignificandam, nomen *Terra* generale reſtringitur. Quam ob rem, qui Geneſ. 27. legit, *Et* ado-

Nomen generale per contextum reſtringitur.

adoravit populum Terræ; Statim intelligit *Terræ* nomine illam ipſam, de quâ agebatur, nempe Hethæam, quam habitabant filii Heth. Et ſimiliter Geneſ. 34. illa verba, *Negotientur in terra, & exerceant eam*; per præcedentia reſtringuntur, ad terram aliquam determinatam.

Terra, ſcabellum pedum Domini.

Sed & *Terram*, quia in eâ vixit triginta tribus annis Dominus, inter res ſacras recenſere debebimus, & cum Pſalmiſtâ Rege dicere, *Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus*, hoc eſt in terra, quoniam; ut ipſe Pſalm. 66. ait *Terra eſt ſcabellum pedum ejus*.

Cur non liceat jurare per Terram?

Et huc non pertinet illud *Nolite jurare per Terram*. Ex iſtis enim verbis non probatur aliquam ſanctitatem Terræ ineſſe, ſed deliraſſe Ethnicos adfingentes illi Divinitatem.

Terra viventium, quæ?

Denique per vocem *Viventium* reſtricta Cœlum Empyreum ſonat; de illo enim loquebatur Propheta Rex, cùm dicebat, *Credo videre bona Domini in terra Viventium*.

SECTIO XI.

De Aere, quà Loco.

Regio aeris unde, & quò pertineat?

A Superficie Terræ ad concavum Sphæræ Lunaris protenditur; & in eo generantur plurima, quæ hominum generationi & conſervationi ſerviunt; & multa, quibus puniuntur peccatores. Prioris generis ſunt pluviæ opportunæ, quibus prata irrigantur; niveſque, quibus campi foventur: Poſterioris fulgura & fulmina; illis enim terrentur, & iſtis occiduntur Mortales.

Aerem verberare, quid ſit?

Aerem loquendo verberare, eſt fruſtra & ſine fructu loqui, aut laborare in caſſum; & hoc ſenſu Corinthios Paulus adloquebatur; οὕτω πυκτεύω ait, ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. *Sic pugno, quaſi non aerem verberans*. Sed ſtrenuè & cum ſpe victoriæ. Deumque veraciter colo, vos enim qui labiis eum honoratis, & cor alienum ab eo habetis ἔσεσθε εἰς ἀέρα λαλοῦντες *eritis in aera loquentes*.

1. Corinth. c. 9. 26.

c. 14. 9.

SECTIO XII.

De Aqua quà Loco.

Aqua, unde dicatur?

MAIM dualis eſt numeri, quia ſignificat duplicem aquam.

MAgnam Telluris partẽ tegit, & per occultos meatus, velut per venas, diffunditur & communicatur. Latinè dicitur *Aqua*: eſt enim à quâ, Nomenclatoris opinione, univerſa procedunt. Et מים Maim, appellatur Hebraicè, quod nomen eſt dualis numeri, ut ſciamus in-

terceſſe Firmamẽtum, quod dividat aquas ab aquis.

Mare pro mũdo.

Aquarum congregationem Deus *Mare* dixit: & hoc nomine Intelligitur *Mundus*; canit enim Propheta, *Hoc mare magnum & ſpatioſum*.

Navis Petri, quæ?

Navis Tharſis, quæ?

Navès ad mare pertinent. Eccleſia Orthodoxa in Gratiæ lege vocatur *Navis Petri*. Hæreſes autem ſunt rebelles & periclitantes naviculæ, de quibus Eſaias cap. 2. ait, *Dies Domini ſuper omnes naves Tharſis*.

SECTIO XIII.

De Igne quà Loco.

An detur ſphæra Ignis ſupra aerem?

SPhæra Ignis, ſupra Aerem, infra Circulos Lunares ab Ariſtotele collocatur; quibus ad Tychonem ſubſeriptis ferunt Aſtronomi, & adhuc multi viri eruditi ſubſcribunt. Interim hanc Ego Sphæram ſemper riſi, & eſſe fictam, hoc argumento evidenter, ut opinor, perſuadeo. Sic enim loquam.

Argumentum efficaciſſimum contra ſpherã Ignis.

Quod Fides Orthodoxa non docet; nec Senſus percipit, nec efficax ratio perſuadet, nec Neceſſitas poſtulat, nec Experientia manifeſtat, prudenter affirmari non poteſt.

At Ignis Sphæram ſupra ſupremam Aeris regionem collocari, & ad uſque Orbitam Lunarem protendi, nec Fides Orthodoxa docet, nec Senſus percipit, nec efficax Ratio perſuadet, nec Neceſſitas poſtulat, nec Experientia manifeſtat.

Ergo Ignis Sphæram ſupra ſupremam Aeris regionem collocari, & ad uſque Orbitam Lunarem protendi, prudenter affirmari non poteſt.

An detur Elementum Ignis, & ubi à Deo collocatum ſit?

Ergo Ignis Elementum, cum negari non debeat, & tamen inter ſupremam Aeris regionem & Lunarem Sphæram non ſit, nec in Aere aut Aqua, aut alibi conſtitui queat, erit neceſſariò ponendum in viſceribus Terræ.

An iſte Ignis ſit ille, qui cruciat damnatos in Inferno?

Hic ignis eſt Iuſtitiæ vindex, & modo Dæmones, & condemnatorum hominum animas, & poſt Reſurrectionem etiam corpora urit & cruciat, quin illa exurat unquam, aut in cineres redigat.

Sed quo Ignis corporeus modo Dæmones, quo modo Animas, ſiquidem illi & hæ immateriales ſunt, urere poteſt? Variæ ſunt circa modum Theologorum ſententiæ: meam hîc ſumma Ego brevitate proponam.

Inter alia Entium Siſtemata notiora nobis ſunt Materiale, & Spirituale, & aliud, quod quia ignotum fuit Nomenclatori Antiquo nomen ſpeciale non habet.

ber. Materiale & Spirituale *Naturalia* dicuntur: & quia infra Materiale aliud non datur, non admittimus Infranaturales Entitates, Ordo Spiritualis Supercorporeus eſt, & ille tertius, quia ſupra Spiritualem ponitur *Superſpiritualis* poteſt dici; & *Supernaturalis* etiam, quia ſuper utrumque Naturalem Ordinem collocatur.

Angeli & rationales hominum Animæ diverſis affecti qualitatibus, ſicut Supernaturaliter ſolent, ſic etiam poſſunt infranaturaliter operari.

Animæ ad Ordinem ſecundum ſpectât, & ſtando propriis naturæ viribus, nec actus materiales, nec ſupernaturales eliciunt. Non hos, quia ſuæ naturæ perfectionem excedunt; non illos, quia à ſuæ naturæ perfectione deficiunt. Ut ſupernaturaliter credant, ut ſperent, ut ament; ut Deus clarè & intuitivè videant, ſupernaturalibus elevantur habitibus, qui Fides, Spes, Charitas; nec non Gloriæ Lumen vocantur. Ergo ut infranaturaliter operentur (hoc eſt, ut ſentiſcat paſſiones & dolores corporeos) debebit qualitates infranaturales recipere, quales ſunt Viſus, Auditus, Odoratus, Guſtus, Tactus, & Senſus Communis. Ergo ſicut per Lumen Gloriæ in Cælo ſupra ſuam naturam operantur videndo Divinam Eſſentiam, ſic per Tactum in Purgatorio, & in Inferno patiendo tormenta & dolores infra naturam ſuam operabuntur. Immò etiam (& nota id bene) etiam in hac vitâ Animæ Rationales per Senſus infranaturaliter operantur. Et ſicut de Animabus, ſic de Angelis poterimus philoſophari.

Ignis Symbolicè ſumptus varia ſignificat.

Multa hominibus Deus Ignis ſymbolo ſignificavit. Sub Ignis enim ſpecie voluit adorari & timeri; quoniam *Exod.* 3. *in Ignis flammâ apparuit*: & *cap.* 13. *populum præcedebat ducebatque in columnâ Ignis*. Et Ezech. 1. viſus eſt, *ut nubes magna & Ignis involvens*, & etiam *Dan.* 7. apparuit *thronus ejus, flamma Ignis; rota ejus Ignis accenſus*.

Ignis & Nubes ducebât Iſraelitas per Eremum.

Hujus rei gratia Ignis eſt additus, ut ſignificaret Dei præſentiam. Levit. 23. Et offeretis *ſacrificium in Igne Domino*. Et Num. 9. *Per diem operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies Ignis*. Adeſt quidem in Sacrificiis Dominus, ut ſacrificantes; adeſt in orationibus, ut orantes tueatur. Zachar. 12. *Et Ego ero eis* (inquit Dominus) *murus igneus in circuitu eorum*.

Igne probatur aurum.

Quoniam inutilia igni tradimus, & in illo utilia à ſordibus expurgâtur [Iob 23. *Probavit me quaſi aurum, quod per Ignem tranſit*, Eccl. 2. *Igne probatur aurum, homines verò receptibiles in camino tribulationis* Et Pſalm. 139. *In Ignem dejicies eos in miſeriis non ſubſiſtent*, nam eorum imperfectiones per Ignem purgatæ non ſubſiſtent. Et Eſaiæ 66. *Quia in Igne Dominus judicabit &c.*] per Ignem ſæpe in Sacrâ Scriptura Prophetæ locum Purgatorii ſignificant. Unde inde egreſſæ animæ agût Domino gratias, & dicunt, *Tranſivimus per Ignem & aquam, & deduxiſti nos in refrigerium*. Pſalm. 65.

Sicut per Ignem purificatas Animas Deus in Empyreum deducit, ſic per tribulationes viros juſtos ut eorum conſcientiæ probentur & purificentur. Eſaiæ 43. *Cum ambulaveris in Igne, non comburêris*. Eccl. 51. *A preſſura flammæ, quæ circumdedit me; & in medio Ignis non ſum æſtuatus*.

Hæc omnia alta mente concipiebat Sanctiſſimus Patriarcha Benedictus, qui ut veros monachos à falſis ſecernat, horum imaginem Sanctæ ſuæ Regulæ cap. 1. his coloribus pingit. *Monachorum*, ait, *teterrimum genus, eſt Sarabaitarum, qui nulla regula approbati & experientia magiſtri ſicut aurum fornacis: ſed in plumbi natura molliti adhuc operibus ſervantes ſæculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini aut terni, aut certè ſinguli ſine Paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi ovilibus, pro lege eis eſt deſideriorum voluptas, cùm quicquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint, putant non licere*.

Sarabaitarum idest ſibi viventium lingua Ægyptiaca.

Pſeudomonachi quales?

SECTIO XIV.

De Iride: *& de Nubibus pictis à Sole.*

AD Nubium formationem omnia quatuor Elementa concurrunt, & ideò poſtquam de Elementorum ſymbolis diſputavimus, nonnihil de Nubibus dicturi ſumus.

Iris quid ſignificet?

Poſuit in Cæli Nubibus Dominus Iridem Geneſ. 9. Dominus Vindictæ Divinæ Infinita Clementia, in Miſericordiæ ſignum, ne iterum diluvium immittat ſuper terram. Unde Noacho Dominus. *Hoc eſt Signum fæderis, quod do, inter me & vos, & omnem animam viventem, quæ eſt vobiſcum, in generationes ſempiternas, Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum inter Me & inter Terram. Cumque obduxero nubibus Terram, apparebit Arcus meus in nubibus, & recordabor fæderis mei vobiſcum, & cum omni animâ vivente, quæ carnem vegetat, & non erunt ultra aquæ diluvii ad delendam univerſam carnem. Eritque Arcus in nubibus, & videbo illum & recordabor fæderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum, & omnem Animam viven-*

Digitized by Google

An alterum diluvium olim futurum ſit?

viventem univerſa carnis, quæ eſt ſuper terram.&c.

Hinc occaſionem ſumpſere aliqui aſſerendi ante diluvium non fuiſſe Iridem, ſed poſt diluvium miraculosè fieri.

Pluviæ eſse cauſam Arcum putabant Veteres, qui plus Eloquentiæ ſtudebant, quam Phyſicæ. Horatius in Art.

Aut flumen Rhenum, aut pluvius deſcribitur Arcus.

Statius libr.7. Theb.

——*Sive imbrifer Arcus,*
Seu modò Luna dedit nubes:&c.

Et libr. 10.

Tunc ſic orſa loqui nimborum fulva creatrix.

An Iris cauſas naturales habeat?

Et libr.4.Sylv.

——*Imbrifera pôtitur* [*]*Thaumantide luna.*

*] *Potitur ſecunda brevi*. Etiam ſic aliquando fuit loquutus Virgilius, ut vehementiam & celeritatem exprimeret.

Conſonat Martialis libr.3.

Ne-ve gravis ſubitâ te premat Iris aquâ.

Et Seneca in hoc Iamb.

Curvata picto nuncias nimbos ſinu

Propertius autem non vomere; ſed potiùs bibere aquas illam ſupponebat lib.3. cùm cecinit.

Purpureus pluvias cur bibis Arcus aquas?

Miraculosè fieri hunc Arcum, videntur ſuppoſuiſſe Græcos, apud quos ἶρις dicitur, & eſſe Thaumantis filia aſſeritur. Virgilius *libr.9.Æneid.*

An Iris ſit Phænomenon miraculoſum?

Ad quem ſic roſeo Thaumantias ora loquuta eſt.

Et in ſua Iri idem Poeta,

Thaumantis proles Varianti veſte figuras.

θαῦμα miraculum.

Et Ovidius libr. 14. Metamorph.

Nec mora. Romuleos cum Virgine Thaumantea.
Ingreditur colles.

At Cœli Arcus non eſt miraculoſum φαινόμενον, nam cauſas naturales habet.

Nubibus in denſis quoniam depingitur Iris
Mille trahens varios adverſo Sole colores.

Et ideò hodie Theologi, ut ut illam mirabilem dicant, eſſe miraculoſam negant; non enim dici debet *miraculum*, quod cauſas habet, quæ ſcitè exponuntur in Opticâ. Textum Geneſeos D. Iſidorus Clarius hoc ſcholio dilucidat. [Negant quidam Iridem fuiſſe ante illud tempus, verùm Textus Hebræus indicat etiam ante fuiſſe; ſed tunc primùm Signum fœderis eſſe cœpit. *Iris* ab Ethnicis vocatur, quam idcircò filiam Thaumantis appellatam, ait Plato, quod ab admiratione initium acceperit Naturæ rerum Contemplatio, θαυμάζω enim ſignificat *admiror*.] Et quidem Cœli Arcus Græcè dicitur ἶρις; cui nómini, ſi Hebræum etymon dare velîmus, ab ירא, IARA, TIMERE; & ſi Hiſpanicum, Latinum-ve, ab Ira, [*] per antiphraſim nominari dicemus; quoniam Divinæ ipſa iræ, & humano timori finem impoſuit, inter Deum & Noachum fœdere ſtabilito.

*] Monui aliquando Etymologias falſas eſſe interdum pulchriores & magis doctrinales quam veras.

SECTIO XV.

De Nube quà Loco.

Deus ſedet in nubibus.

DEI *ſedes* dicitur, & ſæpe in eâ apparet; quoniam humanorum oculorum fragilitas non poſſet Divinam lucem ferre, niſi nubibus impediretur. Iob. 21. *Nubes latibulum ejus.* & Pſalm.96. 2. *Nubes & caligo in circuitu ejus: Iuſtitia & Iudicium correctio ſedis ejus.* Et Pſalm. 17. *Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt.* & Pſalm.67. *Magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.*

Superbia Luciferi qualis fuit & quomodo ab Archãgelo Michaele retuſa?

Et hic ſublimis locus ſoli adtribuitur Deo, canit enim idem Propheta Pſalm. 38. *In Cœlo Miſericordia tua, & Veritas tua uſque ad nubes.* Pſalm 67. *Quis in nubibus æquabitur Domino.* Vnde Lucifero inflato gloriâ vanâ & dicenti, *Adſcendam ſuper altitudinem nubium*, obſtitit Angelus Michael exclamans, מי כאל MIKAEL, *Quis ut Deus?*

Quid ſit aliquẽ in nubibus collocare?

Propter eamdem rationem Chriſto Matth.17.& 25.& Act.1 nubium locus adſcribitur; eſt enim Deus, locumque, qui Deo debitus, habere debet. Et ſanè idem eſſe aliquem in nubibus ponere, ac fateri eſſe Deum, ſciebant Iudæi, qui Matth.26. ùm audiviſſent Chriſtum dicentem. Πλὴν λέγω ὑμῖν, ἀπ' ἄρτι ὄψεσθε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καθήμενον ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως καὶ ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. *Verumtamen dico vobis, à modo videbitis filium hominis ſedentem à dextris Virtutis (Efficacitatis) & venientem in nubibus Cœli.* Et tunc Sacerdotum Princeps ſua veſtimenta diſrupit, & inconcinno ululatu exclamavit. Ἐβλασφήμησε *Blaſphemavit.* Omneſque, illi conſenſere dicentes, ἔνοχος θανάτου ἐστί, *Reus mortis eſt.*

An ſolus Deus ſit ſupra nubes?

Quid ſit Gratia?

Gratia eſt quædam Divinitas participata, & poſtulat qui ipſammet Divinitatem participant, ſint prærogativarum, quæ illam comitantur, conſortes: & ideò 1.Theſſal.4.16. *Ipſe Dominus in juſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de Cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primùm. Deinde nos viventes, qui*

reli-

relicti, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Chriſto (in occurſum Domini) in aera ; & ſic ſemper cum Domino erimus.

SECTIO XVI.

De Inferno quà Loco.

Quid nomen Infernus ſignificet ?

QVidquid externâ ſuperficie telluris clauditur, *Infernus* dicitur ; & quia multa ſunt, quæ in terrâ continentur, diverſimodè vox *Infernus* accipitur.

Infernus pro Sepulchro.

Et primo *Sepulchrum* ſignificat. Et id Hebraicè שאול, SCEUL vocatur, à radice שאל SCAAL, *petere*, quod omnes omniaque debeantur Morti, & à Sepulchro univerſa petantur. Horatius 1. Epiſt. 16.

—— *Mors ultima linea Rerum.*

Et Ovidius ad Liviam.

Fata manent omneis : omneis expectat avarus
Portitor, & turba vix ſatis una ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam ;
Omnia ſub leges Mors vocat atra ſuas.

Virgilius in Mecœnatis obitum.

Non eſt acceptio perſonarum apud mortem.

Illa rapit juvenes media florente juventa,
Non oblita rapit ſed tamen illa ſenes.

Et iterum Horatius (1. Carm. 4.)

Pallida Mors æquo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Cui Claudianus 2. *de rapt. Proſerp.*

Sub tua purpurei venient veſtigia Reges
Depoſito luxu, turba cum paupere mixti :
Omnia Mors æquat.

Ergo ſcite Hebræus nomen Sepulchro à poſtulando impoſuit, quoniam, ut dicebat Ovidius, *in Sepulchrum univerſi vocamur.*

Deſcendere in Infernum ponitur pro ſepeliri.

Et hoc ſenſu, quia omnia gravia ſuo pondere in loca inferiora labuntur, & nos in ſepulchrum feſtinamus & labimur, *Infernus* pro Sepulchro ponitur. Geneſ. 37. *Deſcendam ad filium meum lugens in Infernum.* Num. 16. *Deſcenderunt vivi in infernum*, id eſt, *ſepulti ſunt antequam mortui*. Et 2. Reg. 22. *Funes Inferni circumdederunt me.* Et Iob. 17. *Si ſuſtinuero, Infernus domus mea eſt.* Pſalm. 6. *In Inferno autem quis confitebitur tibi.* Pſalm. 54. *Sicut oves in Inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos.* Et Cant. 7. *Dura, ſicut Infernus, æmulatio.* Et denique Act. 2. *Quem Deus ſuſcitavit ſolutis doloribus Inferni.*

Sepulchra inſatiabilia ſunt.

Quoniam ſepulchra cadaveribus nunquam ſatiantur, hinc ſimilitudine ſumptâ Aviditas *Infernus* dicitur. Proverb. cap. 1. *Deglutiamus eum ſicut Infernus viventem.* Et ibid. cap. 27. *Infernus & perditio nunquam implentur, ſimiliter & oculi hominis inſatiabiles.* Et cap. 30. *Tria ſunt inſatiabilia.* &c.

Infernus pro ſepultis.

Hinc per Metonymiam *Infernus* ſumitur pro ſepultis. Pſalm. 15. *Quoniam non derelinques animã meã in Inferno.* Eſai. 28. *Percuſſimus fœdus cum morte, & cum Inferno* (mortuis, ſepultiſque) *fecimus pactum.* Eſai. 14. *Infernus ſubter te conturbatus eſt, in occurſum adventus tui ſuſcitabit tibi gigantes.* Ezech. 32. *Loquentur ei potentiſſimi robuſtiorum de medio Inferni.*

Infernus pro miſeria & calamitate.

Interdum ſignificat ſummam & extremam miſeriam & calamitatem. Dan. 3. *Quia eruit nos de Inferno ; & ſalvos nos fecit de manu mortis.* Et Matth. 11. *Tu Capharnaum ; numquid uſque in Cælum exaltaberis ? uſque in infernum deſcendes.*

Infernus apud Chriſtianos carcerem damnatorum ſignificat.

Et quia Orcus profundiſſimus eſt, & ſtatus damnatorum miſerrimus *Inferni* apud Chriſtianos nomen & Gehennam ſeu locum & ſtatum in æternum damnatorum ſignificat.

Vide Sectionẽ LXIV.

Locus Pſalmi graviſſimè ad mores expoſitus.

Denique ille Pſalmi 47. verſus, *Deſcendant in infernum viventes*, pulchris eſt Commentariis à Concionatoribus dilucidatus. Et omnia, quæ ipſi profuſa eloquentia perorarunt, ad hanc poſſunt Synopſim, utilem univerſis reduci. Attendunto. [Extrema fine & remedio carens miſeria eſt, in gehennam inextinguibilis ignis præcipitari. In eam quotque, dum viverent, noluerunt contemplatione & ponderatione deſcendere ; poſt corporis mortem labuntur. Ergo (Auditores Orthodoxi) dum vivimus, dum integris ſenſibus fruimur, & nullo morbo laboramus, Inferni pœnas aſſidua cogitatione meditemur ; quoniam ſi hoc frequenter modo ad eas deſcendimus, nullum admittemus peccatum, & ſic non erit, cur eo morientes deſcendamus. &c.]

Gehenna locus.

Quid Gehenna ſit & unde dicatur ?

QVia Gehennæ meminimus, hoc nomen, locumque placet dilucidare. Ab Hebræis nominatur גי־הנם GEHINNON, & à Græcis Γέεννα. Vt autem multa dicere breviter poſſim, S. Hieronymi verba ſubſcribo. [Erat, inquit, Idolum Baal juxta Hieruſalem ad radices montis Moria in quibus Siloa fluit. Hæc vallis

&

& parva campi (adjacentis) planities, exigua erat, & nemoroſa, plenaque deliciis; & lucus in ea Idolo conſecratus. In tantam autem populus Iſrael venerat dementiam, ut deſertâ Templi vicinia, ibi hoſtias immolaret, & rigorem Religionis deliriæ vincerent, filioſque ſuos incenderent Dæmonibus, vel initiarent. Et appellabatur locus ipſe [illegible] GEHENNON, id eſt, *Vallis filiorum Hennon*. Hoc Regum Volumen, & Paralipomenon & Hieremias pleniſſimè ſcribunt. Et comminatur Deus, ſe locum ipſum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam *Thopheth* & *Baal* ſed vocaretur (vocandus eſſet) Πολυάνδριον, id eſt, *Tumulus mortuorum*. Futura ergo ſupplicia, & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi ſunt, hujus loci vocabulo denotantur. &c.]

Πολυάνδριον Quid ſit?

SECTIO XVII.

De Inſula quà Loco.

Quid Inſulæ nomine intelligatur?

TErra, quæ in mari emergit, & undique circumdatur undis, eſt *Inſula*. & Sicilia, Sardinia, Majorica, Minorica, Anglia, Hibernia, & aliæ ſimiles, *Inſulæ* nominantur. Si non undique circumdatur aquâ, ſed aliqua ex parte adhæret Continenti, eſt *Peninſula*. Vocat etiam *Puertos ſecos*, & *Islas ſecas* Caſtellanus, ea loca, quæ aqua carent, ſed tamen in Politicis ſunt Inſularum ſimilia: unde Benaventum, Civitas in Regno Neapolitano eſt Inſula, quoniam ad Sedem Apoſtolicam ſpectat, & omnia quæ circum illam jacent, ſubſunt Regis Hiſpaniarum dominio. Et hoc ſenſu Eccleſiæ & Monaſteria in medio Civitatum ſunt Inſulæ, non enim ſunt Civili ſubdita juriſdictioni. Et quia ſub initium ad aliqua loca navibus perveniebatur, illa etiam ſub nomen *Inſularum* ceciderunt; ita ut tunc nomen *Inſula* ſonuerit locum, ad quem veniebant navigando.

Peninſula, quæ ſit?
Puertos ſecos, Islas Secas, Hiſp.
Benaventum, an Inſula ſit?
Monaſteria, an & cur ſint Inſulæ?

Hac doctrinâ præmiſsâ multi Sacræ Scripturæ loci lucem habent. Geneſ. 10. lego, *Ab his diviſæ ſunt Inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundùm linguam ſuam*, & exiſtimo Hiſtoriographum de Siccis & Politicis loqui, & *Inſularum* nomine provincias & regna intellexiſſe.

Inſulæ Gentium quæ?

Davides Pſalm. 71. ait. *Reges Tharſis & Inſulæ munera afferent, Reges Arabum & Saba dona adducent*. Ergo, ſiquidem Inſulis Arabiam, Sabam, & Tharſim contraponit, illas non eſſe Inſulas neceſſariò colligitur. Sed ubi jacet Tharſis? nam ubi ſint Sabæa & Arabia ſint, jam ſcio. Alii eam eſſe Hiſpaniam affirmant, Libyam alii; alii eam conſtituunt alibi; at omnes ita Mundum delineant, ut in Continenti & non in Inſulâ Tharſim conſtituant.

Tharſis, quænam provincia ſit? An ſit Hiſpania?

Capite 10. libri Eſther legitur. *Rex verò Aſſuerus, omnem terram, & omnes maris Inſulas fecit tributarias*. Et in hoc textu, ut video, voces illæ *Omnem* & *Inſulas* luce indigent. Illud ſyncategorema *Omnem* reſtrictè & moraliter Hiſtoriographus accipit; non enim aſſerit Aſſuerum totius Orbis terrarum fuiſſe dominum, ſed pleraſque provincias vicinas ſubjugaſſe. Et *Inſularum* nomine intelligit, non terras circumactas mari, ſed eas ad quas ipſius arma navigando pervenerant. Et ſimili ſenſu vox illa accipitur Eſaiæ cap. 41. *Viderunt Inſulæ & timuerunt, & extrema terræ obſtupuerunt*. Et ibid. cap. 66. *Mittam ex his, qui ſalvati fuerint, ad gentes in mare, ad Africam & Lydiam, tenentes ſagittam in Italiam & Græciam: ad Inſulas longè*. &c. Et clariùs Ierem. 25. *Et Regibus Inſularum, quæ ſunt trans mare*.

Categorema. Omnis moraliter ſumptum reſtringitur ad præſentem materiam.

SECTIO XVIII.

De Fluvio quà Loco.

COmmodiſſima hominibus habitationem præbent flumina, & nobiliſſimæ civitates ad eorum oras hodie jacent. Sophon. 2. *Numquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus*. Et Num. 24. *Ut valles nemoroſæ, & horti juxta fluvios irrigui: ut tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri juxta aquas*. Quia autem amœnitas, & rerum copiæ oritur à fluminibus eorum defectus ſignificat ſterilitatem. Eſaiæ cap. 44. *Et flumina tua areſaciam*. & cap. 50. *Et ponam flumina in ſiccum: computreſcant piſces ſine aqua*.

Civitates apud fluvios propter commoditatem ædificantur.

Carentia fluminum ſterilitatem ſignificat.

Loci amœni, quales ſunt apud fluvios ſunt aptiſſimi, ut in eis erigantur Aſcetarum Cænobia, qui à curis terrenis abſtracti meditentur Cœleſtia. Hinc multæ Viſiones & Revelationes quales ſunt Danielis, Prophetis ſunt apud fluvios revelatæ divinitus. *Cùm eſſem in medio captivorum juxta fluvium Chobar*, cap. 1. ait Ezechiel; & Hebræi, in captivitatem à Chaldæis acti, aſſerente Davide Pſalm. 136. dicebant, *Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus dum recordaremur tui, Sion. In ſalicibus in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra*.

Monaſteria in vallibus & apud fluvios.

Vehemens & inſtans periculum *fluvii*

no-

Digitized by Google

Fluvius *pro periculo*.

nomine ſignificatur. Ion. 2. *Flumen circumdedit me*. & Math. 7. *Deſcendit pluvia & venerunt flumina*.

Nomen *Fluvii*, tametſi generale ſit, per contextum aliquando reſtringitur, ut talem, aut talem ſignificet in particulari.

Flumen *nomen cõmune per contextum reſtringitur ad ſingularem fluvium ſignificandum*.

Porrò *Euphrates*, ſeu nominetur, ſeu ſub communi *Fluvii* nomine intelligatur, terram Iſraelis ab aliis provinciis ab Oriẽte diſtinguit. Pſalm. 79. *Extendit palmites ſuos uſque ad mare, & uſque ad flumen* (Euphratem) *propagines ejus*.

* Æthiopię flumina ſunt, quæ Orientalem illam telluris plagam, quam veteres *Indiã* dixerunt, perfluit. Sophon. 3. *Vltra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei*.

Flumen Ægypti Nilus dicitur; nam illã ipſe regionem inundat & fertilem reddit. Eſt Gen. 41. nota felicitatis. Eſaiæ 23. *In aquis multis ſemen Nili: & meſſis fluminis fruges ejus*.

Fluvius *pro* Nilo.

Sed, cur, cùm Nilus fluvius unicus ſit, in plurali dixit Eſaias 7. *Et ſibilabit dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti*? Quoniam ille erat unus & plures, nam in plura brachia dividebatur. Et hanc ob rem à Lucano lib. 8. appellatur *dividuus*.

Oſtia Nili olim quot?

—— *Qua dividui pars maxima Nili*
In vada decurrit Peluſia.

Pontanus etiam illum dividi innuit, etſi numerum brachiorum non addat; inquit enim.

Non maria non longiſſimi lata oſtia Nili [*]

*] In *maria* ultima eſt brevis & contra communes leges Metricas ob cæſuram producitur.

Sed quot erant hæc Nili brachia? Ante bis mille annos ſeptem numerabantur. Virgilius *Æneid. lib. 6.*

Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Ovidius *Tranſ. lib. 1.*

Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus.

Et lib. 5.

—— *Qui ſe genitum ſeptemplice Nilo*
Ementitus erat.

Et lib. 15.

Perque papyriferi ſeptemflua flumina Nili.

Et ſibi *lib. 3. eleg.* conſonat dicens.

Ille fluens dives ſeptena per oſtia Nilus.

Vnde & Claudianus.

Hinc bibet æſtivum ſepteno gurgite Nilum.

Et etiam Fauſtus.

Quaque ferax ſeptem Nilus abundat aquis.

Ante bis mille annos, dixi, per ſeptem oſtia Nilum in mare fluere, nam hodie facies eſt Ægypti mutata. Scribit enim Petrus della Valle uno hodie oſtio in mare Nilũ exonerare, & quando aliquando opulentius inundat per alium canalem influere. Ceſſant ergo omnia, quæ de ſeptem Nili oſtiis olim ſcribebantur.

Hodie tantummodò per unum vel alterum oſtium ſe in mare præcipitat.

SECTIO XIX.

De Fonte quà loco.

AMœna & læta ſunt loca, quæ fontiũ undis & rivulis interſecantur; & ideo fontes convenientia epitheta ſortiuntur. Lucretius lib. 4.

Quænam Fontibus epitheta à Poetis attribuantur?

Flumen item ſitiens, aut fontem propter amœnum.

Et lib. 14. *Metam.* Naſo.

Lurida ſupponunt fœcundo ſulphura fonti.

Sed inter alia epitheta nullum, aut convenientius, aut frequentius eſt, quàm *Vivus*: nam ſtagnantes aquas *mortuas* dicimus, & illas tantùm vivas, quæ non arte, ſed natura moventur, appellamus. Ovidius *Metam. lib. 3.*

Aqua viva, & aqua mortua, quæ?

Et petere è vivis libandas fontibus undas.

Et hinc occaſionem ſumpſerunt Exſcriptores nonnulli, alterandi verſum ſecundũ Pſal. XLI. nam modulatur David. *Quemadmodum deſiderat Cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat Anima mea ad te Deus. Sitivit Anima mea ad Deum fortem vivũ.* &c. Et hic ipſi colligunt ex præcedentibus *Fontem vivum* legi debere, nam fontes *vivi* aliquando dicuntur, non autem *vivi* viri fortes. At *fortem vivum*, & non *fontem vivum* legendum eſſe probat Textus Hebræus, unde Verſiones profluxerunt. Error eſt Amanuenſium, & non ſolus; nam & alii ſimiles in aliis locis Sacræ Paginæ occurrunt. Audiunto Ioannem Chiffletiũ, qui in Parænesi Apologetica, qua neceſſitatem & authoritatem Linguæ Sanctæ propugnat, pag. 101. ſic ſcribit.

Tametſi Contextu videretur ſuadere fõtem vivum legendum eſſe oppoſitum colligitur ex Textu Hebræo.

[An ſit major Librariorum noſtri temporis accuratio, quàm ut in ejuſmodi errores impingant, videant illi, qui in ſuis Codicibus fortè legent Eccl. 45. 6. *Dedit illi cor ad præcepta* pro *coram*. Cap. 24. 41. *Quaſi fluvius Doryx*, loco, *quaſi fluvii dioryx*: neque enim fluvii nomen eſt Διώρυξ ſed foſſa à flumine deducta ad irrigandam terram. Pſalm. 41. 2. *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivũ* pro *fortem vivum*; cũ ſit in Hebræo, לאלהים לאל חי *Leelohim leel chai*. Sic Pſal. 54. 9. *Exſpectabam eam, qui ſalvum me fecit*; litera *D* detracta videri poteſt, cum in Græco τὸν Θεὸν habeamus. Proverb. 16. 11. *Pondus & ſtatera Iudicia Domini ſunt, & opera ejus omnes*

Cor ad *legitur pro* coram.

Dioryx *non eſt nomẽ fluvii ſed ſignificat foſsã.*

Eum *legitur pro* Deum.

Saculi pro Sacculi.

nes lapides ſaculi, pro ſacculi כיס *chis.* Vtraque lectio alicubi habetur, ſed poſterior genuina.]

Fontes prabent ubertatem.

A fontibus terra ubertatem nanciſcitur Exod. 15. Num. 33. Deut. 7. Pſal. 103. Cant. 4. Iſaiæ 35. 41. & 3. Reg. 17. & ſæpè alibi.

SECTIO XX.

De Puteo quà Loco.

Puteus in bonã, vel in malam partem accipitur.

QVI primus in Græcia fodit puteos fuit Danaus: & quia ſicut ad utilitatem & aquas hauriendas ſic etiam aliquando in pernitiem, ut ſint foveæ in quas incauti præcipitentur, ſiunt. Et hanc ob rem vox *puteus*, tam in bonam, quàm in malam partem accipitur.

In bonam illam uſurpat Ovidius *Metam. 7.*

Fontibus & fluviis puteiſq; capacibus barens.

In malam autem Horatius *lib. 1. epiſt.*

Poſſet qui rupem & puteum vitare patentem.

Strozius pater

Per latera hinc illinc putei ſcatebroſa profundi.

& ante eum Mantuanus.

Et puteis lamenta cavis, ſuſpiria, & heu heu.

Puteus pro periculo & calamitate.

& ſumpta à fovea metaphora, *putei* nomine *pericula*, & *infortunia* intelligunt Sacræ Scripturæ: hoc enim ſenſu dictum eſt Pſalm. 54. *Deduces eum in puteum interitus*; & Pſalm. 67. *Neque urgeat ſuper me puteus os ſuum*; & Proverb. 23. *Puteus anguſtus*; &c. & Apocalipſ. 9. *Data eſt ei clavis putei abyſſi.*

SECTIO XXI.

De Ciſterna, quà Loco.

Quid Ciſterna ſit?

EST quædam aula ſubterranea, bitumine illita, in quam aquæ pluviales defluunt, & ad domeſticos uſus conſervantur. [Neroniana (quæ ſic vocatur vulgò, quod Neronis, Romanorum Imperatoris juſſu fuerit ædificata) adhuc Puteolis in Regno Neapolitano perſtat: & tam immenſæ eſt magnitudinis aquam, ut claſſi integræ poſſit ſuppeditare. Sunt albo ſed tam forti bitumine (vel, ut loquitur Hiſpanus, *argamaſa*) muri ferruminati, ut anno 1673. (quo ibi & Agrippinæ ſepulchrum, crudeliſſimos Neronis carceres & alia multa ſubterranea prodigæ Antiquitatis monumenta diligenter perſpexi) cultro vel minimam particulam non potuerim extrahere.]

Ciſterna Neroniana Puteolis qualis & quãta?

Ad commodam habitationem ciſternæ ſpectant, viventis enim aquæ inopiam ſupplent collectione pluvialium, Deut. 6. & 4. Reg. 17. & 2. Paralip. 26.

Bibere aquas de ciſterna ſua Proverb. 5. eſt uti matrimonio legitimo, unde *bibere de ciſterna aliena*, qui committunt adulterium, dicentur.

Bibere aquas *pro* uti matrimonio.
Bibere de ciſterna aliena *quid ſit?*

Iudæi diſcernebant mundas res ab immundis; his enim non poterant uti. At inter illas recenſebant ciſternas, legimus enim Levit. 11. *Fontes verò & ciſterna, & omnis aquarum congregatio munda erit.*

Si vel minima rima in ciſterna aperiatur, tota aqua effluit, & labor in congregandis aquis ab hominibus impenſus perditur. Et hinc ſumpta metaphorâ Ierem. 2. qui in caſſum laborarunt, *Fodiſſe ſibi ciſternas diſſipatas* dicuntur; iidemq; ſumptâ aliunde metaphora *Oleum, & operam perdidiſſe* juxta Latinum Adagium dicerentur. Luctatores enim ſe ungebant oleo ut membra haberent lubrica, quæ non poſſent apprehendi; ſi tamen hac diligentia non obſtante vincebantur & proſternebantur, dicebãtur operam & oleum perdidiſſe [*] & hinc per ſimilitudinem phraſi ad alia translata, in vanum aliquem laboraſſe ſignificat. Plautus *in Pœn. Tum pol ego & oleum & operam perdidi*, hoc eſt, *quidquid ſeu rei, ſeu laboris inſumpſi, perdidi.* Vide Eraſmi Chiliades.

Fodere ciſternas diſſipatas, Quid?

Oleũ, & operam perdere, *quid ſignificet, & unde dicatur?*

*] Cuidã Doctori, qui ibat cubitum, & tamen ut tota nocte vigilare & ſtudere crederetur, lucernam ardentem relinquebat, Poeta dicebat neſcio quis, *Pontice vis oleum perdere, non operam.*

SECTIO XXII.

De Lacu, quà Loco.

An Lacus, & ciſterna coincidant?

CIſterna & Lacus duo ſunt nomina, quæ interdum ſignificant unam & eamdem rem. Quoniam 2. Reg. 3. *Et deſideravit David aquam de lacu, & dixit, O ſiquis daret mihi potum aqua de ciſterna.* &c. Ergo in Davidis Lexico erant ſynonymæ iſtæ voces.

Lapidicina *Lacus* dicitur, & per ſimilitudinem, quia ſicut è monte lapides, ſic filii ex utero materno educuntur, uterum ſonat *Lacus.* Eſaiæ 51. *Attendite ad petram unde excisi eſtis, & ad cavernam lacus, de qua exciſi eſtis.* Et hic loquendi modus in lingua Hebraica gratiam habet; nam à radice בנה Bana, *ædificare*, oritur בן Ben, *filius*, & אבן Eben, *lapis*. Et propter iſtam homonymiam, quæ invenitur inter *Filium* & *Lapidem*, contingit, ut *Domus* interdum *Ædes*, interdumque *Familiam* ſignificet; unde & *Ædificare*, jam pro *Fabricare*, & jam pro *Generare* uſurpatur. Moyſes (ipſe enim Mundi Hiſtoriam ſcripſit) poſtquam narrat, ut occiderent infantes maſculos, Pharaonem præ-

Ben *Hebraicè ſignificat* filiũ; Eben *lapidem*: unde Bana *verbum commune jam generare filios, jam ædificare domum ſolet ſignificare* Exod. 1. 21.

Digitized by Google

cepiſſe obſtetricibus; & his, quia Deum timebant, obedire noluiſſe, ait, ויעש להם בתים, VAIAASÇ LAHEM BATHIM. *Et fecit eis domos*. Vulgatus, *Et ædificavit illis domos*. Et hîc variant Expoſitores, alii enim illud *fecit* eſſe jubent in Hiphil, ut ſenſus ſit, *Propter hoc fecit* (*juſſit*) *Deus, ut Iſraelitæ grati animi ergo ædificarent illis domos*; alii autem *domuum* nomine *filios*, & *familias* intelligunt, ut ſenſus ſit, *Propter hoc conceſſit illis Deus, ut haberent filios & famulos*. Sed utrique ſupponunt vocem illam *eis* aut *illis* referri ad Obſtetrices, quod Litera Latina patitur, Græca poſtulat, Hebræa verò non tolerat, ut ſuo loco oſtendemus. Eâdem Homonymiâ in illis Chriſti verbis reperio. *Dico enim vobis, quia poteſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare* (*ædificare*) *filios Abrahæ*. Eſt enim in lingua Hebraica (aut etiam Aſſyria, quâ Hieroſolymis univerſi utebantur) eſt Adliteratio (H ſp. *ſo juega del vocablo*) nam ut dicebamus בנה BANA, *ædificare*, EBEN, *lapidem*, & BEN, *filium* ſignificat.

Explicatur locus Exodi. An obſtetrices quæ favebant Hebræis, domos ne an filios pro præmio ſuſceperint?

Lucæ 3.8.

Lacus pro torculari ſumitur: unde Marc. 12. *Circumdedit ſepem, & effodit lacũ*. Et hinc ſumitur Metaphora Apocalypſeos quarto-decimo, ibi enim æternæ Inferni pœnæ deſcribuntur his verbis. *Vindemiavit vineam terræ*, & (uvas nimirùm peccatores) *miſit in lacum iræ Dei magnũ; & calcatus eſt lacus extra civitatem*.

Præterea *Lacus* etiam *locum horridum, obſcurum* importat: & per ſignificationis Ampliationem uſurpatur pro *carcere*; quia plerumque tenebroſi ſunt & ſubterranei; & tandem pro calamitate & miſeria. Ierem. 37. *& projecerunt eum in lacum*, hoc eſt, *in carcerem*. Similis modus loquendi in Danielis ultimo reperitur. Ibi enim Sacer Textus. *Qui* (Babylonii) *miſerunt eum* (Danielem) in lacum (carcerem) *leonum; & erat ibi diebus ſex*. Et Pſalm. 39. *Lacum aperuit, & effodit eum*; & Pſalm. 77. *Eduxit me de lacu miſeriæ*: & Zachar. 9. *Eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua*. & Thren. 3. *Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me*.

Lacus pro carcere.

Denique *Lacus* locum damnatorum ſignificat. Eſaiæ 24. *Et congregabuntur congregatione unius faſcis in lacum*. Et in Offert. Miſſæ pro Defunctis canit Eccleſia, *Domine Ieſu-Chriſte, Rex gloriæ, libera animas omnium Fidelium Defunctorum de pœnis Inferni, & de profundo lacu*.

Lacus pro dãnatorũ inferno.

SECTIO XXIII.

De Fovea quà Loco.

HOminum aut ferarum latibulum. Eſaiæ 34. *Habent foveam Ericius*. Et Matth. 8. *Vulpes foveas habent, & volucres Cœli nidos* (*umbracula*) *filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet*.

Quid Fovea ſignificet?

Sumitur aliquando pro puteo, nam in foveis interdum inveniuntur aquæ. Eſaiæ 30. *Aut hauriatur parum aquæ de foveâ*; & quia putres interdum aquæ ibi ſunt, *putres* foveæ vocantur. Statius lib. 12.

Fovea pro puteo.

Cur foveæ putres dicantur?

Patribus in foveis, atq; ignea buſta quieſcunt.

Sonat etiam periculum, aut infortunium. Ioſvæ 23. *Sed erunt vobis in foveam & laqueum*. [Legunt aliqui *foderunt* uno verbo, & *lacum* pro *laqueum*: ſed male]. Pſal. 7. *proditor incidet in foveam quam fecit* Proverb. 22. *Fovea profunda, os alienæ*. Iob 40. *Et facies eorũ demerge in foveam*. Luc. 6. 39. *Si cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam cadent*. Immò ſi ſe quis cœcè duxerit. Sedulius.

Locus ex Ioſvæ reſtitutus.

Adagium, ſi cœcus cœcũ duxerit, &c.

Flectere nixus iter foveam delapſus in atram.

SECTIO XXIV.

De Spelunca quà Loco.

SVmitur pro latibulo, nam in ſpeluncis homines interdum. Ioſvæ 10. Iud 6 & 1. Reg. 13. & 22. necnon 3. Reg. 17. Et inſinuari hi loci Poetarum numeris poterunt exornari: canit enim Virgilius *lib. 1. Æneid.*

Spelunca pro latibulo.

Sed Pater Omnipotens ſpeluncis abdidit atris.

In eis habitaſſe Sibyllas probant ſubterranea ædificia, quæ multis in locis adhuc exſtant. Mantuanus

An ſybillæ in ſpeluncis habitaverint?

—— *Obſcuris vetùs eſſe ubi Fama Sybyllam*
Degere ſpeluncis.

Vnum ex iis deſcribit *Æneid.* 6. Virg. his numeris:

Spelunca alta fuit, vaſtoq; immanis hiatu,
Scrupea tuta lacu nigro nemorumq; tenebris. &c.

Spelunca, per quam Æneas in infernum trajecit.

—— *Procul ô procul eſte profani,*
Conclamat Vates totoq; abſiſtite luco.
Tuq; invade viam, vaginaq; eripe ferrũ.
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo.
Tantum effata furens, antro ſe immiſit aperto.
Ille ducem haud timidis vadentem paſſibus æquat.

Ta-

Digitized by Google

Tale erat illud antrum, per quod Æneas fuit tandem in infernum ingreſſus. Illud, in quo ſtabulabatur Cacus his verbis Æneid. libr. 8. depingit.

Hîc ſpelunca fuit, vaſto ſubmota receſſu
Semihominis [*] *Caci, facies quam dira tegebat*
Solis inacceſſam radiis, ſemperque recenti
Cade tepebat humus foribuſque affixa ſuperbis
Ora virûm triſti pendebant pallida tabo.

*] *Semihomo, Semihominis* non potuit legere Virgilius eſſet enim *ſem* breve, ſed juſſit ut *j* eſſet conſonans, & *Semjeme* eſſet dactylus.

Quia in Speluncis Iudæi ſepeliebantur, ſpelunca ſumitur pro Sepulchro. Geneſeos 23. moritur Sara, & Abraham ad filios Heth. *Intercedite pro me apud Ephron filium Seor, ut det mihi ſpeluncam duplicem quam habet in extrema parte agri ſui pecunia digna tradas eam mihi coram vobis in poſſeſſionem ſepulchri.* Et quam hic vocat dignam paulo poſt probatam pecuniã appellat. Iſidorus Clarius. [*Pecunia digna* in Hebræo eſt *pro pecuniâ plenâ.*] & putarem plenam eam dici, quam *moneda de peſſo* Hiſpani, & *trabucante* Itali nominãt. Et poſteà idem Clarius [*Probata moneta.* Pulchrè expreſſit ſenſum Interpres: nam Hebraiſmus habet, *pecuniã, quæ tranſit ad mercatorem*] Hiſp. *moneda corriente.* In eâdem Spelunca ſepultus eſt Iacob, qui c. 49. moritur, & ultimâ voluntate & verbis filiis ſuis hoc præceptum injungit. *Sepelite me,* inquit, *cum Patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethai, contra Mamre in terra Chanaan.* &c. *In hac Spelunca jacent Abraham & Sara; Iſaac cum Rebecca, Iacob & Lia.* Etiam Ioan. 11. ſepulchrum *ſpelunca* dicitur; legitur enim, *Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.*

Spelunca Caci ſpelunca *pro* ſepulchro.

Pecunia digna.

Plena.

Moneda de peſſo.

Moneda corriente.

Moneta Traboccante.

SECTIO XXV.

De Deſerto quà Loco.

SOlitarius & inhabitatus locus eſt, qui ἔρημος nominatur à Græcis Exod. 3. *Cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti.* & 1. Reg. 25. *Cùm ergo audiiſſet David in deſerto, quòd tonderet Nabal gregem ſuum.* Exod. 16. *Cur induxiſtis nos in deſertum, ut occideretis omnem multitudinem fame?* & 2. Reg. 29. *ſuſpicati ſunt enim populum ſiti & fame fatigari in deſerto.* Apud Virgilium *Æneidos* 1. *ait Æneas,*

Ipſe ignotus egens Libyæ deſerta peragro.

Conradus Celtes
Sigalion ſegaada Part.

Deſertum Græcè ἔρημος *locus non habitatus.*

Horridas Sylvas, vacuãq; eremũ. Sapph.
Et Mantuanus,
Cùm puer eſſet, adhuc tacitam cupiebat eremum &c.
Sola quod in vaſtum nondum diſceſſit eremum.

Per Antiphraſim capitur pro agro fœcundo & fertili. Ioelis cap. 1. *Ignis comêdit ſpecioſa deſerti.* Et cap. 2. *Germinaverunt ſpecioſa deſerti.*

Specioſa deſerti.

In deſerto habitare dicitur, qui deſertus ab omnibus, extremam miſeriam & paupertatem patitur. Iob. 30. *In deſertis habitabant montibus & cavernis terræ.*

An qui eſt in media civitate, dici poſſit habitare in deſerto?

Locum periculoſum & plenum miſeriis etiam ſonat. Exod. 14. *Coarctati ſunt in deſerto.* &c. *Concluſit eos deſertum.*

Deſertum *pro* loco periculoſo.

Rem inutilem & quæ nulli uſui eſt, vox *deſertum* aliquando ſignificat. Hierem. *Numquid ſolitudo* (deſertum) *factus ſum Iſraeli, aut terra ſerotina?*

Deſertum *pro* re inutili.

Erat autem deſertum unus ex quatuor terminis, qui regionem populo Dei promiſſam definiunt. Exod. 23. *Ponam autem terminos tuos à mari Rubro uſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto uſque ad fluviũ* (Euphratem.) Et Deuter. 11. *Omnis locus, quem calcaverit pes veſter, veſter erit; à deſerto uſque ad Libanum, & à flumine magno Euphrate uſque ad mare Occidentale.*

Deſertum terminus Palæſtinæ.

SECTIO XXVI.

De Agro, quà Loco.

CAmpi qui extra civitatem jacent *Agri* dicuntur, coluntur que, ut fertilitate & fœcunditate ſuâ alimenta civitati adminiſtrent.

Ager *quid ſit, & unde dicatur?*

Vocem *Ager* Donatus putat eſſe Latinam, & ab *ago* deduci; quòd multa ſint agenda in agro. Quintilianus libr. 1. eſſe Græcam exiſtimat, nam ἀγρός ſignificat *rus.* Et ab Hebræis *Ager* dicitur שדה Sçade, voce deducta à Radice, quæ abundantiam, & ſufficientiam ſignificat, unde & Deus dicitur שדי Sçadai, quia ſibi ſufficit, & nullîus indiget, aut favore, aut auxilio. Pſalm. 49. *Et pulchritudo agri meũ eſt.* Lego Geneſ. 2. *Omne virgultum agri, antequam oriretur in terra,* & Deut. 32. *Vt comederet fructus agrorũ.* In Poetarum Scriptis, epithetis, quæ fertilitatem concernunt, exornantur.
Lucanus libr. 1.

Qualis frugifero quercus ſublimis in agro.

Cur Deus nominetur Sçadai?

Ovidius libr. 3. Elegiar.

—— *Quamvis agros amet illa feraces.*

Digitized by Google

Et in Epiſt.

Ager à fertilitate laudatur.

Fertilis accenſis meſſibus ardet ager.

Et idem Faſtor. libr. 3.

Nunc fœcundus ager, pecoris nunc hora creandi.

Conſonat Ruffus

Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

Ac etiam Fauſtus.

Aſpera triticeo ſeu ſylva evellitur agro.

Budæus. *Sic enim fert agricolatio, ut triticarius ager meſſe triticeâ altero anno ſemeſtre aliquod genus frugis capiat.* Cato. *Eum agrum frumentarium eſſe oportet.* Varro. *Aut etiam divitum copioſi agri & villa.*

Ager pro prædio.

Accipitur Ager aliquando pro prædio, Geneſ. 23. *Quam habet in extrema parte agri*(prædii)*ſui.*

Ager pro loco non habitato.

Quia in agris non habitant homines ad eos recurrebant, qui volebant latêre, unde Ezech. 7. *Qui in agro eſt* (qui, ut ſuæ ſecuritati conſuleret in agrum diſceſſit) *gladio morietur; & qui in civitate eſt peſte & fame devorabitur.* Et ideò Iacob Geneſ. 31. ut ſine arbitris de itinere ſuo deliberaret, *vocavit Rachel & Liam in agrum.* Et eodem ſenſu accipi poteſt illud Cantic. 7. *Veni dilecte mi: egrediamur in agrum.*

SECTIO XXVII.

De Campo quà Loco.

An Campus & Ager ſint idem?

Quia *Campus* pro agro, & *Ager* pro campo ſæpe ſumitur, in alterutro communia attributa conſiderantur; unde etiam Campi à fertilitate commendantur. Virgilius *libr. 2. Georg.*

Quiq; frequens herbis & fertilis ubere campus.

Horatius *libr. 1. Epiſt.*

An pingues Aſiæ campi, colleſque morantur.

Lucanus *libr. 6.*

Vngula frondentem decuſſi cornea cāpū.

Et hic Lucani verſus in meam memoriam revocat Hexametrum, qui apud Ennium & Virgilium audituri verſum, inquam, qui ibi ſerpit & reptat, hîc adſurgit & cum majeſtate & pompâ reſonat. Dixerat Ennius.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula terram.

& quia ultima vox ſonum humilem habet præcedentium arrogantia retunditur. At quia, ut dicunt Critici,

Aurum Virgilius de ſtercore colligit Enni,[*]

hunc ipſe verſum fecit ſuum, libro enim octavo Æneid. ſic equitum phalangem deſcribit,

*] Ioannes Ouvenus Verſui huic hoc dicterium adſcripſit. *Fecit Virgilius quod faciunt Medici.*

Stant pavida in muris matres, oculiſque ſequuntur

Pulveream nubem, & fulgentes ære catervas.

Olli per dumos, quà proxima meta viarum

Armati tendunt, it clamor[a]*& agmine facto*[b]

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

a] Sicut olim, ſic etiam nunc in prælio vociferatur barbari.

b] *Anima facto* legunt alii.

Et unîus dictionis mutatione præſtitit, ut verſus, qui glorioſè inceperat cum pompâ & decore deſineret.

Campus pro planitie.

Sanè in Sacrâ Scripturâ *Campi* nomine planities intelligitur. Deut. 34. *Vſque ad mare noviſſimum, & Auſtralem plagam, & latitudinem campi Iericho.*

Campus pro valle.

Et pro valle aliquando uſurpatur. Pſalm. 103. 6. *Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, non inclinabitur in ſæculum ſæculi.* &c. *Adſcendunt montes, & deſcendunt campi*(valles)*in locum, quem fundaſti eis.* [c] *Qui emittis fontes in convallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ, Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque convertentur operire terram.*

c] Duos verſus ultimos ſecūdum ſimplicē ſenſum ſcripſi nam Davides more poetico uſus eſt Figura, quam dicimus ὕστερον πρότερον

SECTIO XXVIII.

De Monte, quà Loco.

Mons unde dicatur?

Latinè ab eminendo dicitur, & ideò quemcumque locum eminentem *Montem* dicimus. Virgilius Æneid 12.

—— *Totuſque remugit*

Mons circum & vocem latè nemora alta remittunt.

Cur montes aerei dicantur?

Hebraicè הר HAR. *Mons*, dicitur, unde τὸ ὄρος Græci deducunt. Et hinc potius quàm ab aere a Poetis nominatur *Aereus.* Silius

—— *Riget ardua montis*

Aerei facies. [d]

Et eandem ob cauſam hoc & Colles afficiuntur vocabulo. Sabellius.

d] Alii legunt *etherei.*

Mœnia, & aeris quacumque in collibus arva.

In tempeſtatibus profectò maris undæ ſunt ſimillimæ montibus. Catullus de com. Beren.

Monte nec inferior prora puppique recurva

Inſilit, & pictos verberat unda Deos.

Montes undarum.

Et hanc ob rem undarum moles per metaphoram *montes* dicuntur. Audi Virgilium Æneid. libr. 1. procellam, quam fuit Æneas perpeſſus deſcribentem his verbis.

Stri-

Digitized by Google

—— *Stridens Aquilone procella*
Velum averſa ferit, fluctuſque ad ſydera tollit.
Franguntur remi: tum prora avertit, & undis
Dat latus: inſequitur cumulo præruptus aqua mons.
Hi ſummo in fluctu pendent, his unda dehiſcens
Terram inter fluctus aperit, furit æſtus arenis &c.

Virgilium imitatur Ovidius libr. 1. Triſt. Eleg. 3.

Me miſerum, quanti montes volvuntur aquarum!

Montes difficultatum.

Et promotâ metaphorâ impedimenta, ſiqua noſtris conſiliis obſunt, montes *difficultatum* appellamus. *Montem triſtitiæ* eam dicimus, quæ tanta eſt, ut actiones præpediat. Plautus *in Moſtell. ſcen. 1. act. 2. Mali mæroris montem maximum cõſpicatus ſum.*

Mons mœroris.

Mons & ſaxũ coincidunt.

Saxum & *Mons* non ſunt ſynonyma, & tamen alterum pro altero interdum ſumitur. Sexto Æneid. Virgilius.

Ni gens crudelis madidâ cum veſte gravatum
Prenſantemque uncis manibus capita aſpera montis
Ferro invaſiſſet.

Sumpſit *montem* pro ſaxo, non enim nando Palinurus ad montis culmen poterat perveniſſe. Sed & *ſaxum* pro monte aliquando uſurpavit. Libr. 2. Æneid.

Præcipiteſque trahit ſylvas, ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice Paſtor. &c.
Ecce feræ ſaxi dejectæ è vertice capræ
Decurrere jugis.

Specula in montibus.

Vt diſtantes moneantur commodiſſimus locus eſt mons; noctu enim igne, interdiu fumo ſigna exhibet, quæ etiam è locis remotis proſpectantes percipiunt. Sed & vocem, nam aer eſt in loco eminenti liberior, longiùs emittit. Eſaiæ c. 30. *Donec relinquamini quaſi malus in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collem.* Et cap. 40. *Super montem excelſum adſcende tu, & evangeliza Sion.* Sic loquitur, quia, ut monebamus, ut propagetur per aerem vociferatio, montes opportuni cenſentur. Virgilius.

Ipſi lætitia voces ad ſydera jactant
Intonſi montes.

Cur Deus in montibus loquutus ſit?

Sed & Deus ut Majeſtatem ſuam meliùs cognoſceremus, è montibus loquutus eſt. Exod. 19. *Moyſes autem aſcendit ad Deum, vocavitque eum Dominus de monte,* Et Hab. 3. *Deus ab Auſtro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* Et Chriſtus Dominus ut ſuam electis diſcipulis gloriam oſtenderet, in monte Thabor transfiguratus eſt.

Enceladus Gigantum Princeps occiſus & ſepultus ſub Ætna.

Montes pro peccatis ſumuntur, nam ſicut totius Ætnæ pondere ſepelitur Enceladus [fuit Gigantum & maximus & audaciſſimus, Terræ & Titanis filius; qui nã in Cælum adſcendere, & contra Deos bellum movere voluit à Iove fuit dejectus fulmine, & detruſus ſub Ætnam. Seneca. *Surget Enceladus ferox, Mittetque quo nunc premitur in Superos onus.*] Si Anima gemit preſſa & oppreſſa graviſſimis criminum ſarcinis. Præbuit occaſionum Metaphoræ, Montium arrogantia & temeritas, nam velut peccatores, ſic & ipſi in Cœlum inſurgunt & audent. Silius libr 4.

Mons ſymbolum peccatoris.

Nubiferi Montes, & ſaxa minantia Cælo.

Cur Ethnicorum Templa in mõtibus fabricarentur?

Et huc videtur Lucifer reſpexiſſe, cùm voluit in montibus & excelſis collibus adorari: nam plurima Ethnicorum Templa ſunt in montibus ædificata, unde & ipſamet Deorum Gentilium templa *Excelſa* in Sacrâ Scripturâ dicuntur. Illa 3. Reg. 12. & 2. Paralip. 11. ædificavit Ieroboam. Ibi enim Sacer Textus. *Dixit Ieroboam in corde ſuo. Nunc revertetur Regnum ad domum David, ſi adſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo Domini* in Templo) *in Ieruſalem; & convertetur cor populi hujus ad Dominum ſuum Roboam Regem Iuda interficientque me, & revertentur ad eum. Et excogitato conſilio fecit duos Vitulos aureos, & dixit eis. Nolite ultra adſcendere in Ieruſalem. Ecce Dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti. &c. Et fecit fana in Excelſis, & Sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Levi. &c. Conſtituitque in Bethel Sacerdotes Excelſorum, quæ fecerat.* &c. Et in altero loco. *Conſtituit ſibi Sacerdotes Excelſorum, & Dæmoniorum. Vitulorumque, quos fecerat.* Hæc Excelſa, jam culta, & jam ſaltem tolerata fuerunt ab aliis Regibus, uſque ad Ezechiam, de quo 4. Reg. 18. 2. Hiſtoriographus Sacer ſic inquit. *Ipſe diſſipavit Excelſa, & contrivit ſtatuas* (Deorum Ethnicorum idola) *& ſuccîdit lucos, confregitque Serpentem Æneum, quem fecerat Moyſes; ſiquidem, uſque ad illud tempus filii Iſrael adolebant ei incenſum: vocavitque nomen ejus* NEUSTHAN. &c. Quod nomen D. Iſidorus Clarius ſic exponit. [Sic vocavit Rex Serpentem illum æneum, quaſi dicat, Res eſt ænea, nihilque Divinitatis in ſe habet. Quare ergo adoratis æs illud quod nec obeſſe nec prodeſſe poteſt? Servatus autem

Ratio pſeudopolitica, propter quam Ieroboam Iſraelitas pellexit ad Idololatriã.

Conſtituit ex humili plebe ſacrificulos.

Excelſa cur fuerint tolerata?

Ezechias deſtruit Excelſa, & ſerpentem confringit.

fuit

Verum iſte ſerpens ſit ille ipſe, qui Mediolani oſtenditur apud S. Ambroſium?

fuit Serpens ille in memoriam ſigni illius quod Deus filiis Iſrael in deſerto oſtendit, quando morſi à ſerpentibus intuitu hujus ænei Serpentis ſanabâtur.] Et hodie Mediolani apud S. Ambroſium oſtenditur. Et hunc, qui ibi proſtat eſſe illum ipſum, quem fudit Moyſes, & Ezechias confregit eruditiſſimo libello in lucem edito Perilluſtris & Eruditiſſimus Dominus Petrus Paulus Boſca perſuadere videtur.

Mōtes pro Idolorum cultu.

Per ſignificationis propagationem & extenſionem quoniā Idololatria in Montibus exercebatur, *Montes* pro cultu Deorum alienorum ſumuntur. Eſaiæ 65. *Qui ſacrificaverunt ſuper montes; & ſuper colles exprobraverunt mihi*, & Ierem.3. *Abiit ſibimet* (Hiſp. *fueſe*) *ſuper omnem montem excelſum*; hoc eſt, *Adoravit Idola*.

Deus coli voluit in Monte.

Etiam Dominus coli voluit in monte, & ipſam Salomonis Templum in monte ædificatum fuit. Vnde Eſaias 2. *Erit præparatus Mōs domus Domini in vertice mōtium*. Et Pſalm.14.1. *Domine, quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in Monte ſancto tuo?* Et Pſalm.47.2. *Magnus dominus & laudabilis nimis; in Civitate Dei noſtri, in Monte ſancto ejus. Fundatur in exultatione univerſæ Terræ Mons Sion, latera aquilonis, civitas Regis Magni.* Et Pſalm.67.12. *Dominus dabit verbum Evangelizantibus virtute multâ. Rex Virtutum, dilecti dilecti.* &c. *Dum diſcernit*(Rex)*Cæleſtis ſuper eam, nive dealbabuntur in*(Monte)*Selmon; Mons, Dei, Mons pinguis. Mons coagulatus, Mons pinguis; ut quid ſuſpicamini Montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo; etenim Dominus habitabit in finem. Currus Dei, decem millibus multiplex millia lætantium. Dominus in eis, in* (Monte)*Sina; in* (Monte)*Sancto.* &c.

Mons ſignificat ſecuritatem.

Propter viarum abrupta, & adſcenſuū difficultates, montes adeuntur ſecuritatis gratiâ. Ierem.4. *A voce equitis & mittentis ſagittas fugit omnis civitas, ingreſſi ſunt ardua, & adſcenderunt rupes.* Livius. *Mons opportunè prominens Equitum inſidias texit*. Et Mirandula.

Militeque obſeſſus nebuloſi culmine Montis.

Adde Theodorum dicentem,

Vade, age dumoſis Phrygia te Mōtibus Ida Occulta.

Et Mantuanum.

—— *Et tetricos Montes habitare coactus.* &c.

Tetricus idem eſt ac aſper.

Sparſa per apricos Montes collegit & hoſtem.

Raviſius Textor, *tetricos* Interpretatur *aſperos*.

SECTIO XXIX.

De Colle, quà Loco.

Quæ ſit inter Montem & Collem differentia?

HOc inter Montem & Collem diſcrimen nonnulli conſtituunt, quod Colles minus ſe ſubrigant, & minùs fœcundi cenſeantur. Ierem.50. *De monte in Collem tranſierunt, & obliti ſunt cubilis ſui*. Vbi putant Critici deſcenſum aliquem ſignificari. At puto in Sacrâ Scripturâ eſſe voces ſynonymas. Quoniam ſi præmiſſa admittatur diſtinctio Collibus antiquiores ſunt montes, quia ruente terrâ in valles ſemper Montium altitudo, minuitur, & Colles hodie ſunt, qui ſub initium Montes. At in Sacrâ Scripturâ ſub ipſum Mundi initium Colles Montibus præferri video. Iob.15. *Numquid primus homo tu natus es, & ante Colles formatus?* Et Proverb.8. *Ante omnes Colles ego parturiebar*. Ergo, quæ dicta ſunt de Montibus, Collibus etiam poterunt accenſeri.

Montes tempore ſemper diminuuntur. Montes Collibus altiores ſunt.

Montes ſignificant fertilitatem.

Regionem felicem & divitem ſignificant colles ſi culti, ſi frugiferi, ſi arboribus veſtiti & ornati. Ioel 3. *Stillabunt Montes dulcedinem, & Colles fluent lacte*. Et Amos 9. *Stillabunt Montes dulcedinem, & omnes Colles culti erunt*. Et Eſaiæ. 41. *Aperiam in ſublimibus Collibus flumina*. Et etiam coli Colles apud Humanos Scriptores reperio. Virgilius in Bucol.

Duceret apricis in Collibus uva colorem.

Lucretius *libr.2.*

Et veluti in viridi candor conſiſtere Colle.

Ovidius. *Metamorph. libr.14.*

Herbiferos adiit Colles & atria Glauci. &c.

Vtque novas legeret fœcundis Collibus herbas,

Et Augurellus.

Floriferi Colles, pictaque prata virent.

Et poſſem plures addere, qui de Collium cultu & fertilitate loquuti.

Colles ſicut & Montes præbēt profugis ſecuritatem.

Paulò antè dicebamus propter ſemitarum difficultates Montes fugiētibus præbere aſylum. Et hoc ipſum Colles præſtare video, inquit enim Sidonius. *Colles aſcenſu ſalebroſos &c. Acies in ſupercilium Collis abrupti.* &c. Et quia difficiles ſunt, & præbent latebras, *latebroſi* vocantur. Silius libr.5.& 7.

Excidit & Tyrius latebroſis Collibus Auſter &c.

Quà nemoroſa juga, & ſcopuloſi vertice Colles. &c.

Col-

Google

Colles in bonã & in malam partem ſolent accipi.

Colles Patriarcharum, Prophetarum, Sanctorumque.
Virorum ſunt ſymbolum.Geneſ.49.*Donec veniat deſiderium Collium æternorum*. Et Pſalm.71.*Suſcipiant Montes pacem populo, & Colles iuſtitiam.*

Et ſymbolo in malem partem pulſo importat ſuperbiam Ambitionem & improba quæ ex iis aboriuntur Studia.Eſaiæ 41. *Triturabis Montes* (homines ſuperbos)*& comminues; & Colles*(Ambitioſos) *quaſi in pulverem pones*. Et eodem ſenſu cap.41.*Omnis Mons & Collis* (omnis elatus & vanè glorioſus) *humiliabitur*. Et Ierem.4.*Et vidi Montes* (peccatores) *& ecce movebantur: & omnes Colles*(ſcelerati & iniqui) *conturbati ſunt* Quoniã Pſal. 39.36.ait David. *Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ficut cedros Libani: & tranſivi, & ecce non erat: quaſivi,& non eſt inventus locus ejus.*

Quid ſit Montes triturare?

Colles & valles ſimul ſũpti quid ſignificẽt?

Colles adjuncti vallibus totam regionem complectuntur.Ezech.35.*Et implebo Montes ejus occiſorum in Collibus tuis, & in vallibus tuis, hoc eſt, cadaveribus & inſepultis corporibus totã provinciam adimplebo.*Et cap.36. *Hæc dicit Dominus Mõtibus, & Collibus, torrentibus, vallibuſque deſertis*, hoc eſt, *univerſis hujus provinciæ hominibus*.

SECTIO XXX.

De Valle quà Loco.

Nomina diverſorum vallium & etiam montium referuntur.

MOntibus adjacent; & quia, dum illi inſurgunt,hæ deprimuntur,diverſis, aut etiam adverſis & oppoſitis uſibus ſervire ſolent. Coluntur; & à fructibus, aut plantis, quas ferunt,diverſa ſortiuntur nomina; eſt enim in terra Iudæorum Vallis.botri, Vallis terebinth, Vallis arundinum, &c. ficut & Mons Oliveti,Mons pomorum.&c.

Frugibus ſunt aptiſſimæ. 1.Reg.6. *Porrò Betſamitæ metebant triticum in Valle.* & Pſalm.64.*Valles abundabunt frumento*. Et quia in ipſis fiunt horti *florida* nominantur. Petrarcha.

—— *Quem fiorea Vallis*
Paverit.

Valles belli tempore non ſunt loca ſecura.

Tempore belli non ſunt tutæ, nam claudi poſſunt, & è collibus labefactari. Livius. *Maſſiniſſam perſequutus in valle arcta, faucibus utrimque obſeſſis, incluſit.* Ergo, quia bello ineptæ, *pacem* requirunt & ſignificant. Eſaias enim cap.65.ut pacem regioni promittat, ait, *Et erunt campeſtria in caulas gregum, & Vallis Achor in cubile armentorum.*

Præterea ſicut Superbiam *Montes*, ſic Hypocriſim, ſeu fictam Humilitatem, *Valles* ſæpe ſignificant. Et huc revocant aliquid illud Eſaiæ 40. *Omnis Vallis implebitur*, nam Hypocriſis eſt Humilitas vacua.

Vallis ſymbolum ficto humilitatis.

SECTIO XXXI.

De Areã quà Loco.

Quid area per Antonomaſiã ſignificet?

NOmen hoc metonymicõs, pro frumenti & frugum copioſã abundãtia deſumitur.4.Reg.6.*Vnde poſſum te ſalvare?de areã?de torculari?* Et Oſeæ 9.*area & torcular non paſcet eos?*

Arboretum, quid?

Arboretum (locum in quo arbores feruntur & coluntur) ſignificat. Ezech. 17. *Nonne cum tetigerit eam ventus urens ſiccabitur, & in areis ſuis germina areſcens.*

Area pro infælicitate.

Quia multum quatitur & conculcatur calorem concipit, areſcit, & pulveres excitat.Daniel 2. *Et redacta eſt, quaſi in favillam æſtivæ areæ.* Oſeæ 13. *Erunt ſicut pulvis raptus ex areã.*Ioel.1.*Sed & beſtiæ agri, quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerũt ad te.*

Area pro Eccleſia.

Et denique, quoniam in eã ſunt grana & paleæ, Area Eccleſiam ſignificat. Matth.3.12. his Ioannes Baptiſta verbis Phariſæos, qui baptizari venerant, adloquebatur. *Ipſe*(Chriſtus)*vos baptizabit in Spirituſancto & igni. Cujus ventilabrum in manu ſuã & permundabit Aream ſuam,* (Eccleſiam Militantem intelligit) *& congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

SECTIO XXXII.

De Viã quà Loco.

Via trita.Hiſp. el camino trillado.

VIæ aliæ ſunt tritæ, & notæ, aliæ ignotæ aut inviſæ. Calentinus.

Fata per attritas ſit ſatis ire vias.

Sillius libr.2.

——*Pudet hercule tritas*
Deſperare vias.

Et libr.4.Propertius.

Saxoſamque teras ſedula culpa Viam.

Et Iunior Strozius.

Semita ſyncera Virtuti eſt invia nulla.

Et, ſi præcludatur ab hoſtibus, gladio illam Viri fortes aperiuot. Sillius libr.17.

Atque aperit patulas proſtrato corpore latè
Inter tela vias.

Ingredi viam tritam & publicam eſt pacem

Quid ſit ingredi viam tritam.

cem & innocentiam profiteri, Deuter. 2. *Publicâ gradiemur viâ; non declinabimus, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.*

Via lubrica periculoſa.

Lubrica & obſcura procedere dicuntur, qui in ſuorum negotiorum expeditione periclitantur. Pſalm. 34. 5. *Avertantur retrorſum & confundantur, cogitantes mihi mala,*&c. *Fiant via illorum tenebra & lubricum: & Angelus Domini perſequens eos.*&c.

Quid ſit viam invenire, & quid non invenire?

Viam non invenire, aut difficilem & obſcuram inire, periculum & animi perturbationem ſignificat: ſicut contrà viam inveniſſe, iniiſſe facilem claramque ſpem votum conſequendi promittit. Virgilius Æneid. 6.

Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbras.

Mantuanus

——— *Quà ſe ſalebroſa per undas*
Fert via.

Iob 3. Viro, cujus abſcondita eſt via, & circumdedit eum Deus tenebris Pſalm. 106 Agens de peccatoribus canit Davides. *Erraverunt in ſolitudine in inaquoſo: viā Civitatis Habitaculi*(Æternę Beatitudinis) *non invenerunt.* Et mox agens de Sanctis & Iuſtis, ſubjungit. *Et clamaverunt ad Dominum, cùm tribularentur, & de neceſſitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam, ut irent in Civitatem Habitationis.*

Viam ſuam inire, *quid ſignificet?*

Viam ſuam inîre, eſt bene incedere, ſine periculo & timore procedere. Ioſ. 2. *Ad montana conſcendite, ibique latitate tribus diebus donec redeant, & ſic ibitis per viam veſtram.* Et 1. Reg. 1. *Et abiit mulier in viam ſuam, & Saul reverſus eſt ad locum ſuum.*

Quid ſit reverti per eandem viam?

Per eamdem viam reverti ſignificat rē infectam relinquere. 4. Reg. 15. *Per viam, quâ venit revertetur; & in civitatem hāc non ingredietur.* Ergo Reges Magi votis ſuis ſatisfecerunt, ſiquidem *per aliam viā reverſi ſunt in regionem ſuam.* Immo Herodis etiam exſpectationem fefellerūt. Ergo *aliâ viâ redire*, eſt alterius conſiliū decipere. 3. Reg. 13. *Neque revertaris per viam, quâ veniſti.*

Viam currere, *quid importet?*

Viam currere, eſt officium implere. Pſalm. 18. *Exultavit ut Gigas ad currendam viam.* Vnde in Pſalm. 118. *viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.*

Via ſimplex. Via multiplex

Vna via, certum conſilium, & rei gerendæ animum deliberatum ſonat: perturbationem & dubiam anxietatem *plures* ſignificant. Deuter. 24. *Per unam viam venient contra te, & per ſeptem fugient à facie tuâ.* Et ibid. *Per unam ingrediaris contra eos, & per ſeptem fugias.*

Explorare vias, *quid importet?*

Vias varias explorare, eſt diligentiam adhibere, ut res aliqua fiat, aut cognoſcatur. Ierem. 5. *Circuite vias Hieruſalem, & adſpicite.* 3. Reg. 17. *Achab per viam unam, & Abdias per viam alteram ſeorſum.*

Via pro provincia.

Via pro regione legitur Eſaiæ 9. ibi enim *Via maris trans Iordanem* eſt tota illa planities, quæ ad mare à Iordane protenditur. Illud Matth. 10. *In viam gentium ne abieritis.* Erit *In provinciam Gentilium*, ſi realiter; eritque *Mores, erroreſque Ethnicorum ne amplectamini*, ſi moraliter intelligatur.

Vita humana, via.

Tranſeuntes per viam ſumus omnes viventes; eſt enim vobis Vita Via. Et hoc ſenſu loquutus eſt Ieremias Thren. 1. cum dixit, *O vos omnes, qui tranſitis per viam.* Et Lucæ 14. e. Pater ille familias qui cœnam magnam præparaverat, & vocaverat multos, qui venire noluerant, iratus dixit ſervo ſuo, *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.*

Via ſine reſtrictione quomodo reſtringatur?

Via, ſine addito, κατ' ἐξοχὴν, ad Viam Cæleſtem per ipſammet carentiam Reſtrictionis reſtringitur, nam præter hanc cæteræ, quæ dicuntur & cenſentur viæ, ſunt præcipitia. Ierem. 2. *Dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per Viam* (per veram doctrinam & legem) *& nunc quid tibi vis in via Ægypti.* Eſt autem *Via Ægypti*, vana Deorum, ſeu Idolorum adoratio.

Via aperta, quid?

Sicut *Via deſerta* deſolationem & vaſtitatem, ita aperta in deſerto via reſtaurationem inſinuat. Eſaiæ cap. 43. *Ponam in deſerto Viam.* & cap. 49. *Ponam omnes montes in Viam, & Semitæ meæ exaltabuntur.* Et, ut hoc ultimum Teſtimonium intelligatur meliùs de Semita nonnihil dicamus.

SECTIO XXXIII.

De Semita quà Loco.

Via regia, & Semita realiter & moraliter quid ſint?

VIA, ſi ſtrictior, & minùs trita ſit, vocatur *Semita*; & in Moralibus Via Regia & communis eſt Decalogus, & Semitæ ſunt particulares obſervantiæ, quæ nos non avertunt ab itinere vero, ſed ſtrictiùs nos ad Patriam conducunt. Et tales ſunt Religiones Monaſticæ, & omnes piæ Confraternitates, quæ Dei legem ſeveriùs, & perfectiùs obſervant. Et hoc ſenſu intelligo Davidem dicentem, *Vias tuas, Domine, demonſtra mihi; & ſemitas tuas edoce me.* Vnde multos exuberant myſteriis verba illa Iobi cap. 6. *Involuta ſunt ſemitæ greſſuum eorum, & ſemitam ignoravit*

vit

vit avit, nec intuitus eſt eam oculus vulturis; & illa Pſalmi 8. *Volucres Cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris*.

In ſemita inſidiæ.

In ſemitis faciliùs extruuntur inſidiæ. Gen. 49. *Fiat Dan coluber in via, & ceraſtes in ſemita*. Et Iob. 17. *Abſcondita eſt in terra pedica ejus, & decipula ejus ſuper ſemitam*.

Fuga per ſemitas.

Sicut per multas fuga vias, ſic per multas inſtitui ſolet ſemitas. Iud. 20. *Et caderent per duas ſemitas vertentes terga*.

Semita trita & non trita quid ſignificent?

Semita trita & frequentata, populum eſſe numeroſum oſtendunt, ſicut & *parùm trita* hominum raritatem Iud. 5. *In diebus Sangar quieverunt Semitæ; &, qui ingrediebantur per eas, ambularunt per calles devios*.

Semita in aquis felicitatis ſymbolum.

In aquis Semita, felicitatis, & bona conſequendi facilitatem; & Divini Numinis ſpecialem adſiſtentiam oſtendunt. Eſaiæ 43. *Qui dedit in mari viam & in aquis torrentibus ſemitam*. Vnde Pſalm. 135. Davides cecinit. *Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum. Qui eduxit Iſrael de medio eorum. In manu potenti & brachio excelſo. Qui diviſit mare Rubrum in diviſiones. Et eduxit Iſrael per medium ejus: Quoniam in æternum miſericordia ejus*.

Semita recta & obliqua, quæ?

Semita recta Innocentiam & Iuſtitiam ſignificant, *curva* autem, *& obliqua* contrarium. Eſaiæ 26. *Semita Iuſti, recta eſt*. & cap. 59. *Semitæ eorum incurvatæ ſunt: omnis, qui calcat in eis ignorat pacem*; & Proverb. 17. *Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas Iuſtitiæ*.

Matth. 3. 3.

An homo paraturus ſit viam Domini, an Deus ſit homini illam preparaturus?

SI ſuppeteret tempus, multa poſſemus dicere Ioannis Baptiſtæ verba dilucidantes. ἑτοιμάσατε, ait. τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους. *Parate (expedite) vias Domini; rectas facite ſemitas ejus*. Nam primo intuitu viderentur ineptæ, nec enim Dei viam parare poſſunt homines, nam hominibus illam præparat Deus, auxilia prævenientia indulgendo. Et ipſius eſt rectas facere ſemitas; ſiquæ enim ſunt curvæ & obliquæ non ſunt Dei. At perſpectè, & matura ponderatione conſiderata ſunt aptiſſima, ut conſtabit ex ſubſequenti ſcholio, quo illa breviter dilucidabo.

An non via Domini ſint rectæ?

Quo ergo modo homo illas poteſt rectas facere?

Aperio libellum Regulæ D. Benedicti, & cap. VII. lego. *Octavus Humilitatis gradus eſt, ſi nihil agat Monachus, niſi quod communis Monaſterii Regula, vel Majorum cohortantur exempla*. Dixerat cap. 1. agens de Pſeudomonachis, qui *Sarabaitæ* nominantur, *quod erant nulla Regula approbati, nec experientia Magiſtri*. Ergo duo itinera habent Monachi, ut ad

Cœlum perveniant, Regulam & Exemplum. Et illa iterum Sanctus Pater cap. 2. dilucidat; ſcribit enim. *Cum aliquis ſuſcipit nomen Abbatis duplici debet doctrina ſuis præeſſe Diſcipulis: id eſt, omnia bona & ſancta factis amplius, quàm verbis oſtendere. Vt capacibus Diſcipulis* (Hiſp. *a los que tuvieron mas capacidad*) *mandata Domini* (quæ continentur in Decalogo, & Regula) *verbis proponat; duris verò corde & ſimplicioribus* (Hiſp. *a los que tuvieren menos capacidad*) *factis ſuis Divina Præcepta demonſtret*. Ecce ponit ob oculos Viam & Semitam. Regula eſt Via Regia; eſt recta, & pluries ab Eccleſia approbata. De illa non debet Monachus diſputare ſed ſecundum illam vivere, & ad illam actus ſuos elimare. Magiſtrorum & Majorum exempla ſunt Semitæ, quæ privatos Religioſos gubernant. Ergo Majoribus (Abbatibus & Senioribus) illa verba dicuntur, *Parate, expedite, peragite Vias Domini, Obſervantias, quas præſcripſerit Regula) & quia veſtri mores & actiones ſunt Semitæ, quas Inferiores imitando ſequuntur, veſtros mores, veſtras actiones dirigite, ne, qui veſtra vita exemplo diriguntur, veſtra ſocordia & relaxatione decipiantur*.

Quæſtio Commentario Aſcetico dilucidatur.

Et ex Clauſtro ad Civitatem egrediendo Eccleſiaſticos & Sæculares reperiemus; affirmabimuſque illis, & præcipuè Prælatis, Ioannem fuiſſe loquutum. Ergo Epiſcope audito; ἀπὸ τοῦ ἐπισκοποῦμαι ſpeculor & conſidero, quia in te omnium convertuntur oculi, nomen fortitis. *Qui te*

Vnde Epiſcopus nomen ſortitus ſit?

Defeciſſe vident, tua nunc promiſſa repoſcunt,
Te ſignant oculis.

Virg. Æneid. lib. 1.

jubentque ut Baptiſtam exaudias. *Parate*, inquit, *expedite, peragite Vias Domini*. Et quia univerſi tui ſubditi in hujus Mũdi Oceano ſunt Phaſeli Epiſcopii, & tu Nautica Mappa (Hiſp. *la Carta de Marear*) es, quæ vita & exemplo ſemitas Dei (Hiſp. *los rumbos*) præſcribis, niſi rectas feceris operationes tuas, in te *rectas ſemitas ejus* ſubditi non reperient.

Cicero ad Attic.

Conſcendens ab hortis Cluvianis in phaſelum Epiſcopium, id eſt, navem exploratoriam.

SECTIO XXXIV.

De Petrâ quâ Loco.

DIgna eſt, ut eam dilucidem, propter Petrum, quem à Petra Dominus denominavit, dicens, Σὺ εἶ Πέτρος καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*. Et quia *Petra* perſeverantiam & conſtantiam

Matth. 16. 18.

Petrus *unde dicatur?*

Petra conſtantiam ſignat.

ſignificat, in Petro Chriſtianos univerſos moneret, quanta conſtantia debeamus articulis aſſentiri Orthodoxis, ſuum in terris Vicarium *Petrum* vocari voluit. Hinc

Sap. 5. a. 1. Luc. 6. 48. Matth. 7. 25.

præceptis ſalutaribus moniti & Divina inſtitutione firmati, Martires & Confeſſores, (*ſteterunt enim in magna conſtantia adverſus eos, qui ſe anguſtiaverunt*) *ſimiles fuerunt homini ædificanti ſupra petram: inundatione enim facta illiſum eſt flumen domui illi, & non potuit movere eam, fundata enim erat ſupra petram*. Et, ut in ſpecie aliquid dicam, Deus, qui ſexui etiam fragili Martyrii victoriam indulſit, mihi

De S. Catharina Virgine Alexandrina.

in memoriam revocat Hiſtoriam Virginis Alexandrinæ: quam Maximinus Imperator propter eximias corporis & animi dotes, ſuſpiciebat; & ut ad Deorum cultum adliceret,

Virg. Æn. lib. 6

Lenibat dictis animum, lachrymaſq; ciebat.
Illa ſolo fixos oculos averſa tenebat,
Nec magis incepto vultum ſermone movetur,
Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia Cautes.

Et Maximinus videns plurimos Virginea hujus Puellæ eloquentia ad Fidem Orthodoxam converti, Eccleſiamque, quam paucos habere arbores exiſtimabat, jam eſſe ſylvam, & copioſam in ea eſſe Nobilium meſſem, & Sapientum vindemiam,

Vir. Æn. lib. 12

——— *Ultrò implacabilis ardet,*
Attollitq; animos, Pœnorum qualis in arvis
Saucius ille gravi venantum vulnere pectus

Maximini in S. Catharinam & Fidei Orthodoxæ Profeſſores rabies.

Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento,
Cæſarei haud aliter cordis violentia gliſcit.

ἀρχιδήμιος. Carnifex. ὁ ἀρχιδήμιος; Gubernator carnificum.

Vocatique jubet ἀρχιδήμιον,
Quem ſic affatur citus, atque ita turbidus inquit.
[*] *Quin age, & ipſe manu felices erue ſylvas,*

[*] Virgilius Æneid. libr. 2.

Fer ſtabulis inimicum ignem, atque interfice meſſes,
Ure ſata, & validam in vites molire bipennem.

Et his præmiſſis Petræ ſymbola & ſignificationes expendamus.

Petra ſignificatio ſumitur pro loco munito.

Petra profectò locum tutum & munitum ſignificat. Exod. 33. *Ecce eſt locus apud me; & ſtabis ſupra petram*. Et Num. 24. *Si in petra poſueris nidum tuum*. Et 2. Reg. 22. *Dominus petra mea & robur meum*.

Genearcha nominatur Petra.

Genearcha & Caput Familiæ *Petra* dicitur. Eſaiæ 51. *Attendite ad Petram* (ad Avum, ad Progenitorem) *unde excisi eſtis*. Eſt Adluſio ad vocabula: אבן Eben, enim eſt *lapis*, בן Ben, *filius* בית Beth, *domus*, & בנה Bana, *ædificare*.

Petra ſterilis.

Petra naturâ ſuâ eſt ſicca, infœcunda, & ſterilis, unde ſi aut aquas evomat, aut fructus proferat, in ſe Dei Omnipotentiam operari demonſtrat. Exod. 17. b. Moyſi Dominus. *Antecede populum; & ſume tecum de ſenioribus Iſrael; & virgã qua percuſſiſti fluvium tolle in manu tua & vade. En Ego ſtabo coram te ibi, ſupra petram Horeb; percutieſque petram, & exibit ex ea aqua ut bibat populus*. Conductus

Aqua deducta ex petra.

ergo fuit ad terram promiſſionis populus Deut. 32. *ut ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo*. Et Iob 29. dicebat, *& Petra fundebat mihi rivos olei*.

Cor durum Petræ nomine ſignificatur.

Cordis etiam durities *Petra* dicitur. Ierem. 5. *Induraverunt facies ſuas ſupra Petram*. Luc. 7. *Aliud* (granum) *cecidit ſupra petram, & aruit, quoniam non habebat humorem*.

Petra pro periculo.

Significat periculum & offenſionem. Pſalm. 140. *Abſorti ſunt juncti Petræ judices eorum*. Sunt difficilia intellectu illa Pſalmi 136. verba; *Beatus, qui tenebit, & adlidet parvulos ſuos ad Petram*. Interim Petræ nomine Lapidem Lydium intellige, & mone univerſos Chriſtianos, ſicut Aurifaber annulum de cujus puritate dubitat, lapidi adlidit, & ſtatim metalli perfectionem & ſpeciem cognoſcit, ſic cogitationes ſuas, quæ ſunt Animæ proles ad Chriſtum Verum Lapidem debere adlidere, ut ex contactu an ſint puræ percipiat. Et huc videtur S. Benedictus in Reg. cap. 4. 50. reſpexiſſe cùm dixit. *Cogitationes malas cordi ſuo advenientes mox ad Chriſtum adlidere, & Seniori Spirituali* hoc eſt, ſuo Confeſſario) *pateſacere*.

SECTIO XXXV.

De Urbe; aut Civitate quà Loco.

Quænam ſit inter Urbem & Civitatem differentia?

Volunt Critici ab Urbe Civitatem differre, ita, ut Urbs ædificia (domos, mœnia, & muros) concernat; Civitas autem incolas. Cicero de ſomn. Scipion. *Nihil eſt illi Principi Deo, qui omnem hunc Mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia cœtuſque hominum jure ſociati, quæ Civitates appellantur*. Idem pro Seſt. *Tum conventicula hominum, quæ poſteà Civitates appellata ſunt*. Et 4. Acad. *Ariſtoteles &*

Xeno-

Xenocrates; quos Antiochus ſequi volebat, non dubitaviſſent, quin & Prætor ille eſſet, & Roma Vrbs, & eam Civitas incoleret. Ergo Civitas (Civium multitudo) Vrbis (murorum & ædificiorum) incola eſt. Hanc differentiam non obſervat Hebræus utrumque enim ſignificat nomine עיר Hɪʀ; pro quo Latinus Interpres jam Vrbem, jam Civitatem poſuit. Immò pagus, locus qui caret muro עיר Hɪʀ vocatur. Proverb. 25. *Vt Vrbs (oppidum) patens, & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.*

Apud Hebræos & Vrbem & Civitatem ſonat.

An etiam pagum?

Civitas locus eſt, in quo ſecundum leges vivitur; ager ubi, cum ruſticus ſine teſtibus vivat, ad leges judicari non poteſt: *Quod enim probari non poteſt, mihi infectum eſt,* inquit Bernardus in libell. de præcept. & diſpenſ. Carnotenſibus Religioſis inſcripto. Hinc lux illis Deut. 28. verbis. *Benedictus tu in Civitate, benedictus in agro,* hoc eſt, Te Domine non ſolum in Civitate ubi ſic leges jubent, & homines aliud fieri non ſinunt; ſed in agro etiam, ubi abſunt teſtes, quia te ſuper omnia diligo, toto animo benedicturus ſum.

Benedictus in Civitate, & benedictus in agro cur Deus dicatur?

Civitas numeroſa populi innuit felicitatem Zach. 8. *Plateæ Civitatis complebuntur pueris & infantibus.*

Civitas numeroſa quid ſignificet?

Coronantur mutis Civitates, non quia accuerunt hoſtes, ſed ut arceant; lego enim 2. Paralip. 11. Roboamum novas Civitates & condidiſſe & muniviſſe. *Habitavit,* Hiſtoriographus ſcribit, *Roboam in Ieruſalem, & ædificavit Civitates muratas. Extruxitque Bethlehem, & Etam, & Thecue, Bethſur quoque, & Socho, & Odollam; nec non Geth, & Mareſa, & Ziph; ſed & Aduram & Lachis, & Azeca, Saraa quoque, & Ajalon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Benjamin Civitates munitiſſimas. Cumque clauſiſſet eas muris, poſuit in eis Principes, ciborumque horrea, vinum quoque & oleum. Sed & in ſingulis urbibus fecit armamentaria ſcutorum & haſtarum, firmavitque eas ſumma diligentiâ.* &c. Profectò Concionator ex hoc loco poterit animæ Iuſtæ effigiem ingenioſè deducere, aſſerendo illam eſſe Regnum Iuda, & contra Concupiſcentiam rebellantem habere Virtutes, quæ ſunt Civitates munitæ. Et quia hæc omnia nomina in Linguâ Sanctâ ſignificationem habent, poterit inde nomina Virtutum præcipuarum deducere, quæ muniunt Animam, & Concupiſcentiam retundunt.

Cur Civitates manibus coronentur? Non quia fuerunt hanc coronam promeritæ, ſed quia promeritura cenſentur.

Monitum ad Concionatores.

Sunt in Vrbe ſecuræ res, quæ periclitantur in pagis. Geneſ. 41. *Omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſerveturque in Vrbibus.* Iud. 19. Num. 31. Pſalm. 106.

In urbe ſecuritas.

Rabbini ut oppidum apertum à clauſo (& pagum ab urbe) diſtinguant; hanc abſolutè vocant עיר Hɪʀ, & illū עיר הפזר Iʀ ʜᴀɪ-ʜᴛᴢᴇʀ, *oppidum diſperſionis,* cujus habitatores facile poſſunt expelli & diſpergi.

Quo modo Rabbini oppidum clauſum ab aperto diſtinguant?

SECTIO XXXVI.

De Vico, quà Loco.

A Radice ᴛᴠʀ, quæ *ordinare* ſignificat, habet Hebræus, ᴛɪʀᴀ *caſtellum, palatium,* aut *ædificium ſplendidum*; & apud Interpretem Vulgatum *Vicus*. Græcus autem τυρσόω *ſtruo,* ἡ τύρσις *ſtruces,* & Latinus *tuor,* & *tueor.* Et ab iis *turris* ex eadem Radice deducunt. Et ſicut ab antiquato verbo *ſpicio,* pro quo habemus *adſpicio,* dicta eſt *ſpecula,* quod locus illa ſit, ex quo longè poſita adſpici poſſint; ſic ob eamdem rationem dicta fuit à tuendo (jam intuendo) *turris,* quod è turribus & in mari naves, & in terrâ homines procul diſtantes oculis detegamus. Hinc patet Speculas ad videndum & nō audiendum fuiſſe erectas, & Mantuanum corrigi aut reſtitui debere; in illo enim ejus carmine,

Vicus quid ſignificet? Turris unde dicatur?

Specula unde dicatur?

Proptereà multos ſpeculis audivimus altis.

adſpeximus, & non *audivimus* legi debere aliqui Critici ingenioſi contendunt. Et quidem *Turres* eſſe altas & à tuendo (ſeu intuendo) dictas Poetæ veteres adprobare videntur. Virgilius enim ait in Cyri

An ſpeculæ ad videndum potius quàm ad audiendum ſint erectæ?

Aereaſque facit cauſam ſe viſere turres.

Lucanus lib. 4.

——— *Cuncta ſuper ardua turres.*

Pamphilius Saxonicus.

Tempore ſublimes ponunt faſtigia turres.

At iidem, cum turribus fortificant Civitates & muniunt, nomen *Turris* à verbo *tueor* deduci debere pronunciant. Et quidem contra hoſtes turres ædificari, & nunc videmus, & ſcripſerunt Veteres; inquit enim lib. 6. Virg.

Turres ad Civitatum fortificationem ædificantur.

Turribus aut altis & magnas territat urbes.

Et ejuſdem Operis Heroici lib. 9.

Armatiq; cavis exſpectant turribus hoſtem.

Conſonat Sillius Italicus.

In Clypei ſpeciem curvatis turribus aſpis.

& Claudianus

Ille vel arata Danaen ſub turre latentem
Eliceres.

Cantalycius.

Stat Turris munita loco, muroque tenaci.

Præſidia militum ponebantur in turribus.

In Turribus præſidium militum etiam olim conſtituebatur. 4. Reg. 18. b. *Ipſe* (Rex Ezechias) *percuſſit Philiſtaos uſque ad Gazam, & omnes terminos eorum; à Turre Cuſtodum uſq; ad Civitatem munitam.*

Et redeundo ad vocem *Vicus*, ajo, multa illam ſignificare.

Vicus ſumitur pro caſtello, aut palatio.

Primò enim illa nomen Tira, *Caſtellum* aut *Palatium*, reddidit, 1. Paral. 6. dicẽs, *Per vicos atq; confinia.*

Etiam pro urbe, & pro Civitate.

Vocem præterea Hir, quam alias, ut vidimus, & *Vrbem*, & *Civitatem* eſſe juſſerat, *Vicum* dixit. Ioſve 15. *Et pervenit uſque ad vicos montis Ephron.* Et 1. Reg 9. *Et omnes vicos, qui ad ſe pertinebant, & erant abſq; muro.*

Vicus pro villa.

Interdum ubi חות invenit, (quam vocem alii *Villas* dicunt) *Vicos* reddit. Nu. 32. 42. *Iair autem filius Manaſſe abiit, & occupavit* Havothehem, *Vicos ejus, & appellavit* Havoth-Iair, *Villas-Iair.* Ecce eamdem vocem, & in eodem verſu, quam priùs *Vicos* dixerat, *villas* appellat.

Vicus pro Oppido.

Aliquando vocem Qirveh, quod poſſet *Oppidum* dicere, vocavit *Vicum.* Deut. 2. *Non fuit Vicus & Civitas, quæ noſtras effugeret manus.*

Quid propriè in Lingua Latina vicus ſignificet? Quid Aldea apud Hiſpanos ſit? Suburbium. Arrabal.

Propria autem Latini nominis *Vicus* ſignificatio eſt, vel Pagus extra urbẽm, ab ea dependens, qui *Aldéa* ab Hiſpanis vocatur; vel Civitatis pars adhærens muro, quæ alias Latinè appellatur *Suburbium*, & Hiſpanicè *Arrabàl*; & poſſet nomini Phelek correſpondere. Et quia hujuſmodi Vici, ſunt quaſi Civitatis proles etiam Banoth, *Filia*, vocantur. Ioſve 15. *Azotum, & viculos ejus*; & Num. 31. *Tam urbes, quàm viculos & caſtella, flamma conſumpſit.*

Villa videntur Civitatum eſſe quaſi filia.

SECTIO XXXVII.

De Plateâ, quà Loco.

In vocibus Medea, Spondeũ, & Platea ſecũda eſt diphthõgus ει.

Et primò inquiritur de nominis pronunciatione. Analogia jubet mediam produci, nam Græcus ſicut Μήδειαν & σπονδεῖον, ſic πλατεῖαν dicit: at eamdem corripuit in Epiſtola Horatius.

Puræ ſunt plátea, niſi ut properantibus obſtet.

nec non Catullus ad Aurelium.

Iſtos, qui in pláteis modò huc, modò illuc
In re prætereunt ſua occupati.

Et ab Hebræis Rehhob, & Sçoq vocari ſolet; viam latam ante domos, aut etiam domos ipſas hinc inde adjacentes ſignificat. In priori ſenſu accepit vocem Plautus *Nam omnes plateas perc rravi.* In Amph. *Ne me indicetis, qua platea aufugerim.* Idem in Capt. & in poſteriori Terentius dicens in Andr. *In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.* Sumitur etiam pro loco ſpacioſo ante Palatium. Lampridius in Heliogabalo. *Plateas in palatio ſtravit Lacedæmoniis & Porphyreticis ſaxis.* Et hoc ſenſu vocem accepit Nomenclator Hiſpanus, nam ex illa nomen *Plaza* deduxit. Et hinc intelligere poterimus aliquos Sacræ Paginæ locos. Gen. 19. Angelis dixit Lot, *Obſecro, Domini mei, declinate in domum pueri veſtri.* &c. Loto autem illi. *Minimè, ſed in platea* (ſeu ſub Iove) *manebimus.* & Iud. 19. eodem ſenſu, *ſedebant in platea Civitatis.*

Locus ante Palatium Platea dicitur.

Hiſp. el largo del Caſtillo.

Plaza *Hiſp. quid?*

Platea *idem ac Hiſp.* la calle.

In platea corruiſſe Veritatem, Pſalm. 54. dixit David, ut publicam fraudem, & inſignem Iuſtitiæ violationem ſignificaret.

Corruere veritatem in platea, *quid ſignificet?*

Eadem ratione *Cædes facta in plateis*, aut *planctus editus in plateis* publicam calamitatem, & miſerabilẽ loci ſtatum indicat. Eſaiæ cap. 15. *In plateis ejus omnis ululatus deſcendit in fletum*, & cap. 24. *Clamor erit ſuper vino in plateis; deſerta eſt omnis lætitia, translatum eſt gaudiũ terræ*, Ezech. 28. *Cadent juvenes ejus in plateis ejus.*

Planctus in platea miſeriã ſignificant & calamitatem.

Platearum lutum detrimentum & contemptum magnum inſinuat. 2. Reg. 22. *Quaſi lutum platearum comminuam eos, atque confringam.* Eſaiæ 5. *Facta ſunt morticina eorum, quaſi ſtercus in medio platearum.*

Quid lutum platearum importet?

Poner puertas al campo pro re impoſſibili dicitur in Hiſpania; cumque qui rem impedivit quæ cenſebatur impediri non poſſe, *que puſo puertas al campo* affirmamus; & hoc ſenſu videtur dixiſſe Eccl. 12. *Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis.*

Poner puertas al campo *quid inſinuet?*

SECTIO XXXVIII.

De Prætorio, quà Loco.

Tametſi locus Accuſatori, Reo, Teſtibus, & Iudicibus communis ſit: tamen eſt differentia inter ipſos notabilis. Venire ad Prætorium Iudicibus & Teſtibus glorioſum eſt; nam ob Integritatem illi, & hi ob Veracitatem advocantur. Nõ lucratur Accuſator honorem: nam ſuſpicantur imperiti ob malevolentiam potiùs

Venire ad Prætorium ſecundũ qualitatẽ perſona honorificũ, aut ignominioſum eſt.

illum,

illum, quàm ob bonum publicum contra Reum agere. Accuſari autem ignominioſum eſt, vulgò enim cenſetur

Ille probus, de quo mentiri Fama veretur.

& tamen inter alia, quæ pro nobis perpeſſus eſt Dominus noſter Ieſus-Chriſtus, non eſt ponenda infimo loco illa accuſatio mendax & temeraria. Ioann. 18. *Adducunt ergo Ieſum à Caipha in Prætorium.* Et quæ in illo acta fuerint ab omnibus quatuor Hiſtoriographis Chriſti narrantur.

Officia in Republica ſunt interdum realiter aut etiam moraliter periculoſa.

Sicut ſunt in Republica occupationes hominum ex genere ſuo realiter periculoſæ [quoniam σχοινοβάτης, quem funambulū dicimus, periculoſiſſimè ſuper chordam tripudiat; & Latomus non ſine diſcrimine marmoreas laminas turrium capitellis adfigit. &c.] Sic & aliæ ſunt Moralibus obnoxiæ periculis; & inter ipſas primo loco recenſendæ videntur, quæ Prætorium & publica Iudicia concernunt. Et hoc non ſine ingenio & gratia à Concionatoribus verba illa Ioann. 18. *Et ipſi non introierunt (in Prætorium) ne contaminarentur*, accommodari poſſunt: ut inſinuetur, poſſe in Prætorio homines ſanctè & juſtè procedere; at eſſe conſultius non intrare.

Λατόμος à vocibus λᾶς lapis, & τόμος ſectio, ſignificat Lapidicidam.

Superiorum exemplo inferiores foventur & firmantur.

Ad Philippenſes 1. 13. ſcribit S. Paulus. *Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me magis ad profectum (propagationem) Evangelii venerunt: ita ut vincula mea manifeſta in Chriſto fierent in toto Prætorio, & cæteris omnibus. Vt plures fratrum in Domino confidentes vinculis meis abundantius auderent ſine timore.* An-ne poteſt aliquis detineri in vinculis, quin ſit notum toti Prætorio?

SECTIO XXXIX.

De Piſcina, quà Loco.

Quid ſignificet vox Piſcina?

AQuarum pluvialium confluentium receptaculum *Piſcina* dicitur, etſi piſces non habeat, & in locis arentibus à natura vel ab arte paratur. Aliquæ publici Iuris ſunt, aliæ privati; & locis quibus adhærent, vel ab uſibus, quibus ſerviunt paſſim denominantur. Non vacat agere in ſpecie de ſingulis; ſed placet *Probaticæ* nomen examinare. Ejus in Ipſo Capitis V. initio figuram & uſum deſcribit S. Ioannes his verbis.

Probatica Piſcina qualis fuerit?

Eſt autem Hieroſolymis Probatica Piſcina, quæ cognominatur Bethſaida, *quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium (cæcorum, claudorum, aridorum) exſpectantium aquæ motum. Angelus autem Domini ſecundum tempus deſcendebat in piſcinam, & movebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacumq; detinebatur infirmitate.*

Bethſaida Hebræum nomen utrum à ſufficientia dicatur?

Vbi Latinus habet *Quæ cognominatur Bethſaida*, ſcribit Græcus, ἡ ἐπιλεγομένη ἑβραϊςὶ Βηθεσδά, *Quæ cognominatur Hebraice Bethesdà*. Et videtur ejus nomen Hebraicum eſſe BETHSEDAI, *Domus, quæ habet ſufficientiam*. At quia *Ovis* in Sancta Lingua appellatur TSON, ſi Hebræam vocem Græcæ reſpondere velimus, erit Piſcinæ nomen BETH-TSON; at hoc multum diſtare videtur à *Bethſaida*.

Probatica non eſt vox Latina, ſed Græca. Exponitur ejus ſignificatio.

Probatica vox eſt latina opinione multorum. Illi igitur à verbo *probo, as* illam deducunt, & volunt eas, quas continet *Aquas probationis* vocari. At decipiuntur ipſi, nam Ovem Græci vocant τὸ πρόβατον. unde fit προβατικός ἡ όν. *Ovilis, & le*. Sic ergo dicta eſt Græcè quod ad eam Oves, ut biberent, deducerentur.

SECTIO XL.

De Templo, quà Loco.

Vnde Templū dicatur?

NOmen à verbo *Tueor* (unde *Contemplor, aris*) quod illi olim nulla ædificia adhærerent, ſed ab omni parte cōſpiceretur. Hebraicè dicitur HEICAL, Ναός, νεώς. Quæ poſteà Deorum Templa, fuerunt ſub initium, ſepulchra Regum, aut Virorum illuſtrium. Virg. lib. 2. Æneid.

Deorum Gentilium Templa, fuerunt ſub initium Principū, & Regum ſepulchra.

Præterea fuit in tectis de marmore Templum
Conjugis antiqui.

Et quo cuſtodes funeris modo in Sacrificulos converſi ſint; quo cadavera in Deos, & quo in Templa Sepulchra Clemens Alexandrinus eruditè & copioſè recenſet.

Sanè Templi Majeſtas realiter & moraliter debet conſiderari.

Prima conſideratio ob oculos noſtros magnitudinem, materiam, & ornatum proponit. Virg. in Ætna.

Magnificas laudes, operoſaq; viſere Templa.

Strozius Pareos.

At tu marmoreis referas pia munera Templis.

Codrus.

—— *Vbi Templa Deum pretioſa fuere.*

Sabellius

Hæc fuerint centum his terris tibi grandia Templa.

Virg. lib. 6.

—— *Poſuitq; immania Templa.*

Mant.

Mant.

—— *Picto perlegi huc omnia Templo.*

Et tandem lib. 4. Propertius.

Nec me turba juvat, nec Templo lator eburno.

Templa realiter & moraliter poſſunt conſiderari. Quid importent in altera conſideratione?

Repræſentat Pietatem, Sanctitatemque Conſideratio altera; nam Templa ſunt Cælorum Imagines. Cælum enim Numinis Supremi Templum eſt. Ennius.

Contremuit Templum magnum Iovis Altitonantis.

Eum imitatus fuit Lucretius libr. 2. dicens.

Suſpicere in Cæli dignatus lucida Templa.

Et eodem ſenſu lib. 5.

Denſal aut procal à terris fulgentia Templa.

Sabellius.

—— *Spatioſaq; Cæli Templa tonant.* Et Crinitus

Sic per immenſi cava Tẽpla Cæli. Sapph.

Templa antiquitus fuerunt ſpherica.

Templa, quæ in terris ſub initium erigebantur, erant rotunda, ut figura Cælos repræſentarent.

Poſtea etiam quadrata ædificata ſunt.

Quo cultu ſunt olim Deos Ethnici celebrarint?

Dedicabantur Diis quibus præter hymnos decantatos harmonicè, pia à populo munera offerebantur. Lucretius lib. 2.

Nec citharis reboant laqueata aurataque Templa.

Baptiſta Pius.

Sive piæ Veneris placet Aaru viſere Templum.

Mamilius

Sculpentem faciet ſanctis laquearia Templis.

Strozius filius.

Ardua cum magno Templa novanda Iovi.

Tibullus libr. 3.

Quid ſi vera canunt ſacris Oracula Templis.

Et Pontanus

Quæ etiam Chriſtiani Cælites venerentur?

Magnorumque cadunt Templa impolluta Deorum.

Et apud Poetas Chriſtianos Deiparæ & Sanctorum Templa celebrari reperio. Strozius Pater.

Fluminis ad ripas Maria venerabile Templum.

Et Cyrenenſis Theodoricus, *Martyrum vera & conſpicua Templa cernuntur.*

Quid in Templis agendum ſit?

Quid in Templis agendum ſit monet nos Inſcriptio Hiſpanica, quæ paſſim in illis proſpicitur videlicet.

Es la Igleſia para orar,
Y con ſolo Dios hablar.

Quam hoc Scholio Cap. XIX. S. Benedictus dilucidat, [Vbique credimus Divinam eſſe Præſentiam, & oculos Domini in omni loco ſpeculari bonos & malos: maximè hoc (in Templo) ſine aliqua dubitatione credamus, cùm ad Opus Divinum adſiſtimus. Ideò ſemper memores ſimus, quod ait Propheta. *Servite Domino in timore,* & iterum, *Pſallite ſapienter, & In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Ergo conſideremus, qualiter oporteat nos in conſpectu Divinitatis & Angelorum ejus eſſe. Et ſic ſtemus ad pſallendum, ut mens noſtra concordet voci noſtræ. &c.]

In Templis ſpecialiter Deus & Angeli præſentes ſunt.

SECTIO XLI.

De Altari, quà Loco.

Cur Altaria fuerint erecta?

PRima inſtitutio Altaris fuit ut ſacrificia fierent & animalia immolarentur. Geneſ. 7. *ædificant autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare.* Fiebant autem holocauſta, ut hoc ſymbolo externo ſacrificantes diſcerent, omnes ſuos internos actus conſecraturos eſſe Deo, ita ut nullus remaneat, quem inimicus poſſit vindicare. Vnde fumus, Sanctorum ſignificabat orationes, quæ ad Cœlum adſcendunt ſicut incenſum in conſpectu Domini.

Quid Holocauſtum ſignificaret?

Cultus pius ad Idola à Gentilibus translatus fuit.

Et hunc ſanctiſſimum ritum profanarunt Gentiles & ad Idola detorſerunt. 4. Reg. 17. *Cujus (Idoli) abſtulit Ezechias excelſa & altaria.* Oſeæ 7. *Multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum.*

Erat apud Ath. Aſylum.

Confugiebant miſeri & rei ad altare velut ad aſylum, ut conſtat ex hiſtoriâ Adoniæ 3. Reg. 1.

Accedere ad Altare quid?

Accedere ad altare erat munere Sacerdotali fungi. Exod. 27. & 1. Reg. 1.

Quid ſit circuire?

Circumire altare erat Deum, qui in illo colitur, adorare. Pſal. 25. 6. *Lavabo inter innocentes manus meas, & circumdabo altare tuum Domine.*

Locus inter veſtibulum & altare, qualis?

Inter veſtibulum & altare erat locus ſanctus, in quo erant Sacerdotes dicentes *Parce, Domine, parce populo tuo.* Ioel 2. Ezech. 7. Lucæ 1 1.

Tangere Altaria erat jurare.

Sicut inter Chriſtianos tactis manibus ſanctis Dei Evangeliis, ſic apud Ethnicos altari tacto jurabatur. Iuvenalis 13.

Sunt, qui in Fortuna jam caſibus omnia ponant,
Et nullo credant Mundum Rectore moveri,
Natura volvente vices & lucis, & anni,
Atque ideò intrepidi quæcumque altaria tangunt.

Quando conſecratur Imperator, jubet Cæremoniale, ut uno utriuſque manus digito altare tangat, & ſic cenſetur jurare quod promittit.

Et huc Antonius Nebriſſenſis reſpiciens,

in

in ſuæ Grammaticæ Latinæ Prologo, *Pollicior, atque tenens aras perſanctè jure nunquam poſthac ex illa quidpiam immutaturum* &c.

De Arâ qua cum altari coincidit.

An Ara ſit idē ac Altare?

An abſolutè poſita Idololatriā concernat?

POſſet pro Altari ſumi, & etiam vero Deo conſecrari, at Latinus interpres *Ararum* nomine non niſi profanas & ſacrilegas voluit ſignificare. Exod. 34. *Aras ejus deſtruere.* Iud.6. *Deſtruet aram Baal.* 3.Reg.16.*Poſuit aram Baal.* Hierem. 11.*Secundum numerum viarum Hieruſalem poſuiſti aras confuſionis.* Ezech.6.*Demoliar aras Baal veſtras.* Sed & aliquando nomen *Ara* ſumi pro Altari reperies. Num. 23.*Ædifica mihi ſeptem aras.*

SECTIO XLII.

De Synagogâ, quà Loco.

Nominis ratio exponitur, etiā ſignificatio.

ESt vox Græca, ſcribitur enim σuναγωγή, & à verbo σuνάγειν, quod eſt *congregare* deducitur. Et primariò ſignificat *congregationem & cœtum*, & ſecundariò locum, in quo homines ut de rebus ſacris different, congregantur. Et vocem pro muris ſumpſit Lucas cap.7. 3. Apud eum enim Seniores Iudæorum dicunt Chriſto, *Quia dignus eſt ut hoc illi praſtes; diligit enim gentem noſtram; & Synagogā ipſe ædificavit nobis.* Et Matth. 12.9. *Cùm inde tranſiſſet Dominus venit in Synagogam eorum.* Et iterum: *Amant primas cathedras in Synagogis.* Nomen ergo σuναγωγή his in locis pro ædificio uſurpatur.

Synagoga pro muris.

Ejicere ex Synagoga *quid?*

Ejicere aliquem à ſynagogâ, erat enim excommunicare, à Iudæorum conſortio ſegregare. Et etiamnum utuntur Rabbini hac cenſurâ, proſcribuntque è ſuorū gremio, qui legē cum ſcandalo violant.

Eſſe ſine Synagogis *quid ſignificet?*

Illud *Abſque Synagogis faciam vos*, ſignificat futurum eſſe tempus, in quo Synagogas non habeant.

SECTIO XLIII.

De Muro, quà Loco:

Nomina Hiſpanica, Pared, Muro, Muralla *quomodo diſtinguantur?*

TRia nomina ſunt apud Hiſpanos, quę videntur ſynonyma, *Pared*, *Muro*, *Muralla*. Et tamen differunt inter ſe. Primum murum domeſticum, ultimum verò murum Civitatis, in quo mœnia, ſignificat: intermedium adhæret potiùs tertio, quàm primo. Et idem accidit voci Latinæ *Murus*, quæ etſi aliquando pro pariete ſumatur, fere vallum (ſeu murum Civitatis) proponit. Hic eſt Hebraice שור Sçur. Ejus uſus eſt varius: nam Civitatem ornat: illam hoſtibus claudit: procul venientes perſpicit: Et invadentes retundit. 2.Reg.11. *An ignorabatis, quòd multa deſuper ex muro tela mittantur.*

Nomen Latinū Murus, *quid ſignificet? Et quid Hebraicè ſit?*

Quando murus eſt inutilis?

Civitas tunc caret muro cùm tam magna & numeroſa eſt, ut cingi non poſſit. Ezech.38. *Hi omnes habitant ſine muro.* & Zach.2. *Abſque muro habitabitur Hieruſalem præ multitudine hominum.*

SECTIO XLIV.

De Suburbio quà Loco.

Suburbium & Suburbanum, *an & quomodo differant inter ſe?*

INter ſuburbium & ſuburbanum differentias reperio. Primam quod in antiquis Scriptoribus non legatur *Suburbium*; alteram quod Suburbium ſit vicus plures domos continens & muro Civitatis adhærens; (Hiſp. *el Arrabal*) Suburbanum vero ſit domus ruſtica in campo erecta. Suetonius in Auguſto. *Nam trimentorum eius oſtenditur adhuc locus in avito Suburbano juxta Veliteras permodicus.* Et in Tiber.cap.11. *Contentus modicis ædibus, nec latrone Suburbano* 1.Paralip.cap.5. *In cunctis Suburbanis Saron uſq; ad terminos* & cap.13. *Et ad Sacerdotes & Levitas, qui habitant in Suburbanis urbium.*

Arrabal.

Et quidem domus illæ, quæ ruri proſtant, & nominantur *Ruſticæ* aut agriculturæ, vel recreationi ſerviunt. Si primum granariis ſtabulis & cubiculis pro famulatu conſtant. Si ſecundum in hortos aulaſque ad convivia celebranda diſtinguitur. Et illa *Granja*, aut *Caſa de labranza*, & hæc *Quinta*, aut *Caſa de plazer*, ab Hiſpanis vocatur. Solent etiam habere nomina ſingularia, nam duas habent apud Madritum Reges, & alteram quæ adjacet fluvio *la Caſa del campo*, alteramque quæ apud Pratum [a] conſpicitur, *el Buen retiro* nominamus.

Quinta, caſa de plazer. Caſa de labrāza o Granja.

La caſa del Campo.

El buen retiro.

a] Eſt autem Pratum (Hiſp. el Prado) locus apud Madritum, quod nomen retinet, fuit enim olim pratum, & ſerviebat armentis [Columell. *libr* 2. *cap.* 17. Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes; nomen quoque indiderunt ab eo quod protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſideratet. Et explicatius *de verbor ſignificat.* Vlpianus, *Pratum*, inquit, *in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus eſt: ex eo dictum quod paratum ſit ad fructum capiendum.*] Hodie illud pulcherrimarum arborum interſectum ordinibus, fontibus exornatur uberrimis in quibus neſcias, an undæ copiam, an pretium marmoris, an cæli audaciam felicitatemque præferre debeas. Olim apud Prata Heroum viſebantur Statuæ. [Cicero de Clar. Orat. *Tam in pratulo propter Platonis ſtatuam conſedimus.*] at hodie in Madritenſi multæ marmoreæ ſunt, quæ Fontium faſtigia coronāt.

Pratum *quid ſit, & unde dicatur?*

Quod olim erat pratum apud Madritū, & hodie pulcherrimis arboribus & fōtibus eſt exornatum, nomen antiquum retinet.

Domus ruſtica, quæ lucri cauſa habetur à præſtando ut Varro *libr.* 4. *de ling. Lat.*

Digitized by Google

Ioan. 5. Juxta prædium, quod dedit Iacob.

Lat. teſiatur, *Prædium* dicitur. Et talia ſuburbana Hebræos habuiſſe conſtat ex multis Sacræ Scripturæ locis. Deut. 32. lego, *De vineâ Sodomorum, vinea eorum; & de Suburbanis Gomorræ*, & Eſaiæ. *Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt.* Quæ omnia etiam ab Humanis Scriptoribus dilucidantur. Horatius Serm. 2. Satyr. 3.

Prædium quid ſit, & unde dicatur?

Servius Oppidius Canuſi prædia dives
Antiquo cenſu, natis dediſſe duobus
Fertur.

Et Martialis libri 11. Epigr. 19.

Erraſti Lupe litera ſed una
Nam quo tempore prædium dediſti
Mallem tu mihi prandium dediſſes.

De Diphthonga æ, an olim ſonaverit e parum an verò utraque vocalis exprimeretur?

[Martialis ergo tempore in voce prædium proferebatur *a*, nam *praedium*, aut *praidium* & *prandium* cohærent, & ſi non ſonet *a*, ſed tantum *e*, carmen gratiam non habet.]

Suburbanum pro cœlo ſumitur.

Et veniendo ad Myſteria, ajo *Suburbani* nomine *Cœlum* intelligi. Ezech. 45. 2. *Et erit ab hoc ad Sanctum quingenta & quingenta, quadratum per circuitum, & quinquagenta cubiti in ſuburbana ejus per gyrum.* Et Numeri occaſionem dedere expoſitoribus & Concionatoribus ut multa præclarè & ingenioſè cogitarent, ornatè & utiliter dicerent. Ille Quadratus Locus, qui per quinquaginta & quinquaginta ſignificatur, thronus eſt Domini noſtri Ieſu-Chriſti, & circumcirca Sedes Sanctorum collocantur. Iſidorus Clarius, Illuſtriſſ. Fulginatenſium Pontifex. [Hujus loci myſteria venerari potiùs, quam noſſe poſſumus; non enim adſcendit in cor hominis, quæ Deus præparavit iis, qui diligunt illum. Illud ſatis perſpicitur, quod de poſſeſſione Terræ Viventium loquatur ſicut & Apocalypſis Ioannis ex hoc loco non pauca mutuata eſt.]

De Cœleſti Beatitudine. Capacitatem intellectus humani felicitas cœleſtis ſuperat.

Belli tempore & res & perſonæ, quæ in ruſticis domibus ſunt, periclitantur; & hanc ob rem superveniente hoſtium exercitu prudentes viri deſerunt Suburbana, & ad Civitatem ut ad locum tutum ſecurum confugiunt. Sed & tempore rebellionis fideles ſubditi, qui non conſentiunt rebellioni, non permanent apud Tyrannum, ſed relictis poſſeſſionibus ſuis confugiunt ad Regem legitimum. Habemus in Sacra Pagina manifeſtum exemplum. Mortuo enim Salomone ſuſcepit Regni habenas Roboam, à quo defecit Ieroboam & cum illo Iſrael. 2. Paral. 11. *Sacerdotes autem & Levitæ qui erant in univerſo Iſrael venerunt ad eum* (Roboamum, verum & legitimum Regem) *de cunctis ſedibus ſuis, relinquentes ſuburbana & poſſeſſiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudam & Ieruſalem; eo, quod abjeciſſet eos Ieroboam & poſteri ejus, ne Sacerdotio Domini fungerentur.* Non autem illos proſcribebat à loco, ſed interdicebat officio.

An ſuburbana habitanda ſint an deſerenda? belli & pacis tempore aliter & aliter philoſophandum eſt.

Villa quid ſignificet? an pro prædio ſumatur?

Pro *Prædio* aut *Suburbano* ſæpe ponitur *Villa*. Matth. cap. 22. *Abierunt; alius in Villam ſuam* &c. c. 26. *Venit Ieſus in Villam, quæ dicitur Gethſemani.*

An Villa civitas ſit, an muro careat?

Interdum *Villa* ſignificat oppidum apertum, muro carens. Levit. 25. *Si in Villa fuerit domus, quæ muros non habeat.* Ioſue 15. *Et Arser, & Villa ejus.* Iud. 11. *Vſque ad Villam, quæ erat abſque muro.* Nomen Hiſpanum *Villa* à Latino deducitur; ſicut & Hiſpanum *Ciudad*. Interim apud nos non ſumitur à muris, ſed à privilegiis Villæ & Civitatis diſtinctio, nam habemus non paucas Civitates apertas, & Villas clauſas.

Villanus quis dicatur?

A Villa dicitur *Villanus*, qui in Villâ habitat; & quia villani ſimpliciores ſunt civibus, qui ſincerè & quietè vivere deſiderant, urbes deſerunt, & villas adeunt. Cant. 7. *Egrediamur in agrum, commoremur in villa.*

SECTIO XLV.

De Domo quà Loco.

De Domo. Quid & qualis ea ſit?

EST ſtabilis, ut in eâ homines maneant: & pro qualitate habitatorũ vili aut pretioſâ materiâ, humilibus aut ſuperbis muris ædificatur.

Stroz. pat.

—— *Tu Superum templis domibuſque*
Superbis. &c.
Altaque marmoreas ſurgere ad aſtra domos.

Et Mantuanus.

Aulæata domus ſtratis Aſarota ſuperbis. &c.
Ad Boream ſublime domus levat ardua culmen.

Qualis ſub Evandro Rege Roma fuerit?

Et libr. 8. Æneid. Virgilius.

Sol medium Cœli conſcenderat igneus orbem,
Cùm muros, arcemque procul, & rara domorum
Tecta vident, quæ nunc Romana potentia Cœlo
Æquavit: tum res inopes Evandrus habebat.

Nomẽ Res quid ſignificet?

Ex contrapoſitione conſtat domos antiquas fuiſſe humiles, ſiquidem tam altæ & ſublimes erant Virgilii ævo. Quod ipſum confirmat nomen *res*, quo non ſolum ſupellectilia, ſed & tecta veniunt intelligenda.

An Domus animalium manſio ſit?

Non ſolùm hominum ſed & animaliũ manſio, *Domus* dicitur, Pſalm. 83. 3. Etenim

Digitized by Google

nim paſſer invenit ſibi domum ; & turtur nidum ubi ponat pullos ſuos. & *Pſal.* 103. 18. *Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit, illic paſſeres nidificabunt. Herodii domus dux eſt eorum ; montes excelſi cervis ; petra refugium herinaciis.*

Domus Domini quia impertet?

Domus Domini accipitur pro vera Religione & optimâ morū diſciplinâ. Pſalm. 54. 14. *Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus : Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos : in Domo Dei ambulavimus cum conſenſu.*

Domus ſervitutis quæ ſit?

Domus ſervitutis, Ergaſtulum Deut. 5. *Eduxi te de terra Ægypti, de Domo ſervitutis.*

Domus carceris.

Domus carceris Ierem. 37. ipſe Carcer vocatur.

Domus æternitatis, quid?

Domus æternitatis, Sepulchrum. Pſalm. 48. *Et ſepulchra eorum, domus eorum in æternum.* Videlicet, uſque ad finem Mundi, non enim eſt diuturnior hujus vitæ mortalis æternitas, & Eccl. *Quoniam ibit homo in Domum æternitatis ſuæ.* Nota illud *ſuæ*, eſt enim duplex æternitas, altera hujus vitæ, alia alterius, illa durabit *mientras el Mundo fuere Mundo* ; illa autem *mientras Dios fuere Dios*.

Æternitas duplex. Vtraque dilucidatur.

Domus quietem ſignificat.

Domus eſt Quietis ſymbolum. Dan. 4. *Quietus eram in domo mea.* Deuter. 6. *Et meditaberis ſedens in domo tua.*

Domus paterna quid importet?

Hoſpitiū quid?

Domus paterna, hujus vitæ gaudia, & *Hoſpitium* triſtitiam & mœrorem ſignificat: unde hi loci [Geneſ. 12. *Egredere de terra tua.* &c. *Et de Domo Patris tui.* &c. Geneſ. 20. *Poſtquam eduxit me Deus de Domo Patris mei.* cap. 31. *Et deſiderio tibi erat Domus Patris tui.* cap. 41. *Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum & Domus Patris mei.* Et Pſalm. 44. *Et obliviſcere Domum Patris tui.* &c.] et alii ſimiles ad morum reformationem conducent, ſi moraliter dilucidentur.

Domum penetrare, Hiſp. ſer muy de caſa.

Domum penetrare, eſt habere magnam familiaritatem & ſecretorum conſcium eſſe. Hiſp. *ſer muy de caſa.* 2. Timoth. 2. *ex his ſunt, qui penetrant Domos.*

Domus magna ſymbolicè Eccleſia eſt.

Domum magnam Eccleſiam Dei appellat Paulus, nam ſicut in illa vaſa aurea & teſtacea, ſic in iſtâ Orthodoxi & Hæretici. 2. ad Timoth. 2. 20. *In magna autem Domo non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & teſtacea ſeu fictilia & quædam quidem in honorem, quædam autem in dedecus & contumeliam. Si ergo mundaverit ſemetipſum ab iſtis* (periculoſis opinionibus) *erit vas in honorem ſanctificatum.* &c.

Domum ædificare quid ſit?

Domum ædificare, eſt certam ſedem conſtituere, negotiis finem imponere, quietem adquirere. Gen. 30. 30. *Iacob dicebat ad Laban, & nunc quando etiam ego faciam domum meam?* hoc eſt, ut exponit Vatablus, *Quando curabo & proſpiciam mihi quoque de rebus neceſſariis, quæ requiruntur ad inſtituendam & ſuſtentandam familiam* ; & Exod. 1. 21. *Ædificavit eis domos.* Proverb. cap. 24. *Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam* ; & cap. 14. *Sapiens mulier ædificat Domum ſuam, inſipiens conſtructam quoque manibus deſtruit.*

Domus politicè ſumpta filios & familiam ſignificat.

Domus ſumitur pro *Familia*. Gen. 24. *Accipies uxorem filio meo, de Generatione mea, & de domo Patris mei.* Pſalm. 112. *Qui habitare facit ſterilem in domo.* Gen. 31. *Iuſtum eſt, ut aliquando provideam domui meæ* ; Gen. 39. *& benedexit Dominus Domui Ægyptii propter Ioſeph* ; & Matth. 23. *Quia comeditis Domos viduarum.* Et ad integram *Nationem* extenditur vocis ſignificatio. Ezech. 27. *de Domo Togormæ equos & equites.*

SECTIO XLVI.

De Tentorio, quà Loco.

Tentorium quid ſit, & quare ſit nominatur?

EST Domus quædam portatilis, quæ nulli loco determinato inſidet. Tentoria autem invenit Iabel filius Mathuſalem, *qui fuit pater habitantium in Tentoriis atque paſtorum.* Gen. 4. Tentoriis ergo antiquiores ſunt domus ; nam multis ante Iabelem Cainus annis condidit Civitatem quam de ſui filii nomine appellavit *Enochiam*.

Habitare in tentoriis quid ſignificet?

Habitare in Tentoriis eſt inconſtantiæ ſymbolum ; nam paſtores nunquam locū determinatum habent.

Tentorium figere, ſeu extendere, eſt ad tempus in aliquo loco habitare. Geneſ. 31. Exod. 19. &c.

Figere tentoria eſt circuire

Figere tentoria in circuitu eſt Civitatem obſidere aut circumſedere. Eſt autem *circumſedere* minus quàm *obſidere*, quoniam *obſidere* Hiſp. eſt *poner cerco*, aut *ſitiar* ; *circumſedere* verò eſt *bloquear* à lingua Gallica ſumpto vocabulo. Ezech. 25 *Iubet Dominus dici filiis Ammon*, hoc eſt, *Ammonitarum populo. Pro eo quod dixiſti, Euge, euge.* (hoc eſt, ut Iſidorus Clarius interpretatur ; *Ha, ha.* Fruſtra coluiſti unum Deum, & ſeparaſti te ab aliis populis, nihil profuit tibi templum. &c.) *Ecce ego tradam te filiis Orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & ponent circum te tentoria ſua, ipſi comedent fruges tuas & comedent lac tuum.* &c.

Obſidere, circumſedere Hiſp. ſitiar, poner, cerco, & bloquear.

Deſerere tentoria, quid ſit?

Deſerere Tentoria turbationis & fugæ ſignum eſt. 4. Reg. 7. *Surrexerunt* (Aſſirii)

& fugerunt in tenebris & dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos, & caſtra ipſa, ut erant, fugeruntque animas tantùm ſuas ſalvare ſupientes.

Manere in Tentoriis de quibus dicatur?

Manere in Tentoriis dicuntur, qui ſine magnis expenſis facilem & tenuem vitam peragunt. 1. Paral. 17. *In tentorio manens tum omni Iſrael.*

Dilatare tentorium, quid ſignificet?

Dilatatio Tentorii, familiæ ſeu generis eſt propagatio. Eſaiæ 54. *Dilata locum Tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum.*

Tentoria *pro* exercitu.

Tentoria denique ſignificant exercitum illarum gentium, quæ utuntur Tentoriis. Habac. 3. *Pro iniquitate vidi Tentoria Æthiopia.*

Tentorium *pro* Cælo.

Eccleſiaſtæ in Homiliis ad Populum *Tentorii* nomine Cælum intelligunt, juxta illud Pſalm. 103. 2. *Qui extendis Cælum ſicut pellem.* Et qui Cælum Templum Dei eſt, hoc etiam nomine Templa ab hominibus facta ſignificantur. Sed & cortinæ etiam & alia Templi περιπετάσματα. Exod. 26. *Faciesque Tentorium in introitu Tabernaculi.*

SECTIO XLVII.

De Tabernaculo, quà Loco.

CONſtat ex præcedenti textu Tabernaculum à Tentorio differre; interim ſæpè contingit has duas voces confundi, & alteram uſurpari pro altera.

Tabernaculum pro æterna beatitudine.

Primò *Tabernaculi* nomine κατ' ἐξοχὴν intelligitur æterna Beatitudo, cujus Candidatum Davides Rex Pſalm. 90. accuratè deſcribit. Interroganti enim, & dicenti, *Domine, quis habitabit in Tabernaculo Tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* reſpondet totus Pſalmus 14. 2. dicens. *Qui ingreditur ſine macula & operatur Iuſtitiam.* &c. & totus etiam Pſal. 90. *Qui habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei Cæli commorabitur.* &c. Quos S. Benedictus Pſalmos in ſuæ Regulæ Prologo hoc Scholio dilucidat. [In cujus Regni Tabernaculo ſi volumus habitare, niſi illuc bonis actibus currendo minimè pervenitur. Sed interrogemus cum Propheta Dominum, dicentes ei: *Domine, quis habitabit in Tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo.* Poſt hanc interrogationem, Fratres audiamus Dominum reſpondentem, & oſtendentem nobis viam ipſius Tabernaculi, ac dicentem, *Qui ingreditur ſine macula.* &c.] Hinc Templum, nam in eo reſidet totum Cœlum. Exod. 26. dicitur *Tabernaculum.*

Qua via ad illud Tabernaculum adſcendatur?

Peregrini dicuntur habitare in Tabernaculis.

Peregrinum & hoſpitem, qui certum domicilium non habet *Tabernaculum* inhabitare dicimus. Levit. nuit Ietem. 35. *In Tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris.* Oſeæ 12. *Adhuc ſedere te faciam in Tabernaculis.*

Tabernacula pro domibus.

Pro urbibus, & oppidis, aut etiam domibus, non rarò accipitur. 2. Paral. 25. 22. *Corruitque Iudas coram Iſrael, & fugit in Tabernacula* (oppida) *ſua.* Gen. 24. *Iſaac duxit Rachel in Tabernaculum* (domum) *matris ſuæ.*

Tabernaculum pro Præſidio.

Tutelam & præſidium etiam ſonat. Pſ. 26. *Quoniam abſcondit me in Tabernaculo ſuo.*

Tabernaculum in petra.

Tabernaculum in petra, perpetuum monumentum & memoriam concernit. Eſaiæ 22. *Excidiſti in Excelſo memoriale diligenter, & in petra Tabernaculum tibi.*

Figere tabernacula.

Tabernacula figere interdum eſt obſidionem ponere. Dan. 11. *Et figet Tabernaculum ſuum à Padue inter maria.*

Tabernaculum politicè ſumpta domum ac familiam ſignificat.

Et denique *Familia* & *Cognatio* integra accipitur *Tabernaculi* nomine. Pſalm. 48. *Tabernacula ejus* (poſteritas) *in progenie, & in progeniem*, & Pſalm. 51. tam pro Cognatione, quàm pro Patria poteſt hoc nomen ſumi: illa enim verba, *Evellet te, & emigrabit te de Tabernaculo tuo*; æquivalere poſſunt his, *Excommunicabit & excorporabit te ex familia tua*; & etiam his, *Proſcribet te, & exire coget te, ex Patria tua.*

SECTIO XLVIII.

De Conclavi, quà Loco.

Quid Conclave ſit, & cur ita dicatur? An differat à Triclinio?

PArs domus ſecretior ſic dicitur; & ratio nominis eſt, quod unam habet clavem domeſticis univerſis communem. Suadent Critici *Conclave*, & *Triclinium* idem eſſe, quia 1. de Divin. dixit Cicero. *Conclave illud, ubi erat manſurus, ſi perrexiſſet, proxima nocte corruit*; & Quintilianus eamdem hiſtoriam refert his verbis. *Vix ille limen egreſſo triclinium illud ſupra convivas corruit.* Illud *Conclavium* dixit Plautus *in Aulul.* quod nomen jam antiquatum eſt.

Plautus. *Et conclavium mihi pervium facitis.*

Hodie apud Catholicos quid Conclave ſignificet?

Hodie apud Catholicos mortuo Summo Pontifice, quoniam in loco clauſo uſque ad Electionem Cardinales remanere tenentur, Cardinalium Synodus, & locus, in quo illa celebratur, *Conclave* dicitur.

Hoc nomen raró legitur in Sacra Pagina; nam tantum 2. Reg. cap. 47. & cap. 13. & 4. Reg. cap. 6. 12. reperitur.

SECTIO IL.

De Cubiculo, quà Loco.

Quid Cubiculum ſit, & unde dicatur?

DIctum eſt à cubando, & ideò in interiori domo, in loco quieto, & à rumore ſemoto conſtituitur. Gen.43. *Introiens (Ioſeph) in Cubiculum, flevit*. Luc.12 *Quod loquuti eſtis in Cubiculis, prædicate in tectis*; & Matth.6. *Tu autem, cum oraveris, intra in Cubiculum tuum*.

Abſconduntur homines in cubiculis.

Vt aliquis ſe abſcondat eſt utile. Eſaiæ 16. *Intra in Cubicula tua, claude oſtia ſuper te*; & 3. Reg.2. *Benadab fugiens, ingreſſus Civitatem, in Cubiculum, quod erat intra Cubiculum*; & 3. Reg.22. *Viſurus es in die illa, quando ingreſſurus es in Cubiculum intra Cubiculum*. Et hoc Cubiculum interius, quod intra Cubiculum eſt, ſi in illo dormiamus, *l'Alcoba*, &, ſi ſecretiora expediamus negotia, *el Retreto* ab Hiſpanis vocatur.

L'Alcoba.
El Retrete.

Cubiculum, ſi ſit commune, quid ſignificat?

Amorem eximium ſignificat Cubiculi communicatio. Cantic.3.4. *Tenui eum, nec dimittã donec introducam in domum matris meæ, & in Cubiculum genitricis meæ*.

SECTIO L.

De Cubili, quà Loco.

Quid ſit Cubile, & ad quid ſerviat?

VT ſomno placidè ſerviat eſſe debet in loco à tumultu ſecreto. Virg. à Textore ciratus.

Vaccula non unquam ſecreta cubilia captans.

Statius lib.2 Sylv.

Et hæc ſunt duræ latebroſa Cubilia Nymphæ.

& lib.10. idem Author.

Stant ſuper occiduæ nebuloſa Cubilia noctis.

& Baptiſta Pius:

Cum ſubis Auricomus nocturna Cubilia Titan.

& Muſæus etiam.

Et ſigna occulto longè ſpeculata Cubili.

Nec non Mantuanus.

In thalamos hominum, & tenebroſa Cubilia ducens.

Cubile in malam partem aliquando accipitur.

Sanè Cubile ſomno & quieti paratur, pudicè videlicet, & impudicè. Ad Rom. 13. *Non in Cubilibus & impudicitiis*. Pudici præbere poteſt exempla matrimoniũ. Conradus. *Conjugali noctibus hunc ſatias Cubili*; & Thomas Radinus. *Nuptialis Thalami, proliferique Cubilis*. Et plura ſuccurrunt impudici. Eſaiæ 57. *Dilataſti Cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus*. Pontanus.

Sigalion ſecunda Pars.

Mavortis cupidi dulce cubile petis.

Strozius ſenior.

Furtum pro adulterio ſumitur aliquando.

Nec placidum furtis antra cubile negant.

& furtorum nomine Venerem furtivam intelligit.

Cubilia pinguntur & ornantur.

Prodigo interdum ſumptu ornantur pinguntur, & etiam inaurantur Cubilia. Sillius lib.11.

Nec pudeat picto fultum jacuiſſe cubili.

Pontanus.

Ac viola ſuper inſertum, roſeoque Cubili.

Et cum legebam illud *pudeat*, veniebat in meam mentem Comicus, qui apud Plutarchum in Moralibus eos qui Cubilia pingunt & inaurant, irrident. Dicebat autem ſic.

Pingere lectos, an res tolerabilis ſit?

Omnibus gratis ſuperi dederunt
Cœlites ſomnum; Pudeat Tyrannos
Ergo tam magni pretii metallo
Pingere lectos.

Conſultar con la almoada, quid ſignificat apud Hiſpanos.

Quando volumus ſignificare Hiſpani rem aliquam matura conſideratione indigere, dicimus, *que la hemos de conſultar con la almoada*, quoniam nocturno tempore in Cubili, ubi à nullo turbamur, ſingula poſſumus accuratius perpendere.

An ſimili phraſi etiam Hebræi utantur?

Et ſimili olim Hebræos phraſi uſos fuiſſe reperio: nam Davides in Pſalm.4. *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in Cubilibus veſtris*; & iterum Pſal.35. *Iniquitatem meditatus eſt in Cubili ſuo*.

Cubile pro ſepulchro.

Videtur *Cubile* pro *Sepulchro* accipi Ezech.35. dicitur enim. *In medio interfectorum poſuerunt Cubile ejus*; & Iob 17. multò clarius, *In tenebris ſtravi lectulum meum*.

Eſſe in cubili ſignificat ſecuritatem.

Dicitur eſſe in Cubili aut lecto, qui ſe ſecurum judicat & nihil timet. 2. Reg.4. *Homines impii interfecerunt virum innoxium in domo ſua ſuper lectum ſuum*.

Lectus communis, quid?

Lectus communis ſocietatem ſignificat. Luc.17. *Eenne duo in lecto uno*.

SECTIO LI.

De Torculari, quà Loco.

Torcular.
Quanta ſit ſecunda in ipſo ſyllaba?

MAlè ſecundam producunt nonnulli in hoc nomine; nec ipſis favent, qui in voce *torcularia* ſecundam protrahunt; quia lege caret neceſſitas, illa enim vox aliter in Hexametrum non ingrederetur.

De Pſalmis, qui inſcribuntur pro torcularibus. Quare tali titulo ſignati fuerint?

In aliquibus Pſalmorum inſcriptionibus legitur *Pro tortularibus*: & exiſtimant Critici fuiſſe Davidis ævo aliquem tonum quo in torcularibus uterentur famuli; & quia erat pulcher, & magno applauſu à populo Iudaico receptus, at-

Digitized by Google

tempeiavit illi aliquos Pſalmos Rex, ut ad ejus notas & numeros concinerentur.

Areæ & torcularia pro meſſibus.

Areæ & Torcularia ſumuntur pro meſſibus & vineis, & illarum proventibus; Num. 17. *Vt reputetur vobis in oblationem tam de areis, quam de Torcularibus.*

Quod Gedeon Iudic. 6. excuteret & purgaret frumentum in torculari, temporum perturbationem & belli miſerias ſignificat: ceſſant enim leges inter arma; & res, quæ aliter expediri deberent, expediuntur ut poſſunt.

Vindemiare homines, & eos calcare in Torculari quid importet?

Vindemiare homines, aut eos calcare in Torculari cædem numeroſam & magnam ultionem ſignificat. Eſaiæ 63. *Torcular calcavi ſolus* Thren. 3. *Torcular calcavit Dominus Virgini filiæ Iuda*; & Apocalypſ. 15. *Et ipſe calcat Torcular vini furoris iræ Dei.*

SECTIO LII.

De Vinea, quà Loco.

Cur vinea plantentur?

NON tam Voluptatis, quam utilitatis gratia Vineæ implantantur. Et hanc ob rem Poetæ ut illas celebrent ab utilitate & non à voluptate ſolent ſumere epitheta. lib. 2. *de amoris remed.* ait Ovid.

> *Eſt tibi rure bono generoſæ fertilis uvæ*
> *Vinea.*

Vinea generoſa, quæ ſit, & quarè ſic appellatur?

Et *generoſam uvam* eam vocant, ex qua vinum generoſum exprimitur. Et Sidonius Apollinaris. *Quo loci ſibi cùm ferox vinea eſt.* Vndè olim ante diluvium vites, ſine ullo hominũ labore aut induſtria, naſcebantur; ſed poſt illud Gen. 9. Nohe hinc indè ſparſas colligens, plantavit vineam, & vinum ex uvis expreſſit, & ejus ignotas anteà vires expertus eſt.

An ante diluvium fuerint vites? Et quis primus uvas expreſſerit, & fecerit vinum.

Vinea pro felicitate.

Loci felicitatem & ſtabilitatem Vineæ ſignificant. 4. Reg. 19. *Plantate Vineas, & comedite fructus earum.* Eſaiæ 65. *ædificabunt domos, & plantabunt vineas.* Et ideò pacem lætitiamque hoc interdum ſymbolo Sacra Pagina indicat. Cantic. 2. *Vineæ florentes dederunt odorem ſuum.*

Locus ſine vineis ſumitur pro loco infelice.

Et contra locus, qui Vineis caret eſt infelix, & miſer. Et hanc ob rem Tibullus, Orcum lib. 1. deſcribens, ait,

> *Non ſeges eſt infra, non Vinea culta, ſed audax*
> *Cerberus.*

Aſinum ad vineam ligare, quid ſit?

Pullum ad vineam ligare fructuum copiam ſignificat: ubi enim eſt eximia fructuum abundantia, animantes non arcentur à vineis. Gen. 49. *Ligans ad vineam pullum ſuum.*

Inſidiæ parantur in vineis.

Vineæ eſſe apud oppida ſolent; &, quia copioſa in æſtate & autumno folia emittunt, ut homines lateant, & præparent Inſidias, ſunt aptæ. Iud. 21. *Ite, latitate in vineis, cùm videritis filias Siloe.*

Eradicare vineas quid ſignificet?

Vinearum demolitio, aut erradicatio bellum, & devaſtationem arguit. Eſaiæ 5. *Vos enim depaſti eſtis vineam.* Eſaiæ 16. *Et vineam Sabama Domini gentium, exciderunt flagella ejus.*

Vinea pro toto Mundo.

Et Vineæ nomen Apoc. 14. totũ Mundum ſignificat: & Eſaiæ 5. Pſal. 79. Ezech. 17. & Ierem. 12. ad terram & populum Iſrael reſtringitur ejus ſignificatio.

De vinorum varietate, & generoſitate.

Præbent Mortalium uſui Vineę Vinum, & occaſionem nobis ut aliquid de illo dicamus. Tametſi propter bonas qualitates, quas habet celebrari deberet, à locis unde exportatur, denominatur. De Vinis Hiſpanicis, & Siculis non eſt cur dicam, eſt enim notiſſima eorum excellentia & præſtantia. Hungarica & Auſtriaca, etſi in regione frigida ſint nata, ſunt fortiſſima, & nocebunt, niſi cum Bartholino

> *Projicias alias fragrantia Vina per undas.*

An vinum Rhenanum notum antiquis fuerit?

Videntur Veteres non cognoviſſe Rhenani Vini ſuaviſſimam aſperitatem, ejus enim mentio in libris Antiquorum non extat. Ergo de celebratis à Poetis, & aliis Scriptoribus Vinis aliquas lineas ſcribamus. Loca enim præcipua quæ propter Vinorũ excellentiam ſunt celebrata in libris ſunt hæc.

Gaurus Mons Campaniæ, quem propter Vini præſtantiam Baccheum Statius nominat, nam lib. 2. Georg. Virg. eodem epitheto Vinum denominarat.

> *Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt.*

In ſingulis provinciis ſemper fuit notabilis vinorum varietas. Si quæras, *Quodnam inter omnia præſtantiſſimum ſit?* reſpondebo. *Pro guſtu bibitores habent ſua fata racemi.* Non ſubticebo tamen opinatione Diogenis, alienũ, (quod nõ emitur) nobiliſſimum, & ſuaviſſimũ eſſe

Ariſtoteles aſſerente Galeno libr. 12. ægrotans, guſtato vino Rhodio, dixit, *Firmum hercule vinum & jucundum*: & guſtato inde Lesbio, ait, *Vtrumque oppido bonum, ſed ſuavius Lesbium.* Et quidem Lesbium Vinum etiam alii laudarunt. Propertius. lib. 1.

> *Lesbia Mintoreo Vina bibas opere.*

Chios Ægęi Maris eſt Inſula, & in ea promontorium Arniſium vina etiam optima in alias regiones tranſmittunt. Hujus Vini meminit Horatius in Epod. *Et Chia vina aut Lesbia.* Et Auſonius

> *Solus qui Chium miſcet & Ammineum.*

Amminea regio prope Falernum, unde ejus Vinum etiam appellatur *Falernum.* Ovidius lib. 4. de Pont.

> *Quis mel Ariſtæo, quis Baccho Vina Falerna,*
> *Triptolemo fruges, poma dat Alcinoo.*

Et Sidonius.

> *Vina mihi non ſunt Gazetica, Chia, Falerna,*
> *Quæque Sarepteno palmite miſſa bibas.*

Et ob Vinorum excellentiam & copiam

ce-

celebrantur, Methymna in Lesbo, Formiæ propè Cajetam, quas coluere Liſtrigones, Cœcum, Setia, Meſſana, & Surrentum à Campaniæ populis habitata. Plin. lib. 14. cap. 26. *Auguſtus*, inquit, *Setinum pratulit cunctis*. Martialis

Surrentina bibis, nec Myrrhina picta, nec aurum.

Thaſus Inſula Maris Ægæi Vina dat ſine taxa. Et Naxos, ejuſdem Maris Inſula, quam alii *Dionyſiam, Vitigenam* Pontanus. & *Bacchicam* Statius appellat, etiã eſt fertiliſſima. E Mareotide, provincia Ægypti, advectum aliò vinum in longam perdurat vetuſtatem.

Maronea Vrbs Ciconum, cujus vino Polyphemus Vliſſes inebriavit. Vnde ait Tibullus.

Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.

Vina profectò apud Græcos maximè celebrata fuere Pramnium Cereri ſacrum, Chium, Thaſium, Lesbium, Creticum, Polium, Rhodium, & Coum. Et hujus ultimi meminit Plin. lib. 14. dicens, *Coum vinum ex Italico faciendi rationem Cato demonſtravit.* Mantuanus Cretici.

Vina Mimallonia vobis dant Cretica Baccho.

Tmolus Mons Lydiæ, etiam eſt fertiliſſimus Vini. Ovid. lib. 5. Metam.

Deſeruere ſui Nymphæ vineta Tmoli.

NOTA.

Mons Tmolus. an debeat Tmolus vocari?

Pro utraque parte rationes & autoritates.

Legit verſum iſtum Tortellius, & oblitterans dictionem ultimam, Timoli Ovidium ſcripſiſſe affirmat, & hujus Montis nomẽ triſyllabum interdum eſſe. Et huic Raphael Regius, & Georgius Valla Placentius, ſententiæ favent. Contradicunt Nector & Deſpauterius, quibus multum debent Grammatici, & retineri jubent vocem diſſyllabam Tmoli, eſt enim verſus ille Spondaicus, per duos dactylos & quatuor ſpondeos decurrens. Nec concedere Tortellio & aliis volunt ultimam in *vineta* eſſe brevem, jubent enim, eam producat Poſitio, quæ etiam ſi utraque conſona ſit in voce ſequenti, locum habet. Ioannes Raviſius Textor *in Epith.* voce *Tmolus* utramque opinionem putat eſſe probabilem, inquit enim. [Sequere utramvis Opinionem, in hoc te facio tui juris.] At ego non reperio cur Tortellius nullius exemplo legerit *Vineta Timoli*, nam Canonem quem de Poſitione, quem Nector & Deſpauterius proferunt, Erythræus in Indice voce *Tela* approbat, dicens [Papinius autem ac Iuvenalis non eamdem hãc rationem magis in ſuis verſibus ſequuti

De poſitionis Regula An ſyllaba brevis in fine dictionis relicta ſi ſequens dictio à duabus conſonantibus, vel ab una duplici incipiat, producatur?

ſint, an verò Diomedis potiùs & Priſciani, contendere non laboro; qui tradunt ſyllabã brevem in fine dictionis produci poſſe, dictione ſequente inchoante à duabus conſonantibus, vel una conſonante duplici, quemadmodum ſi in una eademque eſſent dictione. Et hunc Ego etiam Canonem admitti poſſe judico, illumque ſuis paſſim verſibus Virgilius, & alii Poetæ antiqui confirmant. Canit enim Æneid. lib. 9. Virgilius.

Ferro citi ferrum, date tela, ſcandite muros.

Et Georg. 4. dixit,

Terraſque tractuſque maris Cœlumque profundum.

Et item 2. Georgic.

Euriquæ Zephyrique tonat domus. &c.

Et in 3. eorumdem.

Lappæque tribulique. &c.

Et 3. Æneidos.

Creteſque Dryopeſque fremunt. &c.

Et 12. ejuſdem Operis.

Fonteſque fluvioſque voco, quaque athcris alti.

Statius in 6. Thebaid.

Præterea agile ſtudium & tenuiſſima Virtus.

Iuvenalis Satyr. 3.

Gibbus & acre malum ſæpe ſtillantis ocelli;

Et idem Satyr. 8.

Occulta ſpolia, & de pace triumphos.

Ex quibus conſtat harum dictionum *tela, terraſque, Euriquæ, Lappæque, Creteſque, Fonteſque, Agile, Sæpe, Occulta* ultimam, natura brevem, propter duas conſonantes (nam & Z eſſe duplex aſſeritur) protrahi.

Olim in Metametricâ pag. 98. §. CXLV ab Indifferentibus Syllabis Controverſas diſtinguens, ſic ſcripſi. [In metris ſunt ſyllabæ indifferentes aliquæ, quæ in omnium ſunt ſententia ancipites, ſicut vocalis natura brevis ante mutam & liquidam, ut in vocibus *Atlas, Patres, Tenebra, Athleta, Aprilis*. &c. illam enim corripias, aut producas, à nemine reprehendi poteris. At ſunt aliæ in quibus non conveniunt Authores ſicut in vocali natura brevi, quæ priorem dictionem claudit, ſi poſterior à duplici conſonâ incipiat; ut patet in hoc verſu de Lunæ deliquio.

Turba ſtridebat (a) *ſed Luna ſtabat in umbrâ.*

Nam voces *Turba* & *Luna* habebunt ultimam brevem Academici Vulgi ſententiâ; longam verò Chriſtophori Helvici, Conradi Bachmanni, Scaligeri, Friderici Taubmanni & Ianni Gruteri judicio; quorum ultimus, tam certò poſſe produci pu-
tat,

a] Quia in Cauda aut Capite Draconis accidere debẽt Eclipſes, tota Aſia Mahometani Metaphoricam vocem in ſenſu Grãmatico & proprio accipientes, patientem Lunam à Dracone devorari delirant, & ut ei periclitanti faveant, tubis timpanis & aliis inſtrumẽtis, quibus ſtrepitum potiùs quàm concentum reddant ſeriò in tectis domorum nugãtur. Sed & Chriſtiani, ut faciant quod cæteri, ſimiliter inſanire ſolent, Et hoc pluries apud Petrum della Valle reperies

tat, ut jubeat hoc ipſum à Magiſtris doceri.] Ergo ad horum mentem ſit Regula.

Dictio precedens purè [b] *ſi definit, atque*
Vltima corripitur, duplexque [c] *in voce ſequenti*
Litera ſubſequitur, modulus cenſebitur anceps.

b] Pure definit dictio, quæ in vocalem.

c] Duplicis Conſonæ nomine veniunt duæ cõſonæ aut una, quæ qualis eſt *X* & *Z* & apud Græcos ψ, duas contineat.

Dico ancipitem, poterit enim eam Poeta, prout Metri ratio poſtulet, citam, vel tardam facere. Exempla poſita ſatis clarè longitudinem probant, brevitatem aliquibus etiam perſuadeamus. Æneid. libr. 11. Virgilius.

Spem ſiquã accitis Aetolum habuiſtis in armis,
Ponite ſpes ſibi quiſque &c.

Et Ovidius.

Spes bona dat vires, animum quoque ſpes bona firmat
Vivere ſpe vidi, qui moriturus erat.

Et Tibullus ſimiliter.

O quantum eſt auri pereat, potiuſque ſmaragdi.

Et Lucretius

Terga ſedet crebrò maculoſa diſtincta ſmaragdo.

Nec non etiam Camillus.

Teſtis erit magnis virtutibus unda Scamandri.

Adde Iuvenalem Satyr. 3.

Contemnis miſera cognoſcere præmia rixa.

Et alios qui imitantur Homerum dicentē,

Τὸ ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

quoniam δὲ manet breve, etſi ſequantur Σ & K.

SECTIO LIII.

De Cathedrâ, quà Loco.

Cathedra Sedes Regum & Principũ erat; nunc Magiſtris, & Præceptoribus inſervit.

EST ſpeciale Sedis genus, quod dignitati & magiſterio conceditur: nõ enim gregarii homines, ſed Reges, Principes, & Præceptores in Cathedris ſedere dicuntur. 1. Reg. 20. *Cùm ſediſſet Rex ſuper Cathedram ſuam.* Ezech. 27. *Dixiſti, Deus ego ſum: & in Cathedra ſedi in medio maris.* Pſalm. 106. *In Cathedrâ ſeniorum laudent te.* Matth. 23. *ſuper Cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ, & Sacerdotes.* Iob. 29. *Quando procedebam ad portam Civitatis, & in platea parabant Cathedram mihi.* & Matth. 23. *Amant primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis.*

Omnia, quæ in Metamorphoſeõ libris Ovidius ſcripſit, ſunt ex Sacris Literis deſũpta, & propter verſuum majorem elegantiã deformata.

Pleraq; omnia, quæ in Gentilium Myſteriis leguntur, deſumpta ſunt ex Sacræ Scripturæ Textibus deſiguratis. Ex illis Ezechielis cap. 27. verbis, *Dixiſti, Deus ego ſum. In Cathedrâ ſedi, in medio maris;* prodierunt, quæ de Neptuno decantantur.

Cathedra peſtilentiæ, non locum, ſed abuſum muneris & dignitatis ſignificat; nam ſubornatus Tribonianus [a]

Qui leges figit pretio, pretioq; refigit

& ſubornatus Iudex

Cui ex cera leges; huc nam flectentur & illuc
Mentem dum dubiam rexerit utilitas.

a] Tribonianus, vir profectò eruditus, ſed avarus, venalia habuit conſilia pretioque Novellas minimè neceſſarias Iuri Cæſareo adjunxit.

Hos enim illius Viri, qui nec abiit, nec ſtetit, nec ſedit, Beatitudo condemnat; inquit enim Davides Pſalm. 1. 1. *Beatus Vir, qui non abiit in conſilio impiorum* (qui non fuit iniquus Conſiliarius) *& in via peccatorum non ſtetit* (qui non fuit legum temerarius Interpres) *& in Cathedra peſtilentiæ non ſedit* (qui propter utilitatem propriam Regio aut Prætorio non fuit munere abuſus) Qui videlicet non finxit pro voluntate ſua leges [*] *ſed in lege Domini voluntas ejus.*

Quiſnam fuerit ille vir, qui nec abiit, nec ſtetit, nec ſedit?

*] Hi ſunt Sarabaitis, ſimiles de quibus cap. 1. Sanctæ Regulæ D. Benedictus ſcribit. *Pro lege eis eſt deſideriorũ voluptas* (fortè & meliùs *voluntas*) *cum, quidquid putaverint aut elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint, putant non licere.* Conſonãtes illi Hæretico & inſolenti Axiomati, *Quod volumus id juſtũ eſt.*

Solium, Regum eſt Cathedra & Regiam Majeſtatem ſignificat. Et quia Deus eſt Rex Regum & Dominus Dominantium, in Solio ſedere dicitur, ut ejus infinita Dignitas ſignificetur. Eſaiæ 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſum.* Et hominibus per participationem conceditur. Vnde in Solio ſedebat Rex Ægyptiorum (Pharao) & Gen. 41. Ioſepho, qui ſomnium mirabile expoſuerat, dicebat. *Vno tantùm Regio ſolio precedam te.* Eſaiæ 47. *Non eſt ſolium filia Chaldæorum.*

Solium, Sedes Regia.

Etiam Deo attribuitur.

Quia Sacerdotibus dicitur, *Vos eſtis genus electum, Regale Sacerdotium.* &c. etiam ipſis Iura Regia accenſentur: & inter alia authoritas ſedendi in Solio. Zach. 6. *eris Sacerdos ſuper ſolium ſuum.*

An Sacerdotes poſſint ſedere in Solio?

Autores Sacros imitantur Humani, apud quos Numina, & Reges collocantur in Soliis. Virg. lib. 10. Æneid.

—— *Solio tum Iupiter aureo* [*]
Surgit

*] *Aureo* diſſyllabum eſt, nam eo per κρᾶσιν coeunt in unã ſyllabam.

& Pontanus.

Ipſa ſedens ſolio inſigni, ſtelliſque coruſco.

Orpheus apud Theodoritum Cyrenenſem.

Ipſe autem magnum ſupereſt innixus Olympum
Aureo reſidens Solio.

Quintus Serenus

—— *Regem conſpexit aterno*
Spectantem Solio.

Et Thomas Radinus. *Luculento Solio reſidenti adoleſcentulo.* Conradus. *Latus in arduum deduxit Solium.* Et Architrenius *Marmoreo ſedit in Solio.* Ad-

Addam adhuc duos verſus ex libr.7. Æneidos Virgilianæ.

Pulchra Virgilii Carmina, quæ poſſunt ἀποθεώσει cujuſcumque Sancti applicari.

Aurea nunc Solio ſtellantis Regia Cœli
Accipit & numerum Divorum altaribus auget.

Dardano Trojanæ Gentis Patre, à Rege Latino ſunt dicta, & in ἀποθεώσει cujuſlibet Sancti à Poeta Catholico reponi poſſunt. Ego enim illis uſus ſum in Sancti Franciſci de Sales Sanctiſſima Canonizatione.

Thronus idem quod Solium.

Thronus ſignificat idem ac *Solium*: quã ob rem, de Throno accipi poterunt, quæ de Solio ſunt dicta. Sunt enim Throni in Cælo Empyreo. Luc. 22. *Vt ſedeatis ſuper Thronos duodecim, judicantes* (vel *condemnantes*, ut Hieronymus ſcribit) *duodecim tribus Iſrael*. Sunt etiam in Regum Palatiis. 2. Reg. 3. *Vt transferatur Regnum de domo* (ſeu Familia) *Saul, & elevetur Thronus David ſupra Iudam*. & 3. Reg. 2. *Poſitusq; eſt Thronus matri Regis*.

Domus pro Familia.

Sedes quid ſignificet, & unde dicatur?

Sedes commune nomen eſt, & *ſellam* ſonat, & à ſedendo dicitur, quod homines in illa ſedeant.

Sæpè Habitationem, Civitatem, aut Patriam ſignificare ſolet. Multa ſimul apud Virgilium in verſibus paucis reperio. Æn. lib. 7. ſic ſcribit.

Nuncius ingentes ignota in veſte reportat,
Adveniſſe viros. Ille intra tecta vocari
Imperat & Solio medius conſedit avito.
Tectum auguſtum ingens, centum ſublime columnis.
Vrbe fuit ſumma, Laurentis Regia Pici.
Horrendum ſylvis, & religione parentum.
Hinc ſceptra accipere, & primos attollere faſces
Regibus omen erat: hoc illis Curia Templum.
Hæc Sacris Sedes epulis: hîc ariete cæſo
Perpetuis ſoliti Patres accumbere menſis.
Tali intus templo Divum, Patriaque Latinus
Sede ſedens, Teucros ad ſe in tecta vocavit,
Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore.
Dicite Dardaniæ (neque enim neſcimus & urbem,
Et genus, auditique advertitis æquore curſum)
Quid petitis. &c.
Dixerat, & dicta Ilioneus ſic voce ſequutus.
Rex, genus egregium Fauni. &c.

Et ego hæc Scholia addo, ut illos qua poſſim brevitate dilucidem.

An Trojani majores fuerint Italis?

Ingentes] Latinis ergo multò erant proceriores Trojani. Et hic puto Poetam adlucinari; ut enim noſtro ævo homines ad homines, ſic etiam Æneæ tempore. At nunc æquales ſunt Europæi, & Aſiatici. Ergo & tunc etiam erant.

An peregrini loqui & audiri ſine interprete poſſint?

Ignota] Aliter Dardanios & alio tunc Italos modò indutos fuiſſe ſcitè Maro ſupponit. Ergo & differre eoſdem lingua debuit etiam ſupponere. Quo modo ergo ſine interprete, ac ſi nati & nutriti in eodem fuiſſent loco, inter ſe colloquuntur. Virgilium audi.

Metonymia mediata, quæ procedit per gradus. Tecta Civitatem ſignificant.

Tecta] per tecta domos; per domos Civitatem ſignificat, nam tectis hoc eſt domibus conſtat. Eſt ergo hic Metonymia mediata.

Solium avitum quale ſit?

Solio] Vt ſciamus, non ex infima conditione Latinum ad Regiam Dignitatem Marte aut fraude veniſſe, ſed hæreditario jure Regiam coronam poſſidere aſſerat, illum in Solio avito (in quo Reges, qui fuerunt eius avi ſederunt) prudentiſſimè collocat.

Reſtrictio ambigui vocabuli à Syllabæ quantitate in carminibus ſolet deſumi.

Summa] Sed quò refertur? Vtram, quæſo; Vrbem, an Regiam afficit? Syllabæ ultimæ modulus monet *Summa* caſus eſſe Ablativi. Ergo in Summâ Vrbe Latini Regia proſpectabatur.

Cur lucus eſſet apud Templa?

Horrendum] Lucus adhærebat Templo apud Ethnicos, ne pudor Veneri eſſet impedimento.

Quid Faſces fuerint? ex qua materia conſtiterint? quibus uſibus ſint deſtinati?

Faſces] Erant faſces apud Romanos Magiſtratuum inſignia; & inceperunt cum Conſulibus, nam duodeni Conſulibus, & ſeni Proconſulibus præferebantur. Fiebant autem ex Betulæ ramis è Gallia in Italiam translatis. Erat eorum figura. Securis in Betulæ virgis ita includebatur, ut acies ferri aliqua ex parte emineret; & loro poſtea colligabatur. Cauſam in Problematis Plutarchus exhibet. Cavit enim Majorum providentia ne Conſules decreta ſua præcipitarent; nam ſi fortè ſcanduiſſent dum diſſolvuntur faſces & præparantur inſtrumenta ſupplicii, ira eferveret, & exſequutio procederet à cauſa meliùs conſiderata.

An Carnifex habitare debeat in Civitate in qua Princeps?

Et hanc ob rem olim Hollandiæ Comites, ut in eorum legibus etiamnum invenitur, ſtatuerunt, ne in Civitate, in quâ ipſi erant, habitarent Carnifices, ne fortè iracundiæ fervore contingeret aliquem condemnari; dum enim nuncius mittitur, & venit Carnifex interjicitur tempus, & furor ſiquis erat, ſubſidit. Et quia duo erant facinoroſorum genera, alii quorum ſperabatur, alii quorum deſperabatur correctio: & illi priores corripiebantur virgis, iſti autem plectebantur.

Hinc

Google

Faſces attollere & faſces demittere, quid ſit

Hinc ortæ ſunt duæ phraſes. *Submittere, & attollere faſces*: illud enim Magiſtratus Inferior, hoc Superior præſtabat. Sic Publicola, aſſerentibus Plutarcho in Valer. & Livio libr. 2. ab Vrb. acturus cum Romano Populo, ut ejus benevolentiam captaret faſces ſubmiſit. Et Cneus Pompejus, confecto Mitridatico bello, ut Poſſidonium, Philoſophum profectò clarum honore maximo proſequeretur, eum viſurus, fores à lictore ut moris erat percuti inhibuit, lictoriſque ante fores faſces hærere juſſit, ut non tanquam Supremus ibi Princeps, ſed ut privatus quidam amicus cum Philoſopho colloqueretur. Et tunc exemplo rarò vidimus, Arma, quibus Oriens & Occidens ſe ſubmiſerat, Literis ſe ſponte ſubmittere. Vide Plinium libr. 7. cap. 30. Hodie etiam in toga & ſago aliquid ſimile obſervamus. Nam in Hiſpania Satellites (*los Alguaciles*) virgam, quæ ſui muneris geſtamen eſt, non niſi in ſuæ juriſdictionis locis permittuntur attollere. Et inferioris authoritatis claſſes in mari vexilla nobiliori ſubmittunt.

Quanta Pompejus Poſſidonium dignatione proſequutus ſit

Entrar con vara alta juriſdictionis ſignũ eſt, ſubjectionis abatir las vanderas.

Et hîc carpit Virgilium Criticus, quod faſces attolli coram Regibus dixit, antequam eſſent faſces. Et eodem hodie jure carpi poſſent, qui Tarquinium [*] Romanorum Regem *Auguſtum*, & Cardinalem Cajetanum *Eminentiſsimum* appellant, nam ab Octaviano incepit *Auguſti* titulus, & ex Vrbani VIII. decreto *Eminentiſsimi* Cardinales vocantur.

*] Errant multi in hujus nominis pronuntiatione, nam ſecunda corripitur.

Defenditur Virgilius, & oſtenditur dignitates antiquas novis poſſe vocabulis ſignificari.

Ego autem adlucinari puto Criticum, non enim dicit Virgilium faſces à lictoribus tempore Latini prælatos, ſed acclamatos fuiſſe olim Reges aliquâ cœremoniâ, pro quâ ſuo tempore faſces adtollebantur. Sic qui Reges aut Imperatores veteres *Auguſtos* nominant, & *Eminentiſſimos* antiquos Cardinales non dicunt olim hos fuiſſe illorum titulos, ſed dignitatem illam quæ his hodie titulis ſignificatur. Vel attende. Linguæ Hiſpanica, Gallica, & Italica tempore Chriſti nondũ erant, Romana enim in illas ob Hyperboreorum exercituum adventum degeneravit. Et tamen hodie utimur vocibus, quæ tunc non erant, cùm Chriſti, aut Antiqui Teſtamenti hiſtorias dilucidamus.

Quodnam Idololatria initiũ habuit? Quomodo ſepulchra paulatim in Templa tranſiverint?

Curia Templum] Curia tranſivit in Sepulchrum priùs, & poſteà in Templum; nam per gradus Idololatria eſt ingreſſa.

Sedes] Aliqui malunt legere, *Hæ ſacris ædes epulis* videtur enim meliùs Aula Regia ædibus, quàm Sedibus æquipollere.

Ariete] Putant nonnulli uſum fuiſſe aliquando Virgilium Proceleuſmatico Pede loco Dactyli; alii contrarium ſentiũt; nam alias reperientur quatuor breves ubi prima non poſſet *i* vel *u* converſa in conſonantem protrahi. Priorem ſententiam amplecti videtur Diomedes, at poſteriorem ſequuntur Terentianus & Probus. Tu verſus ſequentes conſidera.

Videtur demõſtrari Pede Proceleuſmatico nunquam uti Virgilium, & ratio eſt efficaciſſima; nũquam enim invenies quatuor breves, niſi in loco, in quo *i* vel *u* fieri poſſint conſonantes, & Pedem Dactylum exhibere.

Abietibus juvenes patriis in montibus æquos.

Arietat in portas & duros objice poſtes.

Genua labant, vaſtos quatit æger anhelitus artus.

Genua labant, gelidus concrevit frigore ſanguis.

Parietibuſque premunt arctis, & quatuor addunt.

Tenuia nec lana per cœlum vellera ferri

Tenuis ubi argilla & dumoſis calculus arvis.

Hærent parietibus ſcalæ, poſteſque ſub ipſos

Tityre paſcentes à flumine reice capellas.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

Nec quidquam in tectis certatim tenuia cera.

Aedificant ſectaque intexunt abiete coſtas,

Tranſtra per & remos & pictas abiete puppes.

Adverſi longa tranſverberat abiete pectus.

Cuſtodes ſufferre valent, labat ariete crebro.

Mœnia quique imos pulſabant ariete muros.

Omnes ſunt verſus Virgiliani, quos imitantur aliquando Novitii. Interim omnes hi Pedes qui Proceleuſmatici videntur ſunt Dactyli. Et hoc demonſtrabitur clarè, ſi *i* & *u* vocales in conſonantes convertamus. In vocalibus enim *Abjete*, *Abjetibus*, *Arjete*, *Arjetibus*, *Arjetat*, *Genva labant*, *Parjetibus*, *Tenvia*, *Tenvis ubi*, ſemper tres priores ſyllabæ dant Dactylum. In illis verbis *reice capellas*, oportet ſcire primam eſſe productam in *rejicio*, inde *rejice* eſt Dactylus; & abjecto uno *i*, erit *reice* Tribrachys, & *ei* per *κρᾶσιν* in unam ſyllabam converſo, Trochæus.

SE-

SECTIO LIV.

De Tecto, quà Loco.

Quid Tectum ſit, & ad quid ſerviat?

SVprema domus pars ſic vocatur: & varios olim uſus apud Veteres habuit 4.Reg.23.

Altaria ſupra tectum.

Idolorum cultui à Gentilibus conſecrabatur.Et huic ſe mori attemperans altaria ædificavit ſuper tectum ſui cœnaculi Achaz.

Prædicare ſupra tecta.

Super tecta ab amicis amici inviſebantur.Matth.10.*Quod in aure auditis prædicate ſupra tecta*.

Fœnum tectorum.

Res citò peritura cum tectorum fœno comparatur.Pſalm.127.*Fiant ſicut fœnum tectorum, quod priuſquàm evellatur, exaruit.* Et Eſaiæ 37. *Et facti ſunt ut herba tectorum,quæ exaruit, antequam matureſceret.*

Paſſer in tecto.

Paſſeri in tecto, exter inops, & carens adjutorio eſt ſimillimus,unde cecinit David Pſam.101.*Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto*.

Expugnatis muris ad tecta confugiebant. Cives.

Belli tempore è tectis contra hoſtes explodebatur; unde ultima erat tectorum expugnatio. Iſaiæ 22. *Quidnam quoque tibi eſt,quòd adſcendiſti & tu, & omnes in tecta*?Et 15.*Supra tecta ejus, & in plateis ejus omnis ululatus*. Lucæ. 17. *Qui fuerit in tecto,& vaſa ejus in domo,non deſcendat tollere ea*.

SECTIO LV.

De Solario, quà Loco.

Quid Solarium ſit, & quare ſic nominetur?

TEctum paſſim appellatur Solarium, quod ſit Soli expoſitum. Exploratores Ioſue 2.majoris diſſimulationis gratia abſconditi ſunt in ſolario ſub ſtipulâ lini. Et Abſalon poſito tabernaculo in ſolario 2.Reg. 16.ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui.

Solarium pro ſpecula.

Eſt locus aptus exſpectaculis, quoniam quocumque ex ſolario deſpicitur. Iud.16.& 2.Reg.11.

Res ſecreta in ſolario tractantur.

Sed quia eſt locus à communi hominum converſatione ſemotus, eſt & aptus ut in ipſo res arcanæ tractentur. Et ideo ibi Samuel loquutus eſt de regno cum Saule 1.Reg.8.

SECTIO LVI.

De Pariete, quà Loco.

Quinam vocitentur mingentes ad parietem in Sacra Pagina?

INter alias phraſes, quæ Parietem concernunt, eſt *Mingens ad parietem*. Quia ad parietem converſi homines min-

gunt ad turpitudinem occultandam, ideo *Mingentis ad parietem* nomine ſignificatur vir, nam mulieres ad parietem non mingunt, & non quilibet vir,ſed ille tantùm, qui ad annos diſcretionis (ad ætatem, in quâ honeſtum à turpi diſcernere poteſt)pervenit.

An canes mingant ad parietem?

Occaſione illorum Verborum 3.Reg. 14.*Inducam mala ſuper domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem*. Sic enim per Ahiam loquutus eſt Dominus ad uxorem Ieroboam.Quærunt Interpretes, an etiam canis *mingentis ad parietem* nomine ſignificetur ita ut juſſus mingentes ad parietem occidere, interficere etiam canes deberet. Reſpondetur & canes & homines ad parietem mejere; quia ſupplicium eſt pœna peccati, & canes non peccant; ultima ſententia in mingentes ad parietem prolata, & per circumſtantias reſtricta, non canes concernit, ſed homines.

Cur homines & non canes condemnentur ſententia, quæ jubet omnes mingentes ad parietem occidi?

Oculos ad parietem convertere, *quid importet?*

Oculos,aut etiam totam faciem, ad parietem convertere, mœſtorum, triſtium, & afflictorum hominum eſt.3.Reg.21.*Avertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem.* Et Ezechiæ cap.1.*Convertit faciem ſuam ad parietem*.

Stare poſt parietem.

Poſt parietem ſtare dicitur,qui non longè abeſt.Cant.2.*En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum*.

Palpare parietem.

Parietum palpatio cœcum aut perturbatum animum arguit Iſaiæ.59. *Palpavimus, ſicut cæci, parietem*. Et Amos 5. *Quo modo ſiquis innitatur manu ſuâ in parietem*.

Pariete occludebatur locus tactus lepra,ut non poſſet nocere. Levit.14.

SECTIO LVII.

De Maceria, quà Loco.

Qualis murus maceria ſit? Et quid myſticè Sumpta ſignificet?

PRopriè murum brevem inter duo prædia interjectum ſignificat;& raro & non niſi metaphoricè ponitur pro munimento. Iſaiæ 5.*Diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem*.Mich.7.*Dies, ut ædificentur maceriæ tuæ*.Epheſ.2.*Et medium parietem maceriæ ſolvens, &c.fecit pacem*. Pſalm.143.*Non eſt ruina maceriæ*. Oſeæ 2. *Sepivi viam tuam ſpinis*. Pſalm. 61.*Tanquam parieti inclinato,& maceriæ depulſæ*. Pſalm.70 *Deſtruxiſti maceriam ejus*. Et Epheſ.2.2.*Chriſtus deſtruit parietem maceriæ*.

SECTIO LVIII.

De Sepe, quà Loco.

Ex qua materia conficι ſepes ſoleant?

MAteria ſepem à maceriâ diſtinguit; hæc enim terrâ & lapidibus, illa ramis paratur. Proverb. 15. *Iter impiorum, quaſi ſepes ſpinarum.* Mich. 7. *Et qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.*

Quæ animalia & quinam homines hærere ſoleant apud ſepes?

In eâ beſtiolæ venenoſæ & angues deliteſcere ſolent. Eccl. 10. *Qui diſſipat ſepē, mordebit eum coluber.* Nahum. 3. *Parvuli tui quaſi locuſtæ locuſtarum, quæ conſidunt in ſepibus in die frigoris.*

Solent immorari apud ſepes exteri, vagi, & inopes. Ierem. 49. *Plangite & circuite per ſepes*, & Lucæ. 14. *Exi in vias & in ſepes & compelle intrare.*

SECTIO LIX.

De Horto, quà Loco.

Quid Hortus communiter ſignificet?

DE vocis ſignificatione non eſt dubiū locus enim arboribus & oleribus conſitus, *Hortus* dicitur. 3. Reg. 21. Nabotho Acab. *Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum.* & Eſther 7. *Et introivit in hortum arboribus conſitum.*

Propter amœnitatem eligi ab amantibus ſolet. Cant. cap. 4. *Veniat dilectus meus in hortum ſuum.* Et cap. 5. *Veni in hortum meum ſponſa mea.*

Locus ad orandum aptiſſimus.

Eſt locus ad orandum aptiſſimus: & ideo Dominus ſæpe in hortum veniebat, ut oraret. Ioann. 17. *Sciebat autem & Iudas locum, quia frequenter Ieſus convenerat illuc cum diſcipulis ſuis.*

Idola à Gentilibus ponebantur & adorabantur in hortis.

Ab Ethnicis Idola colebantur in hortis. Iſaiæ 66. *Erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis.* Et ibid. *Qui immolant in hortis.*

Sepulchra in hortis.

Sepulchra etiam fodiebantur in hortis. Ioann. 19. *Erat autem in loco, ubi crucifixus eſt, hortus; & in horto monumentum novum.*

Hortus concluſus.

Hortus concluſus Epitheton eſt puriſſimæ Virginis Mariæ, quo ejus integritas ſignificatur. Vnde illud. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa.*

Quænam fierēt in hortis?

Conſilia cum amicis in hortis tractabantur, convivia habebantur. Vide 2. Reg. 4. & 13. nec non 4. Reg. 6.

De Nominibus Latinis Hortus *&* Horti, *&* *Hiſpanis* la Huerta, *&* el Huerto.

Hic nihilominus veniunt monendi Critici nomina *Hortus* & *Horti* apud Latinos, & nomina *Huerta* & *Huerto* apud Hiſpanos non coincidere; Locus enim, ubi plantantur olera, latinè *Hortus* dicitur, *Hiſp. la Huerta*: at verò ille, in quo flores ſeruntur, & folia forficibus obediunt; *Horti* à Latinis in plur. & *el Huerto* ab Hiſpanis vocatur.

SECTIO LX.

De Theſauro, quò Loco.

Theſaurus pro loco ſumitur, in quo res pretioſa conduntur, & etiam pro ipſiſmet rebus pretioſis, quæ in eodem loco deponuntur.

QVia in theſaurum res tantùm pretioſæ ponuntur, eſſe rem pretioſam ſignificat in theſaurum deponi. Et res pretioſæ cenſentur, quæ habentur cordi Matt. 6. *Vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum.*

Opulentia magna theſauri nomine ſignificatur. Num. 20. *Aperi eis theſaurum tuum.* Deuter. 28. *Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, Cælum; ut tribuat pluviam.* Pſalm. 134. *Producens ventos de theſauris ſuis.* Lucæ 6. *Bonus homo de bono theſauro cordis profert bonum.*

SECTIO LXI.

De Menſâ, quà Loco.

Menſa bifariā ſumitur, in bonam partem pro amicitia, in malā pro ebrietate.

NOmen eſt *Menſa*, quod accipitur in bonam, & malam partem. Quando in bonam familiariſſimam conſuetudinem & amicitiam ſignificat. 2. Reg. 9. *Tu comedes panem in menſâ meâ ſemper. Et Mephiboſeth. filius Domini tui, comedet ſemper panem ſuper menſam meam.* Quando in malam accipitur, innuit ebrietatem. Iſaiæ 27. *Menſa tua repleta ſunt vomitu.*

Menſa panum in Templo, Cæremonia, quæ poſteà fuit ab Ethnicis uſurpata.

In Sacris *menſa* ſignificat Divinitatem; nam menſa panum propoſitionis in templo Exod. 25. & 26. collocabatur, non ut Deum comedere, ſed Deum omnibus alimenta præbere, hoc ſymbolo ſignificaretur. Et hanc cæremoniam profanarunt Idololatræ, menſas ſimiles in ſuorum Numinum templis ponentes. Iſaiæ 65. *Qui ponitis Fortunæ menſam & libatis ſuper eā.* In Belis templo erat menſa, Dan. 14. ſed in qua Bel comederet, ut Sacerdotes mentiebantur. Vtriuſque menſæ meminit Apoſtolus 1. ad Corinth. 10. *Nolo autem vos ſocios (communicatores) Dæmoniorum fieri. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorū. Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ* Dæmoniorum.

Menſa in primitiva Eccleſia erant in quibus cibi præbebantur pauperibus.

Menſa & victum ſignificat, quem in Eccleſia primitiva præbebatur pauperibus Act. 6. *Non eſt æquum nos derelinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis.*

Menſa fœneratorum.

Menſa etiam nomine nummulariæ, & fœnerariæ ſignificantur. Luc. 19. *Oportebat te dare pecuniam meam ad menſam.* & Matth. 21. Chriſtus *menſas nummulariorū evertit.*

SE-

SECTIO LXII.

De Arcâ, quà Loco.

Arca pro tributo.

DE Arca Noæ, & Arca fœderis alibi plura diximus, quæ non juvat reſcribere.

Pro pecunia ipſa, & pro tributis *arca* ponitur. Eſdr. 6. *Et ut ædificetur domus Dei de arca Regis*; hoc eſt, de tributis, quæ in regione trans flumen dantur Regi. Et 2. Macab. 4. *Et cum exactionem faceret Soſtratus, qui arcæ erat præpoſitus.*

SECTIO LXIII.

De Molendino, quà Loco.

Vnde dicatur Molendinum?

Nunc ab Animalibus, aqua vel vento rota trahitur; ſed olim trahebatur ab hominibus.

Rotam trahere erat miniſteriū viliſſimum.

NOmen habet à *molâ*, moluntur enim in eo grana. Hodie aquæ impetu, venti vehementia, aut equorum concurſu rota volvitur, at olim ab ipſo molitore vertebatur. Quam ob rem hoc in Republica viliſſimum eſſe miniſterium cenſebatur. Exod. 11. *A primogenito Regis uſque ad primogenitum ancillæ, quæ erat in mola.* Iſaiæ 47. *Tolle molam, & mole farinam.* & Matth. 24. *Erunt duæ molentes in mola: una adſumetur, & una relinquetur.*

Molæ ſtrepitus quid myſticè importet?

Vbertatem & granorum abundantiam ſtrepitus molæ ſignificat; ubi enim deſunt grana, quæ conterantur, ſilent molæ. Hierem. 25. *Perdam ex eis vocem molæ, & lumen lucernæ.* hoc eſt, faciam, ne habeant grana, quæ molant, nec oleum, quod in lucernas ſuas poſſint immittere. Apoc. 18. *Et vox molæ non audietur in te ampliùs*, hoc eſt, non dabunt tibi agri grana, quæ poſſis molere.

SECTIO LXIV.

De Portâ, quà Loco.

SVnt Portæ, vel publicarum ædium, vel privatarum domorum, vel Templorū.

Poſſidere portas, quid ſit?

Poſſidere portas eſt dominari. Gen. 22. *Poſſidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum.*

Vſus portarum communis.

Communis portarum uſus ſocietatem ſignificat. Pſalm. 117. *Aperite mihi portas Iuſtitiæ, & ingreſſus in ea confitebor Domino.* Deuter. 25. *Peregrino, qui eſt intra portas tuas da, ut comedat.* &c.

Extra portam conſtitui.

Extra portam conſtitui deteſtationem, proſcriptionem & excommunicationem ſignificat. Sic Chriſtus, utpotè noſter fidejuſſor, propter peccata noſtra, factus eſt maledictum, & ideò extra portam paſſus eſt, ut inquit Paulus cap. 13. ad Hebr.

Quænam erant quæ in porta Civitatis publicabantur?

Qui porta Civitatis publicus locus erat apud eas dicebatur, quod debebat ad omnium pervenire notitiam. Geneſ. 23. *Cunctis audientibus, qui ingrediebantur portas civitatis illius.*

Munia publica fiebant in porta.

Communes incolarum conventus & conciones in civitatis porta fiebat, ibi celebrabantur nundinæ, & publici ludi habebantur. Iob. 29. *Quando procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi* Pſal. 9. *Vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Pſal. 67. *Adverſum me loquebantur, qui ſedebant in porta.* Proverb. *Nobilis in portis vir ejus* Amos 5. *Odio habuerunt corripientem in porta.* 4. Reg. . *Modius ſimilæ ſtatere uno erit eras, hoc eodem tempore, in porta Samariæ.* Deut. 17. *Et Iudicum intra portas tuas videris verba variare.* & 22. *Ferent ſecum ſigna virginitatis ad ſeniores urbis, qui in porta ſunt.*

Porta politicè accipitur pro Supremo Senatu.

Hinc Porta ſumitur pro ſupremo Conſilio, aut Conſiſtorio. Gen. 27. *Verè (hic locus) non eſt niſi domus Dei, & Porta Cæli*, hoc eſt, Conſiſtorium Cæleſte. Hinc hodie Conſtantinopoli ſupremum Magni Turcæ Conſilium *Porta* vocatur. Et Oratores, qui ad Turcam legantur, *mitti ad Portam* dicuntur.

Aſcendere ſupra portam.

Vigiles & qui aliquid indagare deſiderant, ſupra portam adſcendunt. 2. Reg. 17. *David ſedebat inter duas portas; ſpeculator verò erat in faſtigio portæ.* & 2. Reg. 22. *Abſalon mane conſurgens, ſtabat juxta introitum portæ in* via. &c. 2. Reg. 17.

Aræ in portis erectæ.

In portis aræ à Gentilibus conſecrabantur. 4. Reg. 23. *Ioſias deſtruxit aras portarum in introitu oſtii.*

Ponere portas, quid?

Portas ponere, eſt ædificium abſolviſſe: non enim illæ ante operis finem adponuntur Ioſ. 6. *In noviſſimo liberorum ſuorum portas ponat ejus.*

Portarum frequentia.

Portarum frequentia, aut infrequentia arguit populi numerum. Iſaiæ 3. *Mærebunt atque lugebunt portæ ejus* (hoc eſt, non frequentabuntur) *& deſolata in terra ſedebit.* Hierem. 14. *Luxit Iudæa, & portæ ejus corruerunt.* Thren. 5. *Senes defecerunt de portis.*

De ſtricta & lata porta. Quænam ſint?

Quæ ſit ſtricta & lata porta Matth. 7. 13 exponit Dominus Noſter Ieſus-Chriſtus his verbis. *Intrate per anguſtam portam, quia lata porta & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quàm anguſta porta, & ſtricta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam.*

Qui ingrediuntur per latam & ſpatioſā viam dum vivunt, tandē ad inferi & mortis portam, cùm devivunt, perveniunt. Iob. 37. *Numquid apertæ ſunt tibi portæ mortis,*

& oſtia tenebroſa vidiſti. & 41. *Portas vultus ejus quis aperiet?* Nahum. 2. *Portæ fluviorum apertæ ſunt.* Zach. 11. *Aperi Libane portas tuas.* Pſal. 9. *Qui exaltas me de portis mortis.* &c. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquaverunt uſq; ad portam mortis.*

SECTIO LXV.

De Oſtio, quà Loco.

An oſtium à porta differat?

IDem ſonat ac *Porta*; idem Hebræum nomen interpres jam *Oſtium*, & jam *Portam* interpretatur.

Oſtium Cæli.

Verum & unicum ad Cælum Oſtium Chriſtus eſt. Quod & Ioann. 10. 7. ipſe teſtatur, dicens, *Amen, amen, dico vobis, quia ego ſum Oſtium ovium, Omnes quotquot venerunt,* (& per aliam viam ingreſſi) *fures ſunt, & latrones: ſed non audiverunt eos oves. Ego ſum Oſtium. Per me ſiquis introierit, & ingredietur, & egredietur, & paſcua* (paſtum) *inveniet.*

Cuſtodia in oſtio.

Cuſtodiæ publicæ conſtituuntur apud Oſtia, 4. Reg. 12. *Mittebantque in eo Sacerdotes, qui cuſtodiebant oſtia, omnem pecuniam.* Nehem. 11. *Qui cuſtodiebant oſtia centum ſeptuaginta duo.* Pſalm. 140. *Pone, Domine, cuſtodiam ori meo, oſtium circumſtantiæ labiis meis.* Nec enim ſemper, ſed ſub opportunis circumſtantiis tacendum aut loquendum eſt.

Petere oſtium alicujus.

Oſtium alicujus petere, eſt amicitiam illius petere. Prover. *Et, qui vigilant ad fores meas quotidie, & obſervāt ad poſtes oſtii mei.* Et huc ſpectat frequens illa oſtii tabernaculi mentio Levit. 1. & 4.

Oſtium apertū præbet occaſionem.

Oſtium apertum Occaſionis eſt ſymbolū Act. 14. *Et oſtium mihi apertum eſſet in Domino.*

Oſtium claudere.

Oſtium claudere eſt in ſecreto arbitris ſemotis aliquid agere, Matth. 5. *Et clauſo oſtio ora Patrem tuum.*

Oſtium clauſū per Antonomaſiam Porta Inferni.

Et *Oſtium clauſum* per Antonomaſiam dicitur Porta inferni. Virg. Æn. 6.

—— *Facilis deſcenſus Averni.*
Noctes, atque dies atri patet janua Ditis.
At revocare gradum ſuperaſque evadere ad auras
Hoc opus, hic labor eſt.

Paucis illa Maronis Carmina, at nulli Orthodoxa Veritas tale privilegium concedit, *quoniam in Inferno nulla eſt redemptio.* Clauduntur ibi qui morte æterna condēnati. Et quidem ut ſanctè & ſcitè D. Auguſtinus exclamat, *Nulla major & pejor eſt mors quàm ubi non moritur mors.* Quæ verba S. Gregorius lib. 9. Moral. hoc Scholio dilucidat. *In Gehennâ miſeris erit mors ſine morte; finis ſine fine: quia ibi Mors vivit, & Finis ſemper incipit.* Claudet Angelus Abyſſi Inferni oſtiū, & clavim franget, ut ſciant damnati illud Oſtium recludendum non eſſe.

Vide Sectione XVI. in fin.

Vt homines à periculo incidendi in barathrum æternæ damnationis eripiat, Pſalm. 54. 16. exclamat David, *Deſcendant in Infernum viventes.* Qui enim contemplationis oculis eo pervenerit, res ſuas ita expediet, ut illuc poſt mortem à Dæmone deferri non debeat. Vnde S. Philippus Nerius libr. 2. cap. 5. *Chi non và all'Inferno vivo, porta grā pericolo d'andarvi morto.*

SECTIO LXVI.

De Limine, quà Loco.

Quid Limen ſit?

EST primus lapis in ipſo aditu domus vel Templi. Deuter. 6. *Scribeſq; ea in limine & oſtiis domus tuæ.* 2. Reg. 5. *Manus Dagon abſciſſa erant ſuper limē.* Ezech. 10. *Egreſſa eſt gloria Domini à limine Templi; & adorabitur ſuper limen portæ.*

Orare ante limina.

Ante Templorum limina orabant Ethnici; quo reſpiciens Virgilius libr. 6. cecinit.

Ventum erat ad limen, cum Virgo poſcere fata
Tempus, ait; Deus ecce Deus. &c.
Nec mortale ſonans, afflata eſt Numine quando
Iam propiore Dei: Ceſſas in vota, preceſq;
Tros (ait) Ænea? ceſſas? &c.

Et Ecl. V. limine Cæleſtem Portam exornavit his verbis.

Candidus inſuetum miratus limen Olympi
Sub pedibuſque videt nubes & ſydera Daphnis.

SECTIO LXVII.

De Feneſtrâ, quà Loco.

Ingredi per feneſtras.

Egredi per feneſtras.

AVlæ, ut lucem recipiant, & ut Aulici, quæ extra fiunt, reſpicere poſſint, formantur; non ut ingreſſum, aut exitum præbeant. Nam per feneſtram egredi, timoris eſt; ingredi, audaciæ. Ioel 2. *Per feneſtras cadent, & non demolientur. Per feneſtras intrabunt, quaſi fur.* Et quia mors furtim ingreditur, Hieremias 9. ait, *Ingreſſa eſt mors per feneſtras noſtras.*

Aves cantare in feneſtris, quid politicè ſit?

Cantant aves in locis ſolitariis: & ut domus ab habitatoribus deſerta ſignificetur, dicit Seph. 2. *Vox cantantis in feneſtra, corvus in ſuperliminari.*

Feneſtræ Obliquę etiam olim apud Hebræos notæ. 3. Reg. 6. & Ezech. 40. Vide no-

noſtram Obliquam Architecturam in qua ex profeſſo explicantur.

SECTIO LXVIII.

De Gazophylacio quà Loco.

Nominum ratio dilucidatur. Quænam in Gazophylaciis ſervabantur?

LOca, quæ Hebræus לשכרות, Græcus Γαζοφυλάκια appellant; & in Templo erant aliqua, in quibus aurum, argentum, æs, ferrum, vaſa plurima, & telæ, ad Sacerdotum, Regum, & Principum uſum cõſervabantur. Et quia non promiſcuè omnia in eumdem deponebantur locum, ſed quæ ad unum genus pertinebant in unum, & quæ ad aliud in aliud deferebãtur. De veſtium Gazophylacio agit Nehem. 12. De theſaurorum, Regum, & Cantorum Gazophylacio tertii ſeptimo Eſdras, & Ezech. 40. De Gazophylacio filiorum Hanan, nec non etiam de Gazophylacio Principum Hieremias 35.

Qui ad illa conveniebant?

In hæc Gazophylacia conveniebãt miniſtri, Hierem. 36. Et Dominus noſter Ieſus Chriſtus Ioann. 7. *docebat in Gazophylacio*, & Marc. 12. *ſedebat contra Gazophylacium.*

SECTIO LXIX.

De Corbona quà Loco.

Quænam fuerit inter Corbonam & Gazophylacium differentia?

DIffert à Gazophylacio; tametſi enim utrumque theſaurus ſit, quę ex devotione offerebantur, in Corbonam: quæ autem aut emebantur, aut ex obligatione offerebantur, ponebantur in Gazophylacio.

An Corbona an verò Corbana dicenda ſit?

Tϋ Corbonan Matth. 27. 6. fit mentio. Iudas enim pecunias, quas pro proditione recęperat, projecit in Templum, & ſtrangulavit ſe. *Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non licet mittere eos in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt.* Et neſcio, cur Latini ſcribimus Corbonan; cùm ſit in Græco Κοϱβανᾶν.

NOTA.

Egimus universìm de Locis, nunc determinate & in individuo de aliquibus Civitatibus & oppidis aliqua ſubſcribamus.

SECTIO LXX.

De Hieruſalem quà Loco.

Quid ſignificat nomen Hieruſalem? An ad bellum an ad pacem pertineat?

QVam Hebræi ירושלים, IERVSALAIM hanc Græci ἱεροσόλυμαν dicunt. Hujus nominis ſignificatio videtur & pacem & bellum concernere; ita in toga ſit *Viſio pacis*, ראה raah eſt videre, & שלם SALEM eſt nomen appellativum & ſonat *pacem*. In ſago autem hoc nomen arrogans & comminatorium eſt, *Timete Salem*, nam ירא IARA, *timere* eſt; & שלם *Salem* eſt nomen illius loci proprium & hoſtibus inſultat dicens; *Timete locum qui vocatur Salem.*

Quis hanc Civitatem condiderit?

Fuit autem Hieroſolyma condita à Melchiſedech aſſerente Ioſepho. Poſtea à Iebus Chananæi filio *Ioſua* 18. 28. occupata, Iebuſæa dicta. Et denique ut *lib.* 11. Volaterranus ſcribit, *Helia* ab Helio Adriano nominata.

Cur Iebuſæa, & cur Helia vocata fuerit?

A quibuſ ne habitata fuerit?

Mediam fere magnificæ urbis partem Tribus Beniamin poſſidebat. De illa ſunt præcipuæ Prophetiæ, quas Hieremias præcinuit. Inquit cap. 11. *Et loquimini ad viros Iuda, & ad habitantes Hieruſalem.* &c. *Adſcenditque Rex Templum Domini, & omnes viri Iuda, univerſique, qui habitabant in Hieruſalem.*

Cur vocata fuerit Civitas Sancta? An ne à Sanctitate futura?

Civitas ſancta etiam olim propter Chriſtum, qui in ea paſſurus erat, nominabatur, diverſiſque honorabatur elogiis à Scriptoribus ſacris. 4 Reg 22. De qua dixit Dominus. In Hieruſalem *ponam nomẽ meum.* Pſalm. 50 *Benignè fac in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Hieruſalem.* Pſalm. 146. *Et videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.*

Hieruſalem Cælum ſignificat.

** Illud Zachariæ, Abſque muris habitabitur Hieruſalem, æquè poteſt de terrena & Cæleſti explicari.*

Sæpe in Sacris literis Cælum empyreũ, & æternæ gloriæ beatitudo Hieroſolymæ nomine ſignificatur (*) Lege Apoſtolum, qui cap. 4. 26. Galatis ſic ſcribit. *Illa autem* (*ſublimis*) *quæ ſurſum eſt, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum.* Et Sic Hebræis cap. 12. *Acceſſiſtis ad Sion montem ſanctum, & Civitatem Dei viventis, Hieruſalem, Celeſtem.* &c. Et S. Ioannes in Apocalypſ. ſua *Vidi*, inquit, *Sanctam Civitatẽ Hieruſalem, Novam, deſcendentem de Cælo.* Quod eodem intelligendum eſt ſenſu, quo illud Orationis Dominicæ, *Adveniat Regnum Tuum*, nam Regnum Dei (Hieruſalem Cæleſtis) deſcendit in cor noſtrum per gratiam; ut ad illud poſteà adſcendere poſſimus per gloriam.

Quomodo hoc nomen apud Græcos aut etiã Latinos declinetur?

Et hic Critici obſervent hujus civitatis vocabulum variè declinari apud Græcos: dicitur enim ἱερȣσαλὴμ per omnes caſus: itemque ἱεροσόλυμα ης & ἱεροσόλυμα ων. Vnde eos imitati Latini, volunt ut *Hieruſalem*, *Hieroſolyma*, *æ*, & *Hieroſolyma*, *orum* nominetur. 1. Paral. 3. 4. Matt. 2. 3. & 3. 5. Lucæ 12. 25. &c.

SE-

SECTIO LXXI.

De Sione quà Loco.

Quis Mons ille fuerit? & quomodo à vicinis diſtinguatur?

SIc vocabatur in Iebuſæorum regione mons, qui eſt proximus Hieruſalem. Eſt montis Hermonis ramus, & ſemper munitus ab indigenis, ut ab hoſtibus protegerentur. Deuter.4. *Vſque ad montem Sion, qui eſt Hermon.*

Metonymia.

Hoc nomine, quia pars pro toto ſæpe accipitur, aliquando tota intelligitur Hieruſalem. 4.Reg.9. *Subſannavit te virgo filia Sion.*

Sion ſumitur pro Beatitudine.

Et ſicut Hieruſalem, ſic & Sion accipitur pro Gloriâ Cæleſti. Ad Hebr. 12. 22. *Acceſſiſtis Sion, montem & civitatem Dei viventis, Hieruſalem Cæleſtem, & (myriadum) multorum millium Angelorum frequentiam.* Et Ioannes, Apoſtolus & Evangeliſta, in Revelationum ſuarum c. 14. 1. *Et vidi,* ait, *& ecce Agnus ſtans ſuper Montem Sion; & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes Nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis.*

SECTIO LXXII.

De Civitate David, quà Loco.

Quænam ſit Civitas David & quare ſic fuerit vocata?

MOns Sion, arx quæ in illo, & oppidum quod adjacebat, & quæ à Iebuſæis occupabantur, & propugnabantur; expugnavit & obtinuit David, novis exornavit ędificiis, & novis incolis nobilitavit. Et ideo hic locus ad Regis gloriam *Civitas David* cœpit denominari. Conſtat ex ſacrâ Pagina. 2.Reg.3. *Cepit autem David arcem Sion.* Et 3.Reg. 7. *De civitate David*, id eſt de Sion.

Quinam in illa habuerint domicilia?

Hæc poſtea Regum Curia fuit; & in ea enim præter Reges etiam Regni Proceres erexerunt palatia. 2.Reg. 5. Hinc 1. Machab. 2. legitur, *Et renunciatum eſt viris Regis, & exercitui, qui erant in Hieruſalē, in civitate David.* Et poſteà cap.7. *Et fugerunt in Civitatem David.* Et 2. Mach. 14. *Et, qui in Civitate David erant, in Hieruſalem, in arce.*

SECTIO LXXIII.

De Bethlehem, quà Loco.

Bethlehem *eadem quæ* Ephrata. *Hic uxorem Levitæ opprimendo acciderunt.*

LVcæ 2.4. & Ioann.7.42. quòd in ea 1. Samuel 16.18. habitaverit David, *Civitas David* nominatur. Ad Tribum Iuda pertinebat. Hinc fuit ille Levitæ, cujus uxorem illicito concubitu Iudic. 19. 1. Gabaonitæ necarunt. Olim dicta fuit Ephrata, Geneſ. 35.19. & 48.2. Eamque Roboam 2.Paral. 11.6. ædificio munivit.

Cur fuerit condita: an propter nationem futuram ignotam ipſiſmet conditoribus?

Condita fuit ut eſſet ſancta, & Domini noſtri Ieſu-Chriſti Nativitate bearetur. Matth. 2.6. Rex Herodes & Proceres omnes & populi erant Hieroſolymis adventu Majorum perterriti. Et tunc Herodes ut ſe à periculo Coronæ amittendæ ſubduceret, Sacerdotum Principes, & Populi Scribas vocavit in ſynodum, & ſciſcitabatur ab eis, *Vbi Chriſtus naſceretur?* Et illi *in Bethlehem Iuda* reſponderunt; Michæas enim cap. 5. 2. præſcio ſpiritu dixit. *Et tu Bethlehem, terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim exiet* [*] *Dux, qui regat populum meum Iſrael.*

Vide Hieronymum de locis Hebraicis; ibi enim multa de hac civitate lectu digna Sanctus Doctor ediſſerit.

[*] Multa olim verba quæ hodie variantur ut *Audio*, ut *Eo* conjugabantur: & multa contrà, quæ hodie *Eo* imitantur olim decurrebant ut *Audio*.

SECTIO LXXIV.

De Bethel, quà Loco.

Bethel quid Latinè ſignificet?

Olim vocabatur Luza.

LAtinè *Domus Dei* diceretur. Eſt urbs in Tribu Benjamin: ſic primum à Iacob cognominatu. Geneſ. 12.8. & 28.19. & 1. Paral. 7.29. & Iudic. 4. 5. Eadem & Iudic. 1.23. *Luza* nominabatur.

Locus fuit religioſus ſub initium. Geneſ. 27. & 31. & 35. ſed poſt ab idololatriâ inquinatus 3.Reg. 12. Hier. 47. Oſeæ 10. Amos 3.

SECTIO LXXV.

De Galaad, quà Loco.

Qualis Galilæa ſit, & ubi jaceat?

ESt Galilææ regio ad Orientem ultra Iordanem. Geneſ. 31.21. In eâ dimidia Tribus Manaſſæ cum Tribubus Ruben, & Gad. Num. 32.39. Deuter. 3.15. Ioſuæ 13.11. poſſeſſionem accepit. Iacet ad tergum Phœnices & Arabiæ; Libani collibus adhæret; per deſertumque & Amorrhæorum, quibus ut habetur in Pſalm. 60. 9. Schon imperavit, protenditur. 4.Reg. 10. *A Iordane contra Orientalem plagam omnē terram Galaad.* Eſt locus fertilis, & optimis paſcuis abundans.

An ſit felix & dives?

Ponitur pro incolis. Iud. 10. *Galaad trans Iordanem quieſcebat.*

Arboribus & plantis, è quibus defluūt reſinæ & aromata, exuberat. Geneſ. 37. *Viderunt Iſmaelitas viatores, venientes de Galaad, portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum.* Et Hierem. 8. *Numquid reſina non eſt in Galaad?* & iterum 46. *Adſcende*

Reſina plurima in Galilaa.

ſtende in Galaad, & tolle reſinam, Virga filia Ægypti, fruſtra multiplicabis medicamina, ſanitas non erit tibi.

Galilaa accipitur pro tota Paleſtina.

Hieremias cap. 22.

Figuratè accipitur pro toto regno Iuda quod pulchrũ & opulentũ erat ut Galaad. Et hoc ſenſu verſum illũ Hieremiæ intelligunt expoſitores. *Galaad, tu mihi Libani Caput. Si non poſuera te in Solitudinem, urbes inhabitabiles.* &c.

SECTIO LXXVI.

De Charmelo, quà Loco.

Charmeli nomẽ æquivocũ, commune & propriũ quid ſignificet in acceptione cõmuni, & quid in propria?

An debeat ſcribi per *Ch?*

Qualis provincia Charmelus olim fuerit?

NOmen CHEREM, appellativum, & proprium eſt. In priori acceptione ſonat *Vineam*; & loca, ubi multa vineta reperiuntur, ſignificat. Iſaiæ 10. *Gloria ſaltus ejus & Charmeli (vineti) ejus; ab anima uſque ad carnem conſumetur*; & ib. 29. *Convertetur Libanus in Charmel* (vineas) *& Charmel* (hæc ipſa vinearum multitudo) *in ſaltum* (aut ſylvam) *reputabitur*.

Nomen autem כרמל, ſi proprium ſit eſt Libani brachium; regionem continens quæ olim erat integrum regnum, & ab uno Principe gubernabatur. Ioſve 22. Poſteà ceſſit in ſortem Tribui *Iuda*. Ioſvæ 15.

Et in ſpecie Civitatem ſignificat, quę in illo monte aliis oppidis dominabatur. Ioſ. 15.54. Iſaiæ. 29.17.

Hunc Helias, Eliſæus, & Prophetarum Filii ſua ſanctitate & miraculis celebrem reddiderunt.

SECTIO LXXVII.

De Libano, quà Loco.

Libanus, cur à candore nomen habeat?

EST mons altiſſimus, in Syria, & teſte Ptolemæo libr. 5. à thuris candore, quod ibi colligitur, denominatus; nam LABAN, ſonat *Candidam*. Deuter. 1. 1. Iudic. 3. 3. Iſaiæ 2. 13. At malunt alii à nivibus, quæ ſemper in vertice proſpectantur, nomen ſortitum fuiſſe; & in multa brachia, quæ in diverſas partes protenduntur, diſpeſcitur. De aliquibus ejus ramis jam diximus: de ipſomet aliquid ſubſcribamus.

Cedri hujus montis ſunt in pretio, non enim alio in loco repeꝛiuntur longiores 1. Reg. 5. 6. *Habet cedros altiſſimas.*

Ab occaſu in Orientem decurrit, Iſraeliſque regionem à Syria Damaſci ſecernit. Oſtium habet apud urbem Emath, per quod à Syria in Palæſtinam venitur. Et apud univerſos Autores eſt perpetuò virentium arborum, & odoratiſſimarũ plantarum laude inſignis. Vide Deuter. cap. 1. & 3. & Hierem. 17. *Eſt valdè amœnus & fertilis.*

Erat tam pulcher, ut qui à pulchritudine aliquem laudare vellet, compararet eum Libano. Cantic. 5. *Species ejus ut Libani.* *Ejus pulchritudo in exemplum habebatur.*

Ornavit & illuſtravit eum Salomon, 3. Reg. 4. Domum ſaltus Libani ædificans.

SECTIO LXXVIII.

De Baſan, quà Loco.

Baſan, à quibus olim habitata fuerit? quomodò poſteà inter Hebræos diſtributa?

EST regio latè patens, ab Og olim Regia Majeſtate gubernari: ſed Num. 32. Rubenitis, & Gaaditis, & dimidiæ Tribui Manaſſe Num. 21. 32. & Iſaiæ 2. 13. adjudicata. Priùs, ut ex Deuter. 31. colligitur, *Terra Gigantum* vocabatur. Sed & dicta fuit etiam *Havot-jair*. Deut. 3. 14. nec non & *Terra Raphaim*, ſeu *Terra Medicorum*.

Fuit valde fertilis.

Pro loco fertiliſſimo & abundantiſſimo hoc nomen ſumitur metaphoricè. Hierem. 50. *Et paſcetur Charmelus & Baſan.* Mich. 7. *Et in medio Charmeli paſcetur Baſan, & Galaad juxta dies antiquos.* Malach. *Et infirmatus eſt Baſan.*

mavit impatiens, *Meritò appellamini Bœoti, nam boum habetis aures*. Maximus *lib. 15. de doctrin. & ſermon.* Inter Adagia paſſim auditur illud, Βοιώτιος νόμος, quod alii *Bœoticam cantilenam*, alii *Bœoticam legem* interpretantur & juxta utramque expoſitionem poteſt Hiſpanicè dilucidari, *Coplas de ciego* dicimus, ſunt inconcinni verſus: *& ſentencia de carta rota*, eſt illa, quæ lege & arte caret. Et ab hoc Adagio non multum diſtat hoc, Βοιώτια αἰνίγματα. *Bœotica ænigmata*, quæ enim aſſerebant hi homines, tam erant arcana, & obſcura, ut & audientes fugerent, & dicentes laterent.

Bœotica lex. Bœotica cantilena.

Bœotica Ænigmata.

Nurſini olim improbi cenſebantur. Servius verſus illos dilucidans,

—— *Quos frigida miſit*

Nurſia, & Hortina claſſes, populiq; Latini

Virg. Æneid. 7

Sic ſcribit. [*Frigida Nurſia*, vel quia re vera talis eſt, vel frigidam dixit, quaſi venenoſam & nocentem, Gracchi namque ubique in concionibus ſuis Nurſinos ſceleratos appellaverunt. Scimus autem Virgilium amare Hiſtoriarum tem per tranſitum tangere.] Hæc ille.

Quid nomen frigidus ſignificet?

Quomodo hiſtorias veteres attingere ſoleat Virgilius?

Pœni erant infideles, unde in Adagium venit Ποινικὴ πίστις, *Punica fides*; quæ enim Romanis promiſerant, quamdiu ſibi erant utilia, obſervabant.

De Fide Punica.

Et quid de Græcis dicam? Reſpondent aliqui producendo hæc Adagia. Ἀττικὸς μάρτυς, *Atticus teſtis*, & Ἀττικὴ πίστις, *Attica Fides*, non enim obtinuiſſent vulgò, niſi Græci teſtes eſſent probatiſſimi & incorruptiſſimi. At per Ironiã hæc admitti Proverbia Diogenianus affirmat: & probat ex Tullio pro Flacco; repudiat enim & elevat Græcorũ Teſtiũ fidem his verbis. *Verumtamẽ hoc dico de toto genere Græcorũ Tribuo eis literas, & multarum Artium diſciplinam, non adimo leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; deinde ſiqua ſibi alia ſumunt, non repugno. Teſtimoniorum religionem & fidem nunquam iſta Natio coluit; totiuſq; hujuſce rei, quæ ſit vis, quæ authoritas, quod pondus ignorat.*

De Græca.

An per ironiam fides Attica in exemplum ponatur?

Quales ſint Græci teſtes?

Sunt ſingulis gentibus ſua vitia propria, & ideò ſicut Capitalia à cæteris, ſic etiam ab utriſque debent peccata provincialia diſtingui. Et de ipſis in Theologia Fundamentali ſpecialiter diſſero. Eademque Ioannes Lanzius ad numeros ſequentes reduxit.

De peccatis provincialibus.

Pons Polonicus,
Monachis Suevica,
Devotio Italica,
Humilitas Hiſpanica,
Conſtantia Gallica,
Et jejunia Germanica,
Nihil valent omnia.
Sigalion ſecunda Pars.

Aliqua recenſentur.

Sic ille, bene aut male; ego enim Nationes univerſas veneror, eximias enim Virtutes per ſingulas diſtributas ſuſpicio.

SECTIO II.

Quàm certa ſint Indicia, quæ à Patriâ ſumuntur?

Ecce loquitur Patria, & ſuorum Filiorum bonas & malas qualitates exponit. Sed quanta certitudine? Sanè, ut judico; valde ſunt probabilia argumenta, quæ à Loco Natali ſumuntur, at ipſa ſunt cum prudentiâ & judicio formanda: tametſi enim in tribunali reum indicent, ſola, niſi aliæ accedant probationes, non convincunt; eſt enim Pronunciatum Dialecticum, *Non perſuadet rem eſſe, quod contingit aliquando non eſſe*. Sunt enim bonæ hæ Conſequentiæ, *Semper, Ergo & nunc. Vbique, Ergo & hic. Vniverſi, Ergo & Lælius*: hæ autem, *Aliquando, Ergo & nũc. Alicubi, Ergo hic. Aliquis, Ergo Lælius*; etſi à Logicâ Scholaſticâ non admittantur, nõ enim neceſſariò concludunt, habent in Morali ſuum locum, & Probabilitatis modo affectæ mentem dirigunt. Oportet enim Certitudinem ſecernere à Fiducia & ſpe: & à puris particularibus non illam, ſed iſtas deducere; nam ab Eccleſiâ monitus ad Dominum noſtrum Ieſum-Chriſtum convertens orationem ſic inquam.

Qualia ſint indicia, quæ ſumuntur à Patria?

In rebus liberis & contingentibus nos debet manuducere Canonici Iuris Regula XLV.

Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius Et veriſimilius eſſe dicimus, *quod plerumque fieri conſuevit.*

Qui Mariam abſolviſti,
Et Latronem exaudiſti,
Mihi quoque Spem dediſti.

At quia hæc ſpes, caret ſecuritate à Divinâ clementia continuam protectionem exoro.

A paucis, non certa & evidẽs ſed probabilis (ſeu plena ſpe) aliquando Cõſequentia deducitur.

Sicut ad futura ſpes, ſic ſe habent ad præterita Indicia, Præſumptiones ad utraque. Et hanc ob rem, nec contemnenda omninò ſunt, nec ut Oracula accipienda argumenta; quæ ſumuntur à Patria: nam in ſingulis

Sunt mala miſta bonis, ſunt bona miſta malis.

Habuimus Poëtas & Oratores celebres è regionibus barbaris: ſtrenuos milites è populis effœminatis. Scythæ enim ita feroces ſunt, ut rationem neſciant, & ſolâ violentia regantur; & Athenienſes ita culti, ut non ſolùm aliis Græciæ provinciis, ſed Italiæ, Aſiæ, Ægypto, & Africæ bonæ mentis Palæſtritas conceſſerint: & tamen *apud ſocordiſſimos Scythas Anacharſis ſapiens natus eſt, & apud Athenienſes catos Melecides fatuus*, ut inquit Apulejus, & ex eo Baptiſta Porta *in Phyſiogn. libr. 1. cap. 20. pag. 25.*

Interdum ſunt degeneres filii, & diſſimiles ſuorum parentum.

An ex morum conſideratione poſſit aliquis ad Parentum & Patriæ cognitionem venire?

Sicut è Natali ſolo ad mores, ſic è moribus poſſumus ad Patriæ cognitionem venire: adeoque ſcire utrùm Patriam & Gentem peregrinus mentiatur. Hanc Dido Logicam ſine ullo præceptore didicerat, & inter lachrymas illam exercet. Hiſtoriam, qua poſſum brevitate perſtringo.

Vnde originem ducant Trojani?

Æneam ex undis ejectum, littore egentem
Excepit; regni & demens in parte locavit:
Amiſſam claſſem, ſocioſque à morte reduxit.

Æneas hoſpitio Regio admiſſus, à Dardano Iovis & Electræ filio Troës provenire aſſeverat, nam [Æneid. 3.]

Dardanus Iliacæ primus Pater Vrbis & Auctor,

& ſe eſse Deæ Veneris filium. Tandemq; ne ingratus cenſeretur exclamat [Aeneid. 4.]

Quanam Æneas Didoni promiſerit?

—— *Ego Te (quæ plurima fando*
Enumerando vales) numquam Regina negabo
Promeritam: nec me meminiſſe pigebit Eliſæ,
Dum memor ipſe mei, dum ſpiritus hos reget artus.

An violaverit fidem?

Interim jurati juris immemor, Reginam ingratus & mendax hoſpes decipit, ſe mari committit, & in Italiam ventorum favore contendit.

Dido, actus Æneæ propudioſos & infideles meditata, ex iis colligit, non è Deorum eum genere, ſed è barbaris & inhumanis parentibus progeneratum.

At Regina dolos (quis fallere poſſet amantem?)
Præſenſit motuſque excepit prima futuros.

Vbi tamen claſſem commiſſam fuiſſe mari videt.

Hac illuc volvens oculos, totamque pererrans
Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.
Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus author,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.
Nam quid diſſimulo, aut quæ me ad majora reſervo?
Num lachrymas victus dedit? aut miſeratus amantem
Quæ quibus ante feram? jam jam nec Maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis Pater aſpicit æquis.

Ecce illa ab Aeneæ perfidia, ingratitudine, & crudelitate ejus patriam & Majores rimatur, & quidquid ille dixerat incriminatur manifeſti mendacii. Rapiebat illam furor, ſi enim in ejus corde ceſſaſset cogitationum procelloſa tempeſtas, linguam his numeris attemperaſset.

Didus in Æneæ fuga de ejuſdem Patria & Majoribus Ratiocinatio.

Filii ſunt vivæ & expreſſæ ſuorum Patrum imagines. Ergo ſi eſſes Electræ & Iovis nepos, nec non Veneris filius, in elegantia tuorum morum electri fragrantiam, Supremi Numinis juſtitiam, & ſuavitatem Veneris reperiremus. At hæc omnia à tuis moribus & geſtis longè abſunt. Falſa ſunt ergo, quæ de tuis Progenitoribus mihi narrabas. At illi omnes & ſoli, qui in montibus & ſylvis nati, & lacte ferarum nutriti, mores ferinos habent. Tu ergo, ſiquidem perfidia & crudelitate feras ſuperas, in montibus & ſylvis à barbaris es parentibus natus, à tigridibus fuiſti nutritus.

Quanam præcipuè debent in Didus hac hiſtoria notari?

Et hic obiter notabo duo; alterum, totam hanc Didus, elegantiſſimè deſcriptam à Marone tragœdiam, eſse putum mendacium: alterum, Poëtam hîc, ſicut etiam alibi; non ſciviſse cum honore mentiri.

Inter alia argumenta, quibus Mundi novitatem contra Ariſtotelem Lucretius demonſtrare conatur, illud fortiſſimum videtur, quod ab Hiſtoria ſumitur: nam bello Trojano antiquiorem in libris Ethnicorum non legimus.

Primum clarè perſuadeo. Tametſi enim ante Trojanæ Civitatis excidium nihil apud Scriptores inveniatur; unde Lucretius de quo in quadam Elegia concinebat Ovidius,

Carmina Sublimis tunc ſunt peritura Lucreti
Exitio terras cùm dabit una dies.

nihilominus admirabundus interrogat,

Cur ſupra bellum Trojanum & funera Trojæ
Nil alias aliii quidquam cecinere Poëtæ?

expugnationem & incinerationem hujus nobiliſſimi emporii, adeoque Aeneæ in Africam & Italiam adventum incidiſse in ætatem Samſonis, circa annum Mundi 3020. ex Diodoro Siculo, Dionyſio Halicarnaſ. & aliis, cum Genebrardo Chronologi Recentiores ſtatuunt. At tunc nec Carthago erat condita, nec Dido nata. Fuit enim Dido Pigmalionis Tyriorum Regis ſoror, & eodem Genebrardo aſserente, circa annum Mundi 3287. Ioazio Ochoziæ filio minimo in Iudæa regnante Carthaginem ædificavit. [Vide 3. *Reg.* 12. Ioſephum *libr.* 1. *contra Appian.* Oroſium *libr.* 4. *cap.* 6. Menandrum Epheſium *apud Ioſeph.* &c.] De hujus glorioſæ Civitatis nomine *pag.* 126 *a.* Genebrardus hæc habet. *Lingua Punica Syriacam redolet apud Plautum, & nomen* CARTHAGO *Syrum eſt; nam* CARTHA *apud Syros* Vrbem *ſignificat* GO medium, CARTHA-GO, *quaſi* Media-urbs, *Tyri enim media pars ad eam ædificandam cum Didone confluxerat.* Sicut Punica à Syra, ſic hæc Lingua ab Hebraica

Fuit Lucretius Cicerone duodecim annis natu minor.

Æneas.	3020
Dido.	3287
Differ.	267

Ergo 267 annis poſt Aeneam Dido venit in Africam.

Lingua Punica ab Aſſyria proceſſit.

Et ab Hebraica Aſſyria.

Expenitur nomen Carthago.

braicâ defluxit. Et in Hebraico Lexico כרה CARRA, (unde כרת CARATH) eſt *ſcĩdere exſcĩdere*: & גו, GEV eſt *tergũ*: & CARTHAGO, ſi huic etymo cõſtem', ſuo nomine hiſtoriã ſuæ cõditionis repræſentat. Dido enim, cũ Fratrem fugiens perveniſſet in Afiicam, tantum ſoli à *Iarba* peeunia numeeata eedemit, quantum taurino poſſet tergore circumdare. Diſſecto deinde in minutiſſimas lamellas tergore tantum loci circumdedit, quanrum arci ſufficeeet. Hiſtoeiam Viegilius modulatur his verſibus.

Virgilius Æneid. 1.

Conveniunt, qaibus aut odium crudele tyranai,
Aut metus acer erat: navas, qua fortè parata,
Corripiunt, oneraatque auro: portantur avari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facti.
Devenere locos ubi nanc ingentia cernes
Mœnia, ſurgentemque Nova Carthaginis Arcem;
Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Byrſa, quid ſignificet? Cur hoc nomine inſigniatur Carthago?

Eſt autem Græcis Βύρσα *corium* aut *tergus*; unde Coriarium, quem *Curtidor* Hiſpani dieimus, βυρσέα nominarunt.

Scio alias à Criticis erymologias hujus vocis adduci, ſed accuratior eſt hæc ultima, & Didûs hiſtoriæ accommodarior.

An pauci ſciãt cum honore mẽtiri?

Tranſeo ad Seeundum, & aſſerto, etſi multi mentiantur, paucos eſſe, qui ſeiant cum honore mentiri & ideò ſcitè dicit Hiſpanus, *Mas preſto ſe coge al mentiroſo, que al coxo.* [Citiùs mendacem: quàm claudum aſsequor.] Gottifredus Wendelinus 30. Sept. 1646. in miſsa ad Gaſsendum Epiſtola [& habetur in Operibus ejuſdẽ Gaſſendi rom. 6. pag. 500. a.] *Vnum doleo, cùm* (Bullialdus) *cateras meas Obſervationes nõ improbet in Eclipſi anni 1642 ſe inſcripſiſſe adverſum me actione falſi, quaſi ego tantus natu hoc profecerim, ut cum ſplendore exiſtimationis diſcerem mentiri.* At Virgilius; etſi ætate maturus, cùm Æneidem compoſuit nondum didiceeat eum exiſtimationis ſplendoee à linea Veritatis deficere: nam hoc mendacio pu[?]do ignoeantiam & malevolentiam propriam detegit, injurius eſt Didoi, viragini caſtiſſimæ & generoſiſſimæ, Aeneamque, quem præclaris virtutibus exornare intendebae, perfidiæ & ingratitudinis ſcelere incriminatur. Sanè Græci & Latini, ut haberent excuſationem in peccatis, voluerunt conſortes & complicees habere Deos, habere Heeoas; & ideò utriſque affinxerunt exſectabilia

An bona fide Eclipſes à ſe obſervatas VVẽdelinus deſcribat?

An ſciverit mentiri Marõ?

An peccaverit contra Prudentia Canones ſuum Aeneam quem laudare debebat Heroẽ indignis vitiis dedecorando?

erimina, quæ viam ſternerent, quam eorumdem Numinum devoti tererenr. At Indi, qui Græcorum & Romanorum judicio erant barbari, impietate prudenti Europæorum barbaram impietatem condemnant. Ioannes Boterus Relationum Vniverſalium part. 5. libr. 1. pag. 3. *Avanzano però d'intendimento, & d'una certa ombra di religione i Greci; perche ſe ben mettono au ſupremo Dio con un gran numero d'altri Dei non attribuiſcono però gli adulterii, e le altre ſceleranze deteſtabili al lor* Viracoca *come i Greci à* Giove, *anzi non gli aſcrivono, ſe non coſe grandi, eccelſe, meravglioſe, onde il chiamano anche* Vſapu *ciò* ammirabile.

Cur Graci & Romani ſuis Diis crimina tot affingant?

An Indi melius ſentiant de Deo?

LOquuntur etiam fluvii & vorticibus ſuis rhetoricantur, unde in libro, qui *Fieſtas de Sevilla* inſcribitur, *pag.* 286. *a.* his Bætim verbis Faſtanius nuper adloquebatur.

Pingebantur, imo etiam credebantur humana effigie fluvii, & ideo etiam loquentes ab Authoribus introducebantur.

Llevale al Mar las noticias,
Intimale a ſus applauſ s,
Que el que triumpho como Heroico,
Se eleva ya como Santo.

Et poſt pauca.

Corre, corre mas claro,
O Betis ſoberano,
A dezirle a la lengua del Agua [*]
(Cryſtalina [a] *y Chriſtiana)*
Al vencido Pagano,
Que ſiendo Andaluz,
Le hizo la Cruz
La eſpada glorioſa del Rey San Fernando.

*] Littus, aut Ora *Hiſpanicè* la lengua de l'agua *vocatur.*

a] In voce *Cryſtallina*, penultimam, quam Latinus corripit, ſemper producit Caſtellanus. Iuvenalis Satyr. 6.

Grandia ponantur Cryſtallina maxima rurſus.

Et libr. 9. Martialis.

Et turbata brevi queſtus Cryſtallina vitro.

Dicit autem Hiſpanus

Tus Virtudes Bernardo peregrinas
Han de paſſar Eſpheras Cryſtalinas.

De nomine Cryſtallinus. quanta penultima apud Latinos ſit? & quanta apud Hiſpanos?

SECTIO III.

Sape à Loco Vocis Æquivoca reſtringitur Significatio.

AClarioribus & certioribus initium ſumo; In Arithmetica ſunt Poſitivi & Negativi Numeri. [Illos quando utimur Arabicis notis ſic exprimimus, +; & iſtos ſic —] Vnde quia — 4, eſt minor nihilo Numerus, & + 7, major nihilo, ſi in ſummam redigantur, facient + 3. ut Arithmetici univerſi teſtantur. At Romani, & qui illorum hodie more Numeros ſignificant literis, minoris valoris notæ jubent, ut ſi præcedat ſe auferat; &, ſi ſubſequatur, ſe adjungat. Pono exemplũ.

De Poſitivis & Negativis Numeris.

— 4
+ 7
Summ: + 3

Romanorum Notæ.

V	5
VI	6
IV	4
X	10
VI	11
IX	9
L	50
LV	55
VL	45
C	100
CX	110
XC	90
M	1000
MC	1100
CM	900

V. valet quinque, & I. unum; cæterùm I. ſi ſequatur, addit unum (unde VI. valebit ſex) &, ſi præponatur, auferet unum; (unde IV. valebit quatuor.) Idem de X, quæ valet decem, dicimus; nam XI. eſt undecim; & IX. eſt novem. Et generaliter loquẽdo, omnis nota minor, majori adhærens, ſe adnumerat, & ſe ſubtrahit præcedens. Stat ergo Romanas apud Arithmeticos Notas valorem ſortiri à figura, & laborare incertitudine, an videlicet negativa ſit aut poſitiva? Et hoc dubium à Loco decidi & reſolvi. Et hæc pro noſtra Haplotete ſufficiant. Sed moneo obiter Arithmeticos, ſiqui etiamnum Romanis Notis delectantur, Notas adjectivas multiplicari poſſe, ſubtractivas verò debere eſſe ſimplices; non enim bene IIX, 8: IVL, 46 XXC, 80. CCM. 800. notantur: nam debemus VIII, 8: XLVI, 46: LXXX. 80: DCCC, 800. ſcribere.

Notanda pro Calamo.

Sicut in Notis, ſic in vocibus ordo ſignificationem mutat. Nam *Vallis-bona* eſt Ciſtercienſe apud Valliſoletum monaſtetium; & *Bona-vallis* alterum apud Toletum. &c.

Sed & Voces Aequivocæ, non ſolùm in Provinciis & Regnis, ſed in diverſis Civitatibus; immò in diverſis ejuſdem Civitatis locis, aliter & aliter poſſunt & ſolent accipi.

Eſpuela de Cavallero.

Equitis calcar Hiſp. *Eſpuela de caballero*, vox æquivoca eſt, nam & ſignificat, quod ſonat; nimirum ferreum ſtimulum, qui *calcar* dicitur, quòd ad calcem ligetur, nec non florem ſimillimum calcari. Et amphibolologiam locus tollit, quoniam in hortis Olitor *equitis calcaria* petenti flores dabit: & in officina ſua armorum faber, hoc nomine ſtimulum ferreum intelliget. Sunt etiam multa alia Florum nomina, quæ & æquivoca ſunt, nam aliis etiam rebus conveniunt. *De Lingua Bovis*, quam Græci Βȣ́γλωσσον vocant, jam dixi. Βȣκέφαλον *Bovis caput* Alexandri equum fuiſſe nominatum jam ſcimus quod bovem capite repreſentaret. Hic in prælio, quo ad Hydaſpem Indiæ fluvium Alexander Magnus Porum vicit, occiſus, eſt, & fuit promeritus, ut pro tumulo ei conderetur Civitas, in quã ejus perennaret memoria, Græcè enim Βȣκεφάλια, Italicè *la Cavalla* vocatur. Vide agellium *libr. 3. cap. 2.* & Plinium libr. 6. c. 10. Interim in Horris herba eadem cum tribulo; ita dicta, quòd bovini capitis imaginem referat duobus cornibus & rictu. Marcellus Virgilius *in Dioſcor.* Vox ergo Βȣκέφαλος, aliter in Horto, & aliter in ſtabulo; aliter in Græcorum Principum Chronicis, aliter in Herbarum Hiſtoriis uſurpatur.

Βȣγλωσσος. ȣ ὁ Plinii. Βȣγλωσσον ȣ. τὸ Dioſcoridi.

Βȣκέφαλος Βȣκεφάλεια. La Cavalla.

Similiter *Camelus* eſt æquivocum. Eſt enim & Animans à gibbo nota, pro vehendis oneribus, & in Aſia præcipuè, mercatoribus utilis; in navibus autem eſt ille rudens craſſus, qui antennas ſubrigit; unde dilucidantur verba Chriſti dicentis. Εὐκοπώτερον γάρ ἐςι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν ἢ πλȣσιον εἰς τὴν βασιλείαν τȣ̃ θεȣ̃ εἰσελθεῖν. *Facilius enim eſt, Camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei intrare.*

Camelus animantis & rudentis eſt nom.

Lucæ 18. 25.

Locus Evangelii illuſtratus.

Cancer, Græcè καρκῖνος, in fluviis eſt piſcis, in Cælo ſignum, & in corpore animalium, morbus. Ergo æquivocum & incertæ ſignificationis eſt, & à Loci circumſtantia reſtringitur. Sanè in rivis, dum vivit; in culinis, dum præparatur & conditur; & in menſis, dum editur, eſt piſcis, mollem teſtam habens pro tegumento; cujus ſpecies, quæ multæ & variæ, adducit & exponit Plinius *lib. 9. cap. 51.* In Cælo ſignum eſt, quod ab Æſtivo Tropico incipit, unde Sol in meridiem regreditur. In corpore eſt infirmitas, quæ carnem paulatim corrodit. Græcè καρκίνωμα dicitur, unde Hiſpani ſunt indepti *carcoma*, vocabulum latioris ſignificationis, nam & lignis tinea corroſis adpropriatur. (In prima & ſecunda ſignificatione eſt maſc. & ad ſecundam declinationem ſpectat. Et in tertia idem dixero: nec morabor ſciolos, qui, *hoc cancer, hujus canceris*, variari exiſtimant, in illo enim Ovidii loco,

Cancer piſcem, aſtrum, & morbum ſignificat.

καρκίνωμα *Hiſp.* Carcoma.

> *Vtq; malum latè ſolet immedicabile cancer*
> *Serpere, & illæſas vitiatis addere partes.*

An quando ſignat morbum, ſit Cancer, eris & neutris accenſeatur vocabulis?

quidquid velint aut dicant, adjectivum *immedicabile* non cum dictione *Cancer*, ſed cum voce *malum* conſtruitur. Nam à fortiori neutri accenſere poſſent generi voces *lupus, imber, ventus, ira, humor, ſalix, amyntas* &c. Damœtas, enim & Menalcas apud Virg. Ecl. 3. modulantur.

Cur Critici fuerint adlutinati?

> Dam. *Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,*
> *Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.*
> Men. *Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis,*
> *Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.*

Solet accidere eamdem vocem ex duplici fonte derivari: nam à *Luceo* & *Lugeo* habemus in præterito LVXI, ab *amo*, & *amarus* AMARIS. &c. Idem etiam Adjectivum à diverſis Subſtantivis deducitur, ut CLAVIGER, quod provenit à *Clava*, *Clavo*, & *Clavi*: unde ſub diverſa ſignificatione & derivatione & S. Petrus *Claviger*, & Hercules, nec non Navarchus *Claviger*

Vna & eadem vox à diverſis fontibus prodire poteſt.

Luxi à luceo, & à lugeo Claviger à clavi, clava, & clavo.

S. Petrus Claviger, *hoc eſt*, claves gerens.

ger appellatur. Sanctus Petrus eſt *Claviger*: illi enim dixit Dominus, *Tibi dabo Claves Regni Cælorum*: unde in Hymno concinimus,

Ianitor Cæli, Doctor Orbis pariter.

& Sabellius,

Hercules Claviger, *hoc eſt*, clavam gerens.

Clavigerum penetrale ſenem, limenq; vetuſtum.

De Hercule nemo dubitat, ait enim Propertius lib. 4.

Quis facta Herculea non audit fortia clavæ?

Vnde Transform. lib. 7.

Claviger invidit Vulcani occūbere prolem.

& lib. 15. — *Illic lavêre Bimembres*

Navarchus Claviger, *hoc eſt* clavum gerens.

Vulnera Clavigeri, quæ fecerat Herculis arcus.

Et quia *Clavus* in navi eſt *gubernaculum* (Hiſp *el timon*) Navarchus poteſt *Claviger* nominari. Cicero de Senect *Ille autem clavū tenens quietus ſedeat in puppi.* Plautus Amph. ſcen. 4. act. 4. *Parata navi, clavo hæreres ſedulò*: & Seneca 6. de conſol. ad Mart. *Quem obruit more clavum tenentem.* &c.

Naval *à vocibus nave*, *&* navo *poteſt ab Hiſpanis deduci*.

Sic apud Hiſpanos *la Nave* nomen notū dat adjectivum *Naval*; & κατ' ἐξοχὴν ubi *la batalla Naval* apud Hiſpanos dicitur, illa intelligitur, quæ ſub Philippo II. Hiſpaniarum Rege, Ioanne Auſtriaco gubernante Turcarum ſuperbiam & temeritatem compeſcuit. Interim Cloris & Phyllis (vocentur ſic duæ Principes Excellentiſſimæ, de quibus hæc hiſtoria narratur) à ſuâ Matre conductæ ut ſibi illa die vivant ab Aulæ tumultu ſe ſubtrahunt cum Nymphis ſuis (Hiſp. *con ſus Damas*) recreationis gratia in ruſticum palatium ſecedentes, magnam raparum quantitatem, quam forte collegerat Olitor, in quadam aula repererunt: & inde occaſione ſumptâ ſe ad prælium provocantes, æquo Marte confligunt. Et quoniam rapas Hiſpanus *Navos* nominat, & adjectivum *Naval* etiā à *Navo* ducitur, quædam Muſa, quæ prælio interfuit, illud [*] Hexaſticis ingenioſis deſcripſit; quorum erat initium.

*] Fuerunt diverſi, qui de hoc certamine ſcripſerunt: nā in cujuſdam ingenioſis Tetraſtichis dicebatur, *A un menear de cabeza La batalla Naval tan ceada empieza.* &c.

La Batalla Naval, que aqui ſe pinto,
Ho ſido en todo rara y prodigioſa,
Fuera de el Mar ſe tuvo en una Quinta,
Donde rigio una Dioſa
De Damas dos Eſquadras,
Que ſe combatē en otras tantas Quadras.

De Ariſtotelis Philoſophia.

Vnus eſt Ariſtoteles: in texto Græco univerſi conveniunt, verſiones di* verſas æquè legunt & admittunt Diſcipuli. Interim ſub eodem Ariſtotele, & ad ejuſdem mentem ſunt in diverſis Locis Scholæ, toto Cælo diverſæ; nempè Averroiſtica, Thomiſtica, Scotiſtica, Nominalis &c. Aliter enim in ſingulis Ariſtoteles intelligitur & explicatur. Averroiſtica fere eſt Platonica: vel quid aliud eſt Mens illa hominibus univerſis communis, quàm Rationalis anima à parte rei Vniverſalis. [a] Thomiſtica Reales Formas (ſingulares tamen) admittit, à quibus ſubjecta realiter denominantur. Scotica autem pleraſque Formas in Formalitates convertit, & eas à ſubjectis diſtinguit ex natura rei. Sufficere diſtinctionem extrinſecam Nominalis exiſtimat, & plurimas denominationes per relationes ad terminos externos explicat. In omnibus auditur Ariſtoteles: in omnibus ejus doctrina tradi dicitur. Et in ſingulis aliter explicatur.

Dividitur per diverſas ſcholas.

Averroiſtica, Platonica,

Thomiſtica;

Scotica,

Nominalis.

a] Videtur doctrina Platonis non fuiſſe omninò antiquatam Angelici Doctoris ævo, quoniam 3. p. q. 4. ar. 4. interrogat, *Vtrum filius Dei debuerit adſumere naturam humanam abſtractam ab omnibus individuis?* & fruſtra hæc tunc Quæſtio proponeretur, ſi nulli eſſent, qui aſſererēt, dari in rebus Naturas Communes & Vniverſales; ſi enim hæ non erant, cur de Humana deberet hæc Quæſtio in particulari moveri? D. Carolus de Thomaſiis è Duce de Palma Clericus Regularis in Sacræ doctrinæ Arbore, quæ D. Thomam ad compendiū reducit, ſic Quæſtionem decidit. *Non potuit illam* (naturam humanam) *adſumere ab omnibus Individuis abſtractam, vel ſcilicet ſeparatam à ſingularibus materialibus, ſicut Platonici poſuerant; vel ſicut in intellectu exiſtentem, vel humano, vel Divino. Non primam, quia non dantur tales Naturæ* [*] *Non ſecundum; quia natura humana prout eſt in intellectu Divino nihil aliud eſt, quā natura Divina; & prout eſt in intellectu humano, non realiter adſumeretur, ſed intelligeretur tantum adſumi, quæ non eſſet vera adſumptio, ſed cogitatio quædam adſumptionis: nec eſſet aliud iſta natura humana adſumptio, quàm fictio quædam Incarnationis.* &c.]

De Ideis Platonis.

An S. Thomæ ævo propugnarentur in Schola?

*] Quanta facilitate non dari tales Naturas a D. Carolo aſſeritur, tanta ab iis, qui adhærent Platoni, poſſet hæc ipſamet negatio negari.

Quæ ſit vera Philoſophia?

Qvia vera Philoſophia eſt meditari Mortem, tibi in aurem Spiritusſanctus inclamat,

Vt bene contingat devivere, vivere diſce:
Vt bene contingat vivere, diſce mori.

Ergo, dum vivit unuſquiſque Heroicas debet exercere virtutes, ut poſſit cum Apoſtolo dicere, *Volo diſſolvi & eſſe cum Chriſto*; aut cum Martino ſaltem, *Nec mori timui, nec vivere recuſavi.* Vt igitur addiſcam mori, doceamque, poſtquam de Philoſophia Ariſtotelis egi, de S. Benedicti Regula, quæ diſcretione præcipuos Philoſophiæ Aſceticæ continet Canones, breviter diſputabo.

De S. Benedicti Regula.

Vnica eſt, & Congregationes univerſæ in ejus lectione conveniunt: at in interpretatione non item. Aliter Galli illam, aliter Germani, aliterque Hiſpani interpretantur. Cluniacenſes benigniùs, Ciſtercienſes ſeveriùs; & tamen omnes ſunt verè Benedictini, Regulamque (& nota id benè) benè obſervant. Teſtatur id Sanctus Bernardus, qui *in libello de precept. & diſpenſ.*

Mutato loco ejus etiam intelligentia, & interpretatio mutatur.

Quid requiratur, ut quis S. Benedicti Regulam benè obſervet? Quid Novitius in ſolenni profeſſione promittat?

diſpenſ. cap. 16. *nu.* 47. his verbis Monachos Carnotenſes inſtituit. (Licet in diverſis Monaſteriis, ait, diverſis, & obſervantiis Deo ſerviatur, quamdiu tamen ſui quiſq; loci bonos uſus ſervat, haud dubium quin ſecundum Regulam vivat, quoniam quidē boni uſus à Regula non diſcordant. Quiſquis itaque tenet, quod teneri invenerit bonum, ubi profitetur profectò vivit ſicut promittit, quia non aliud procnldubiò quiſque promittit, quam quod habere eorum pia videtur vita, cum quibus deinceps vivere diſponit, & eligit. Quid enim? Nunquid v. gr. aut in majori Monaſterio uſus Cluniacenſium, aut iſti fortè illorum ritus, aut nero utrique Ciſtercienſium diſtinctionem literatoriam profitentur? Attamen omnes ſecundum Regulam profitemut. Vna quidem oris ubique promiſſio, ſed quia non una eſt omnibus cordis intentio, poteſt indubitanter ſine detrimento ſalutis, & ſine damno profeſſionis, operis quoque non una ubique obſervatio celebrari. Sicut enim non omnes omnia tenent (etiam boni Chriſtiani, quæ in Evangelio ſunt; omnes tamen ſecundum Evangelium vivunt) nam qui conceſſis allegati conjugiis contenti ſunt, non ideo tamen credunt ſe receſſiſſe ab Evangelio, quia Evangelici ſublimitatem conſilii de cælibe ducenda vita non elegerunt; ita ſanè ſi in gradu illo inferiori, legitimè, ac fideliter converſentur: ſic quoque qui ſecundum Regulam vivere ſtatuunt, etſi non ad unguem (ut dicitur) totam cuſtodiunt, &, ſi quæ pro ſui clauſtri ritu vel mutant, vel prætermittunt, à Regulari tamen omninò profeſſione non diſcedunt, donec tamen ſobriè, & juſtè, & piè pro ſuorum moribus vivere non deſiſtunt. Denique Regula ipſa tradit octavum humilitatis gradum, ut nihil agat Monachus, niſi quod communis Monaſterii Regula, vel Majorum cohortantur exempla. &c.]

Quomodo eadē prolata in ſolēni profeſſione verba, per Loci, ſeu Monaſterii circumſtantiam ad diverſos ſēſus reſtringantur?

Vita pia & ſobria, pro loco, & tempore à Superioribus Monaſteriorum prudenter inſtituta, non recedit à Regula.

De abſtinentia à carnibus.

Ex hac doctrina multæ deducuntur Concluſiones, quæ in praxi poterunt Religioſos juvare. Eadem enim ſunt vel ſimilia in omnibus Benedictini Ordinis Monaſteriis verba Profeſſionis ſolennis, & tamen in Reformatis (quale eſt noſtrum Emaunticū in Bohemiā & multa per Hiſpaniam & Galliam) abſtinent à carne Religioſi, quam in aliis Cœnobiis ter in hebdomade edere permittuntur. Locus igitur hic, & non ibi ad ſeveram abſtinentiam verba ſolennis Profeſſionis reſtringit. Et veniendo ad Moniales, tametſi omnes juxta unam & eamdem formulam profeſſionē emittant, in Hiſpania ad clauſurā coguntur, in Germania egrediuntur, & in Belgio ab uxoribus Senatorum protectæ, ſub annū

De Clauſura Monialium.

1640. cum Abbate Dunenſi, qui eas volebat claudere, de hac obligatione diſputabant. Prætereà eiſdem, aut ſimilibus verbis, Caſtitatem Melitenſes & Calatravenſes Milites Religioſi promittunt, & tamen vi Profeſſionis aliter & aliter à Loci circumſtantia obligantur; nam priores Virgineam, & poſteriores Connubialem obſervare tenentur: unde Calatravæ, etſi Novitius velit non ſe poterit ad Virgineæ Puritatis obſervantiam ſolenniter obligare: & Melitę nemo poterit ſolenniter Connubialem promittere; objecta enim ſolennitatis in diverſis Locis ab Apoſtolica Sede ſunt definita, nec privata poſſunt voluntate immutari. Conſultò illud *ſolenniter* expreſsè ponitur; quoniam Calatravenſis voto ſimplici, ſe poteſt ad Caſtitatē Virgineam obligare.

De Caſtitatis voto emiſſo in Ordinibus Militaribus.

A loco verba in Profeſſione ſolenni reſtringuntur, & non à Novitiorum voluntate.

Nec aliter philoſophari poterimus de Feſtorum & Iejuniorum obſervantia. Eiſdem verbis concipiuntur & pronunciantur ab Eccleſia & à Conſtitutionibus Ordinis Benedictini leges. Et à Loco ſumitur varietatis diſtinctio, quoniam Apoſtolicæ Leges Iejunia & Feſta Eccleſiaſtica indicunt: Regularia Monaſticæ. Differunt, cum in aliis, tùm in hoc præcipuè, quod Eccleſiaſtica (Iejunia & Feſta) ſub lethifero peccato obligant: Monaſtica ad pœnam tantummodò, aut ut plurimum ad culpam venialem.

De legibus, quæ Feſtorum & Iejuniorū obſervantiam præſcribunt.

Semper Loci circumſtantia eſt in Epiſtolis conſideranda: nam Principes, qui detinentur apud hoſtes, quales hi volunt, aut dictant, ſcribere coguntur Epiſtolas; quam ob rem verba in illis, etſi plurimum ſonent, aut parum, aut nihil ſignificant: Vbi enim intercedit Captivitas, aut elocātur à propria ſignificatione voces, aut ad congruum, & convenientem ſenſum reſtringuntur. Vnde Hiſpani Miniſtri in aliquibus, quas Carolus V. Imperator Pariſiis ſcripſit, non Reſtrictionem modò, ſed & alienationem ſignificationum repererunt, noluerunt; eas intelligere, quouſque extra Galliam Imperator, quo modo eſſent intelligendæ, explicaret.

An Loci circūſtantia in Epiſtolis debeat ſpecialiter conſiderari?

De Epiſtolis Caroli V. Quomodò interpretata fuerunt à Miniſtris Hiſpaniſ.

NOTA.

Nonnulla de loco ſubjiciuntur. *De Muſeo Pontificio, in quo Epiſcopi Electi coram Sua Sanctitate examinantur.*

INter res Sacras, quas religioſè venerati ſunt Veteres, locum ſæpè reperio. Virg. Æneid. 3.

Numina Magna Loci juſſi veneramur & inde.

Et poſtea lib. 5. ſic cecinit.

Hec

Hoc magis inceptos Genitori inſtaurat honores

Incertus, Genium-ne Loci, Famulum-ne Parentis

Eſſe putet, cadit quinas de more bidentes.

Libroque ſeptimo ſubjungit.

Sic deinde effatus,frondenti tempora ramo

Implicat, & Geniumque Loci, primamque Deorum

Tellurem, Nymphaſque & adhuc ignota [*] *precatur*

Flumina [a]

Et libr.8.

Huic Deus ipſe loci fluvio Tyberinus amœno

Populeas inter ſenior ſe adtollere frondes

Viſus.

Et ibidem.

Iam tum Religio pavidos terrebat agreſtes

Dira loci, jam tum ſylvam, ſaxumque tremebant.


Hoc nemus, hunc (inquit) frondoſo vertice collem

(Quis Deus incertum eſt) habitat Deus. Arcades ipſum

Credunt ſe vidiſſe Iovem.

Ergo,ſi ad Religionem Loci conſideratio pertinet, licebit nobis paucula de Loceis, vulgo minùs notis, effari.

Placebitque primò,ut exiſtimo, Erudito Lectori proſpectare Pontificium Muſæum in Epiſcoporum examine.



Aula; in qua illud habetur, eſt KLMN. Pontificis thronus eſt in A. Adſunt duo ſcamna longa(nempe, BC,& DE) ut ſedeant Cardinales, qui adſiſtunt; qui quatuor,aut ſex; non autem plures eſse ſolent. Proſtat pulvinar in H, in quo toto examinis tempore genuflexus debet manere, qui examini & cenſuræ ſubjicitur. Ab F in G ſtant examinatores; ex quibus, qui loqui debet, venit in I. & poſt genuflexionem exhibitam Summo Pontifici, ſurgit,& ſtans Candidatum interrogat; & iſte genu-flexus in H, qua poteſt eloquentia & ingenio reſpondet,& argumento ſatisfacit. Singuli Epiſcopi à duobus aut tribus, & non à pluribus, ſolent examinari.

*] Hic Virgilii locus proderit Religioſo Theologo ad exornandum Caput LXI. Regulæ S. Benedicti ubi Monaſterium notum ab ignoto diſtinguitur. flumen enim aut monaſterium, diverſorum reſpectu, eſt ſimul notum & ignotum. Vide D. Bernardum *Epiſt.* 67. & 68. & me *in Theolog. Regul.n.*183.*p.*210.*a.*

a] Quanta Veteres Ethnici ſuperſtitione ſua coluerint flumina, hiſtoriæ antiquæ oſtendunt: nã Romanis, qui ad vitandas Tiberis inundationes decreverant aliquos mutare fluviorum in eum exonerantium alveos, nunquã ruſtici obedire voluerunt.

Antonin' Diana urbaniſſimus & prudẽtiſſimus Epiſcoporum Examinator.

Antoninus Diana, quem ſuſpexi dum viveret,& in Empyreo modò (ſic ſpero) inter Patronos numero(nam erat urbaniſſimus & humaniſſimus) ſemper proponebat quæſtiones & controverſias problematicas;in quibus,ſive aſsereret, ſive negaret candidatus,optime reſponderet.Alii indulgent ſuo genio, & volunt nodum quærere in ſcirpo, & in quæſtione aliqua nominis Reſpondentem confundere. Alii ſeriò rem agunt putantque in conſeſsu tam gravi nonniſi graves difficultates proponi & diſsolvi debere.

Cardinales, quando volut, interrogant & argumentantur.

Qua Ego die examen ſubii interfuerunt Cardinales præcipui, & inter illos Eminentiſſimus Brancaccius,eruditus Theologus, qui me ſuo argumento honoravit, & de Viſione creaturarum in Verbo ingenioſè diſseruit. Adſumpſit ejus argumentum Alexander VII.Sanctiſſimus Dominus noſter,& dixit.

Solet interdũ Summus Pontifex argumentũ adſumere.

Tota ratio, ob quam Beatis negatis ut omnes videant poſſibiles creaturas in Verbo à Dei incomprehenſibilitate deſumitur:quia, ſi omnes viderent, Deum comprehenderent.

At hæc ratio non ſufficit;non enim hoc abſurdum ex contraria ſententia ſequeretur.

Beati ergo in Verbo vident creaturas univerſas poſſibiles.

Iudicavi dignationẽ tanti Pontificis Eximiam eſse,& me debere in ipſamet Reſponſione gratias agere, & idcò breviter his,aut ſimilibus verbis,reſpondi.

Quo poſſit modo vir Vrbanus Summo Pontifici argumentanti reſpondere?

Contra meam Concluſionem, qua Beatos in Verbo,nec nullas, nec omnes creaturas poſſibiles videre *aſſeris, ſic argumentatur. Sed quis? Sanctiſſimus-ne Dominus noſter? Si ipſe argumẽtaretur, Majorẽ,Minorẽ et illatã conſequentiã concederẽ; Me errore faterer: mentẽ .n. & linguã in obſequium Prodei,qui Numinis Aeterni nomine Eccleſiam Militantem gubernat,humilitate ſemper religioſa captivo.At,quia modo non Summus Pontifex loquitur,ſed eximius Theologus argumentatur,concedo abſolutè Majorem,negoque Aſſertionem ſubſumptam.*

Subriſit Summus Pontifex: dicenſque *Illam Ego probabo,*progreſſus fuit; & quia erat ingenioſus,doctiſſimè fuit argumentatus.

Hæc breviter ediſſerere volui quoniam in Muſæo ſecretiori expediuntur:& omitto cętera,quę palam coram omnibus fiunt ſunt enim nota,& meo penicillo non indigent.

NOTA.

Iterum de Loco. *Quo ordine ſedeant, incedant, loquanturque Principes Electores in Comitiis Imperii.*

Eſt Bulla Aurea Imperii Fundamentalis Conſtitutio lata à Carolo IV. Imperatore Romanorum.

TRanſeo ad Imperatorem. Videtur Bulla Aurea locum Electioni præſcribere jubereque ut ipſa non niſi Francofurti celebretur. At ipſe Carolus IV. re meliùs perſpecta quoniam bella & negotia publica aliud interdum poſtulant, loci deſignationem arbitrio Electorum permiſit: & me præſente è Ratiſpona, in qua Imperii generalia Comitia celebrabantur, iverunt Electores Auguſtam, ibique Ferdinandum IV. Romanorum Regem denominarunt. Sedendi modus iſte eſt.

Praga in Conviviis Bohemia Rex Electores praceſſit.

Quo ordine ſedeant Electores, & quo ſua vota referant?

Brand.	*Bav.*	*Trev.*	*Mogunt.*	*Colon.*	*Saxo.*	*Palat.*
6	4	2	1	3	5	7

Alternis vicibus dexteram Moguntini tenet Treverenſis & Colonienſis; ſed tamen etiam quando à ſiniſtris ſedet, ante Colonienſem profert votum. Si interſit Rex Bohemiæ, habere debet quartum locum.

Pragæ in Bohemia ab Imperatore Ferdinando III. Principes Electores invitati, Ferdinando IV. Imperatoris filio, locum in conviviis ceſſerunt. Audivi Politicos variè ſentientes; multi enim aſſerebant, poſt Eccleſiaſticos Electores ex Iure, & poſt Sæculares ex urbanitate (nam erant hoſpites) Regem menſæ aſſidere debere.

An ſe poſſit eligere Princeps Elector?

Electores poſſunt ſemetipſos eligere: nam cenſentur ita amantes publici boni, ut illud ſint omni privato aff ctui prælaturi; quod olim etiam apud Eccleſiaſticos permittebatur.

An, & quando unus habere poſſit duas voces?

Qui duos Electoratus poſſidet, duas voces habet. Sic Sigiſmundus nam erat ſimul Rex Bohemiæ, & Marchio Brandenburgicus ſe ipſum duplici voto ad Imperium promovit. Rumelinus *part. 2. diſſert. 6. theſ.* 19. Goldaſtius *part.* 2. Reichs *Sakung. pag.* 103. Limnæus *3. l. P. 7. num. 69.*

Quaſtio duplex proponitur.

ET hic occurrit duplex Quæſtio, ALTERA, *An Princeps Elector fratrem aut alium poſſit in conſortium Dignitatis admittere?* & ſi admittat, *An Admiſſus Admittenſque aqualem ſint habituri authoritatem?* ALTERA, *An poſſint Legatum mittere, qui ejus nomine negotia in Comitiis expediat?* & ſi miſerit, *Quem locum habere debeat in Senatu hic Legatus?*

Recenſentur plerique omnes Imperatores, qui conſortes in regimine habuerunt.

VT AFFIRMATIVAM ſententiam in prima Controverſia tuearis, habebis Veterum Imperatorum exempla, qui, ne obruerentur tantæ Machinæ pondere, admiſere conſortes: nam præter Triumviros, qui poſt Iulii Cæſaris mortem Romanum gubernatunt Imperium, Gallus Hoſtilianus cum Voluſiano, Valerianus cum Galieno, Carus cum Filiis, Diocletianus cum Maximino, Conſtantius cum Galerio, Valentinianus cum Valente, Gratianus cum Valentiniano, Valentinianus cum Theodoſio, Theodoſius cum Filiis, Arcadius cum Honorio, Honorius cum Theodoſio. &c. imperavit.

An, & quando fuerint duo in uno Electoratu?

Et agendo de Principibus Germanis in ſpecie, Ioannes I. Saxoniæ Dux Albertum fratrem ſecundo-genitum, conſortem, & ſibi parem, habuit in Electorali Dignitate Goldaſtius *in Sen. libr. 2. c.* 17. *num.* 1. Gerlacus Princeps Elector Moguntinus Electorale cum Henrico, Comite Trinchbergio, munus, pari authoritate adminiſtravit. Reuſnerius *in Aquila Rom. enarr. de Epiſc. Mogunt.* & præſcindendo ab Electoribus ſimul fuerunt Marchiones Brandenburgici Otho & Woldemarus: nec non Lodovicus Severus & Henricus ſimul fuerunt Duces Bavariæ. Engelbrechtius *de ſucceſſ. in Elect. theſ.* 18.

An, & quando duo Principes in eodem Principatu?

Cur negaeant Electores nunc facere, qua olim Imperatores fecerunt?

Sententia nihilominùs negativa eſt tenenda, quam firmat Aurea Bulla, & communis omnium temporum praxis: cui nullus Princeps Elector, etſi velit, poteſt præjudicare. Ita A. Knichenius *de Saxon. non provoc jur. cap.* 3. *verb. Electorum. num.* 43. Mylerius *in additionib. ad Rumelinum diſſert. 6. theſ.* 18. Nec exempla adducta in contrarium aliquid probant, nam Imperatores qui accivere conſortes, erant ſupremi Domini, ſoluti legibus; & Germani Electores ſunt ſubditi; adeoque, ubi illi fecerunt, quod placuit, hi debent tantùm facere, quæ ſibi in Bullâ Aureâ jubentur.

Multa occurrunt in Iure Humano Regula, qua Iuris Naturalis ſunt leges.

Prætereà, quæ ex hiſtoria Electorali adducuntur, non præjudicant; Iuris enim Naturalis eſt illa Lex, *Qua fiunt à Iudice* vel à quocumque Principe; vel Miniſtro) *ſi ad ejus non ſpectant officium, viribus non ſubſiſtunt*, & ſimiliter illa. *Qua à Iure Cõmuni* (definitivo) *exorbitant, nequaquam ad conſequentiam ſunt trahenda*; immò etiam illa, *Non praſtat impedimentum, quod de Iure non ſortitur effectum*, & illa, *Qua contra Ius* (dirimens) *fiunt, debent utique pro infectis haberi*, & aliæ his ſimiles, quas Bonifacius VIII. Iuris Canonici Regulas eſse voluit, & *in Sexto num.* 26, 38, 52, & 64. obſervari præcepit. At quando Ioannes Saxoniæ Elector (& idem de cæteris, qui ab Adverſariis producuntur, dicendum eſt) fratrem ſuum Albertum, quem amabat, in conſortem Electoralis dignitatis admiſit, fecit, quod ad ejus non ſpectabat officium,

Invalida & irrita ſunt, qua contra Aurea Bulla tenorem ab Electoribus fuere attentata.

actum

Digitized by Google

actum videlicet à definitivis legibus exorbitantem, qui non ſortiebatur effectum, ſed in Bullæ aureæ ditimentem legem militabat. Non ergo in conſequentiam poteſt trahi: quidquid enim inde prodeat viribus non ſubſiſtet. Ita Schuzius *volum.1.diſp.7.theſ.10.lit.c.*

Electores, vices ſuas poſſunt aliis committere.

SECVNDA QVAESTIO ſuas pariter difficultates, Vicarius, Principalem Perſonam repræſentat, & ideò, quia Vicarius, & Principalis ſunt una perſona moraliter, nō habent duo Tribunalia Epiſcopus, Vicariuſque; ſed alteruter in uno & eodem Tribunali pronunciat. Epiſcopus enim ex Reg.LXVIII.in 6. *poteſt*, & ſolet, *per alium* (per Vicarium) *facere, quod poteſt facere per ſe ipſum*. Ergo univerſim loquendo, Protex civiliter eſt Rex, & Proelector civiliter erit Elector. Ergo, ſicut Rex, ſic etiam Elector, poterit per vicarium facere, quæ poteſt facere per ſe ipſum.

Vicarius perſonam ſui Principalis repræſentat.

Quo autem conſidebunt ordine, ſi aliqui Principales, & aliqui Vicarii ſeu Legati concurrant? Lovanii invitavit ad quamdam Solennitatem Vniverſitas Archiepiſcopum Metropolitanum; qui, cùm intereſſe non poſſet vices ſuas Eryceo Puteano commiſit, qui fuit ut Legatus Archiepiſcopi admiſſus, ſed tamen in ſuo gradu permanſit. Sic in Comitiis generalibus Imperii Legatos aliorum Electorum Electores præcedunt: unde anno 1566. Elector Saxoniæ præceſſit Colonienſis Electoris Legatum, ut habet Arnmæus *cap.7.de Comitiis*, Author libri **des Warhafften** qui Grempii Cōſilio eſt adnexus, Hieronymus Zum Lamb. *de ſeſſion. & vot.Civit. Impp.* & alii. Accedit quod anno 1653. Carolo Ludovico Palatino præſenti debuerunt vel inviti cedere abſentium Electorum Legati, ut ex teſtibus oculatis Limnæus *in Adnotat. ad art.4.c. Ferdin.III.verb. Churfurſtl.* & alii Scriptores teſtantur.

[...] Electores ſemper Electores ſequuntur.

CONſecratur in Miſsa ſolenni Imperator; & quia aliqui ex ultimis Archiepiſcopis Colonienſibus non fuerunt Sacerdotes, multa præjudicia ſunt nata, & authoritas Moguntini promota. Conſecrationi Leopoldi I. interfui, & loca fuerunt ordinata, ut conſpicis in ſequenti Tabella.

Quo ordine Electores, Epiſcopi, & Abbates ſedeant in conſecratione Imperatoris?



Solennitas fuit Francofurti in Eccleſia Majori celebrata. Altare erat in A. in quo Miſſam Archiepiſcopus Colonienſis, Princeps Elector, celebravit: veneruntque ex Metropolitana Colonienſi, Dignitates & Canonici, ut illi adſiſterent. Moguntinus & Treverenſis ornati veſtibus Pontificalibus, ſedebant; ille in C, & hic in B. Eramus multi Epiſcopi, & multi Abbates omnes etiam pluviali & mitra ornati. Et pro Epiſcopis erant ſcamna DE, & FG: & pro aliis Prælatis, ſcamna H I, & KL. In ſcamno OP. ad quod per duos gradus adſcendebatur, Saxoniæ Dux, & Comes Palatinus ſedebant: Scamnum MN. erat vacuum, quoniam Bavariæ Dux & Marchio Brandenburgenſis aberant. Et Bohemiæ Rex, erat Imperator Electus. Et tandem Leopoldus I. Rex Romanorū, in Imperatorem conſecrandus, erat genuflexus in R.

Archiepiſcopus Colonienſis hanc cum majori quàm alii Epiſcopi pompa Miſsā celebrat quia duo Canonici ſervierunt ut Acolyti: & minori, quàm alii, quia; præter Diaconum & Subdiaconum alios nō habet aſſiſtentes.

Vt Miſsa ad τρισάγιον pervenit, ſe Saxo & Palatinus ſubduxerunt: ille enim Martini Lutheri & hic Joannis Calvini deliria ſequebatur, negabatque venerabile Euchariſtiæ myſterium: poſt Communionem verò ad ſuum uterque locum reverſus eſt.

An, & quando, & cur, ſe ſubducunt Electores Hæretici?

EADEM Coronationis die Imperiale celebratur Convivium: & in eo menſam ſuam habent ſinguli, ut ſtatim dicemus. Quo apparatu Carolus V. Imperator Aquiſgrani ſolenne Convivium celebraverit. H. Maurus in Coronatione Caroli V. accuratè deſcribit, ubi abſentium quoque Electorum menſas ſtratas, ſed eduliis vacuas, commemorat: & Regis Bohemiæ menſam in latere dextero loco ſecundo apparatam ſtatuit. Ad itaque interfuiſse Convivio iſti nonnullos

De Carolo V. Coronatione.

Menſa abſentium Electorū ponuntur.


Quis aquam & mappam praebeat Imperatori?

Epiſcopos, Conſiliarios item Regios, & Civitatum Aquiſgranenſis, Colonienſis, & Norimbergenſis Magiſtratus & Legatos. Omnes menſis ſeparatis exceptos, Aquam, ut manus ablueret, miniſtraſse, inquit, Brandenburgicum; prebuiſse mappam Palatinum: & adſtantes Principes tenuiſse pelves aureas.

Anno 1612. die 24. Iunii, quem reddebat ſolennitatem S. Ioannis Baptiſtę, etiam per Aſiam & Africam ab ipſiſmet infidelibus celebrata Nativitas, coronatus eſt Imperator Matthias, & quia Bullæ Aureæ Commentator ad S. *Imperialis. pag.* 115. Convivii menſas accuratè deſcribit earum diſpoſitionem hic breviter repræſentabo.

S. Ioannis Baptiſta quam ſit celeber?

De Matthiæ coronatione.



Quinam, & quo ordine Proceres comederint in menſa Principum?

In Principum menſa ſedebant ab A in B. Ioannes Caſimirus, & Ioannes Erneſtus Saxones; Ioachimus Erneſtus, & Georgius Wilhemus Brandenburgici; Ioannes Fridericus, Ludovicus Fridericus, & Iullus Fridericus Duces Wurttebergici: Georgius Fridericus Badenſis, Auguſtus Lunæburgenſis, & Albertus Holſatius. Omnes numero decem.

Ex alio latere (à C in D) ſedebāt Georgius Guſtavus, & Fridericus Caſimirus Palatini; Fridericus Vlricus Brunſwicenſis: Mauritius, & Ludovicus & Philippus Lanſgravii Haſſiæ: Fridericus, & Chriſtianus, & Ioachimus Erneſtus, Principes Anhaltini. Omnes numero novem.

Plerique erant Principum Electorum Cognati.

IN SOLENNITATIBUS, quæ celebrantur, dum aguntur Generalia Comitia, procedit Imperator hoc modo.

Quo ordine Imperator & Electores in Solennitate procedant?

		Colonienſis, cum Regni Italiæ Typario.	*Palatinus. portans Coronam auream. Brandenburgicus, portans Sceptrum.*	
IMPERATRIX	Rex Bohemiæ	IMPERATOR. VISTE CATSAREA INDVTVS	*Saxo, portans Enſem.*	*Treverenſis cum Arelatenſis Regni in Galliâ Typario.*
		Moguntinus cum Regni Germaniæ Typario.	*Bavarus portans Globum aureum, quo repræſentatur totus Mundus.*	

IN Senatu Cæſareo, quando Imperator cum Electoribus de totius Imperii graviſſimis negotiis deliberat, Sedes diſponuntur hoc modo

IM-

IMPERATOR

□

Quo modo & ordine in Senatu Imperiali conſideant?

Arch. Moguntinus □ □ *Arch. Colon.*
Rex Bohemia □ □ *Dux Saxon.*
Dux Bavaria □ □ *Comes Palat.*
March. Brand. □

□

Arch. Trevirenſis.

Quæ ſint Inſignia Imperatoris?

INSIGNIA Cæſarea, diviſa in partes, Electores præſeferunt: videlicet Sigilla, Sceptrum, Coronam, Globum, de quorum Politica ſignificatione multi fusè ſcripſerunt, & nos ex Aureæ Bullæ Dilucidatore ſequentia breviter adnotamus.

Imperatoris Sigillum duplex eſt; majus, & minus. Majus appellatur BVLLA, MAIESTAS, & TYPARIVM, quo in actibus majoris momenti uti ſolet M. Freher. *ad P. de Andlo l.2.c.5.pag.161.* Erat olim BVLLA pyxis ad cordis formam elaborata, in qua claudebantur contra Invidiam & Faſcinationem remedia, & ideò illam à collo pendentem in triumpho geſtabant Victores, ne ab invidis inficerentur, & eadem apponebatur pueris, ne aliquo conturbarentur faſcino. Et quia ſigillum habere ſolet formam Bullæ, & in eo conſiſtunt Politica Civilium morborum remedia, ſigilla nominata ſunt *Bullæ*; & literæ ſigillatæ, *Bullata*; & poſteà per metonymiam *Bulla*. Quia autem Sigillum reſcripto ſimplici, ſi imprimatur, communicat Majeſtatem Cæſaream, nominatur *Majeſtas*: & quia eſt typus, quo ſtemmata Imperialia figurantur, appellatur *Typarium*.

Quid Bulla fuerit?

Literæ Bullatæ quæ?

Cur inventa ſigilla?

Inventus autem fuit ſigillorum uſus ad evitandas fraudes, itemque ad fidem, & probationem rei, ita ut ſigillum ipſius rei veritatem & fidem denotet ac conſervet; & apponitur, vel literis patentibus, & manifeſtat rem pro fide rei geſtæ, vel imprimitur epiſtolis & literis, & illi ſoli, cui ſcribitur contenta aperit; aliis verò claudit Caſp. Ant. *Teſſaur. 2. qu. for. 100. num. 9. deportabunt.*)

De aliis Imperatorum inſignibus.

Præter Typaria, ſeu ſigilla Regni Arelatenſis, Italiæ ac Germaniæ, quæ Imperatori præferunt Electores Eccleſiaſtici, præferuntur à ſæcularibus, SCEPTRVM, POMVM ac ENSIS; Hodie additur CORONA. Et quidem SCEPTRVM Brandeburgicus geſtat manu. POMVM Bavariæ Elector; ENSEM Saxo; CORONAM Palatinus: quilibet ſuo ordine, ac loco.

Symbolum gubernatricis Dignitatis eſt virga; & in diverſorum manibus diverſa obtinet nomina: illa enim, qua utuntur Pontifices, vocatur *Baculus*; qua Centuriones eſt Hiſp. *La Ginete*: qua Legionarii Hiſp. *El Baſton*, Latin. *Vitis*: qua Reges *Sceptrum*. Et, ut obſervo, Sceptrum penes omnes gentes antiquiſſimum Regiæ Dignitatis ſignum fuit; antiquiores ejus loco habuere HASTAM, item CICONIAM HIPPODAMO ſuperimpoſitam: ſignificatur ejuſmodi diademate Regimen Regis in adminiſtranda Iuſtitia, præmiorum item & pœnarum diſtributione juſta, teſte Viterbienſ. *p. 19. Chron.*

Quid ſignificet Virga?
Baculus, Vitis, Sceptrum, Haſta. &c.
Hiſp. La Gineta, el Baston &c.
Huc pertinere videntur verba illa, quæ lib. 1. cap. 26. Regum leguntur, videlicet, *Invenerũt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput ejus*. Nomine enim haſtæ ibi ut exiſtimo, non militaris lancea ſed dignitatis Regię inſigne & ſymbolorum ſignificatur.

In manibus Regum dum Regia Sceptra
tenentur,
Tunc quaſi per virgam compeſcere cuncta videntur,
Pœnaque præſtatur quæ ratione datur.

POMO AVREO, cui crux ſuperim; oſita, ſignificari dicitur *Dominium mundi* divinis auſpiciis Imperatori conceſſum. Crucem addidere Chriſtiani. Veteres profectò Imperatores, quia totum ſuæ juriſdictioni Mundum conabantur ſubjicere, illo aureo globo voluerunt univerſum Mundum ſignificari. At poſteriores animoſitatem intra juſtitiæ terminos continentes, ſignificationem reſtrinxerunt, ut Mundum Romanum (Provincias Romano Imperio ſubditas) ſignificaret. Nam & Hiſpaniæ Reges in Coronæ apice aureum globum gerunt, nec tamen hoc ſymbolo ſignificare volunt ſe eſſe Dominos totius Orbis terrarum. Habet Imperium in Germania ſuos terminos: undè Imperator, ad inſtar alterius Regis ſuperiorem non recognoſcentis, partem Mundi ſibi concreditam gubernat, crucemq; ſuperimpoſitam intuens cogitat, ſe pacis cauſa Dominum conſtitutum eſſe, ſicut Chriſtus cruce orbi pacem æternam peperit. Limnæus *in Annotam. ad art. 30. cap. Caroli V.* Empfahen. *nu. 57.* adde M. Frequer. *ad Patrem de Andlo. leg. 2. cap. 6. pag.* 182.

De Globo aureo.
Quid ille ſignificet?
An Imperator totius Mundi ſit Dominus?

An & cur Hiſpaniæ Rex in corona habeat globum aureũ?

Per ENSEM deſignatur Iuſtitia, necnon ſuprema authoritas, ut ſciat Princeps juxta præſcripta Legum & non alias vitæ & mortis habere poteſtatem. Enſem Prætorii Præfecto ſub hac verborum formulâ (neſcio, an ſatis prudenter) concredebant Veteres Imperatores. *Hoc ſim bonus, utere pro me; ſi malus, contrà me.* Quæſtio enim, quæ inquirit, An Princeps ſit inimicus Patriæ, an non? non debet ab uno ſolo, etſi maximo, & ingenuo, decidi.

Quid Gladius ante Cæſarem portatus ſignificet?

CORONA AVREA nihil ſignatur aliud, quàm MAIESTAS REGIS INVIOLABILIS. Sicut enim in terris nihil eſt luculentius, aut

De Corona Cæſarea.

Sigalion ſecunda Pars.

aut

Digitized by Google

aur opulentius tali Diademate, ita nihil, aut dici, aut fingi poteſt Imperatoria dignitate eminentius. Hæc ſua vi nixa excedit omne humanum faſtigium; uni Divinitati aſſurgit; eſt Imperator in rerris *Deus viſibilis*, inter emmentes altiſſimus. Coronę aureę ſynceritate admonetur Imperator ejus puritaris, quam Deo, conſcientiæ ac pnpulo univerſo præſtare renetur; ut ſcilicet omnia ex pietatis virtutiſque regulis moderetur & intelligat, unde comparara ſinr ſuffragia, ſtudia, obſequia, & conſenſus univerſorum; nimirùm, ue unus ſit inter innumerabiles mortales, cujus eura nitantur cæteri, taliſque ſit univerſis, qualem ſibl optaret eſſe Principem, ſi eſſet homo privatus. Hoc Diadema Reginm olim nihil erat aliud, niſi *vinculum capitis*, ſeu *faſcia candida, linea, plectilis, textilis*, evinciens caput Regis, de qua faſcia olim Rex ille ſubtilis judicii ap. Valer. Max. *lib.7. cap.2.* quem Plutarchus in πρεσβ πολιτ. *Seleucum* nominat, *O nobilem*, dicebat, *magis quàm felicem pannum, quem ſi quis penitus cognoſcat, quam multis ſolicitudinibus, periculis & miſeriis ſit refertus, ne humi quidem jacentem tollere vellet*. Priſca illa linea faſcia nullo artificio operoſa, nullis opibus tumida, nullo accerito lumine corruſca, ſed ſolo candore conſpicua fuit, cui tamen ſimplicitati, & paupertati ſumma Majeſtas inhærebat. Succreverunr divitiæ, & Majeſtas decrevit. Antiquam cum moderna Romam Virgilius comparat, & lib.8. ſic ſcribit.

Quid ſignificet?

Principes, quia Dei nomine nos gubernant, per metaphorã vocantur Dii viſibiles.

Seleuci de Corona exclamatio.

> *Sol medium Cœli conſcenderat igneus orbem,*
> *Cùm muros, Arcemq; procul, & rara domorum*
> *Tecta vident, quæ nunc Romana potentia Cœlo*
> *Æquavit: tum res inopes Evandrus habebat.*

Meliùs obediũt & ſãctiùs pauperes, quàm divites imperãt.

Faſcia linea coronatus, in pace obedientiſſimo populo jus Evandrus dicebar. Victoriæ ditarunt privaros Regum loculos, authoritatem enervarunt.

E faſcia linea facta eſt lamina aurea, eaque gemmata, quæ eſt prima pars diadematis, propriè caput Regis evinciens. Et quamquam olim priſci illi Reges in certis quibuſdam ſolennitatibus coronis quoq; aureis conſpicui apparuerint; poſtmodum tamen *Corona aurea* unum, & perpetuum manſit verè *Diadema Regium*, uſque ad noſtra tempora, quo dixi SVMMVM FASTIGIVM ET MAIESTAS IMPERATORIS præfiguratur.

Corona eſt propria Regum.

ARTICVLVS II.

ΧΡΟΝΟΛΟΓΙΑ.

De Temporis Colloquutione.

Cur hic de natura Temporis diſſeratur?

NOnnulla, quæ ad Temporis naturam & eſſentiam ſpectant, expoſuimus ſuperiùs, cum de ſyllabarum Duratione, & Reſtrictione, quæ ab illa procedit, tractabamus. Non eſt, cur reponantur modò: cùm, quia ad Philoſophiam Naturalem ſpectare videntur; tum, quia quæ ibi habentur, ibidem etiam legi poterunt.

Quanti faciendа ſit Temporis circumſtantia?

Temporis profectò notitia ad ſignificationem concurrit, aufert Homonymiam, æquivocaſq; & latius patentes voces contrahit & reſtringit: & eſt Veterum & Iuniorum Scriptorum ſententia una ex præcipuis Actuum Humanorum circumſtantiis; unde Theologiæ Moralis Profeſſores à Metrica debent excuſationem indipiſci, Tempus enim ultimo in loco collocarunt; non, quia natura temporis talem ſedem exigeret: ſed quia Carminis ratio voci *Quando* illum nidum præſcripſit in illo notiſſimo Hexametro,

> *Quis? quid? ubi? quibus auxiliis? cur? quomodò? quando?*

Priſci profectò Græci (nam fuerunt ingenioſi & perdocti) nonnullas invenerunt Imagines, quæ tempus propriis coloribus repræſentarent. Inter alias ſcripta à Ποσειδίππῳ, celeberrima habetur. Erat Titulus, εἰς ἄγαλμα Καιρȣ̃ *In Imaginem Temporis*: & hæc Diſticha ſubſcribebantur.

Temporis Imago à Poſidippo deſcripta.

> Τίς, πόθεν ὁ πλάςης; σικυώνιος, ὄνομα δὴ τίς,

Aὐ-

Digitized by Google

Tempus materialiter, & moraliter ſeu civiliter ſumitur, & materialis Temporis accidens quoddam eſt hæc ipſa moralitas. Phyſicum, & reale *Tempus* à Græcis χρόνος dicitur, & *Temporale* χρονικός; & ut *libr. 4. Phyſic.* nos docet Ariſtoteles, *Tempus eſt numerus motus ſecundum prius, & poſterius.*

Tempus Morale, ſeu Civile addit Tempori Reali opportunitatẽ; Græcè dicitur καιρός (nõ καῖρος, nã ſi prima circumflectatur, ſonat *licium*) & καιρός τῶν πραγμάτων, apud Demoſthenem, eſt *opportunitas rerum agendarum.* Quo reſpiciens concinebat Ovid.

Temporibus medicina valet data tempore præſunt,

Et data non apto tempore vina nocent.

Quod Monitũ etſi ſolis Medicis videatur dari, univerſale eſt; & omnibus poterit adaptari negotiis, in quocumque enim (ſeu incipere, ſeu progredi, ſeu finem volueris imponere) Prudentia inclamat Γνῶθι καιρόν, *Cognoſce, & elige aptum, & opportunũ tempus.*

Λύσιππος σὺ δὲ, τίς, Καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ.
Τίπτε δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας, ἀεὶ τροχάῳ τί γὰρ ταρσοὺς
Ποσσὶν ἔχεις διφυεῖς, ἵπταμ' ὑπηνέμιος.
Χειρὶ γὰρ δεξιτερῇ τί φέρεις ξυρόν, ἀνδράσι δεῖγμα.
Ὡς ἀκμῆς πάσης ὀξύτερος τελέθω
Η' γὰρ κόμη, τί κατ' ὄψιν, ὑπαντιάσαντι λαβέσθαι.
Νὴ Δία τ' ἐξόπιθεν, πρὸς τί φαλακρὰ πέλει;
Τὸν γὰρ ἅπαξ πτηνοῖσι παραθρέξαντά με ποσσὶν,
Οὔτις ἔθ' ἱμείρων δράξεται ἐξόπιθεν.
Τοῖον ὁ τεχνίτης με διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
Ξεῖνε καὶ ἐν προθύροις θῆκε διδασκαλίην.

Thomas Morus, qui Pietatem vitæ, & legum ſublimiorem notitiam, humanarum literarũ floribus condecoravit, hanc temporis imaginem ſic latinè repoſuit.

Cujas hic plaſtes? Sicyonius. At quis erat? dic.
Lyſippus; Tu quis? tempus ego omne domans.
Cur ſummis inſtas digitis? roto ſemper. At alas
Cur pedibus geſtas? ut levis aura feror.
At dextram cur armat acuta novacula? ſignum eſt,
Quod conferri acies non potis ulla mihi eſt.
Cur coma fronte jacet? quod qui me prendere captat,
Præveniat. Calvum eſt cur tibi retro caput?
Quod poſtquam levibus præceps effugero pennis,
Nil aget à tergo qui revocare volet.
Vnde igitur poſſes documentum ſumere, talem
Artificis poſuit me tibi docta manus.

Eoſdem Poſeidippi verſus recenſuit, & convertit in ſequentes Alciatus.

Lyſippi hoc opus eſt, Sycion cui Patria. Tu quis?
Cuncta domans capti Temporis articulus.
Cur pinnis ſtas? Vſque rotor. Talaria plantis
Cur retines? Paſſim me levis aura rapit.
In dextra eſt tenuis, dic, unde novacula? Acutum
Omni acie hoc ſignum me magis eſſe docet.
Cur in fronte coma? Occurrens ut prendar. At heus tu,
Dic cur pars calva eſt poſterior capitis?
Me ſemel alipedem ſi quis permittat abire,
Ne paſſim apprenſo poſtmodo crine capi.
Tali opifex nos arte tua cauſa, edidit hoſpes,
Vtq; omnes moneam, pergula aperta tenet.

Quia varietas delectat, & multi illuſtres Poetæ illa Poſeidippi Diſticha reddiderunt latinè, adhuc ſubjiciam Interpretationem Auſonii.

Cujus opus? Phidiæ, qui ſignum Palladis, ejus
Quique Iovem fecit, tertia palma ego ſum.
Sum Dea quæ rara, & paucis Occaſio nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſum. Mercurius quæ
Fortunare ſolet, tardo ego quum voluo.
Crine tegis faciem? cognoſci nolo, ſed heus tu
Occipitò calvo es? ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? dicat tibi, dic rogo, quæ ſis?
Sum dea, cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum dea, quæ facti, non factiq; exigo pœnas.
Nempe ut pœniteat; ſic Metanœa vocor.
Tu modo dic quid agat tecum? ſi quando volavi
Hæc manet: hanc retinet quos ego præterii.
Tu quoq; dum rogitas, dum percunctando moraris,
Elapſum dices me tibi de manibus.

Et huc ſpectant omnia, quæ ab utriuſque Parnaſſi (Græci & Latini) authoribus de occaſione dicuntur. Huc pertinet illud Catonis libr. 2.

Rem tibi quam notis [a] *aptam dimittere nolis,*
Fronte capillata, poſt eſt Occaſio calva.

Et illud ſimile.

Cur præcrinita eſt? Quoniam me crint teneri.
Fas eſt ante fugam, poſt data terga nefas.

Et ideò dexterum à ſiniſtro (opportunum ab importuno) tempore veteres diſtinxerunt. Horatius.

Niſi.

Digitized by Google

— *Niſi dextro tempore Flacci*
Verba per attentam non ibunt Cæſaris aurem.

Vocat dexterum, quod aptum vocaverat Ovidius.

An quando tales, aut tales præberi cibi debeant, ſciant Medici?

Quo reſpiciens Cornelius Celſus veriſſimè ſcribit, *Optimum medicamentum eſſe cibum opportanè datum: qui quando dari debeat inter Medicos non ſatis conſtat.* Iterum idem Naſo.

Gnoma Politica.

Ipſa leges tempus: Medici quoque tempora ſervant.

& iterum

Non adiit [*] aptè: non legit idonea credo
Tempora.

Et huc pertinet Morale illud & inculcatū apud Hiſpanos Monitum.

Tiempo, lugar, y ventura
Muchos hay, que la han tenido;
Mas pocos hay, que han ſabido
Gozar de la coyuntura. [b]

De hoc olim argumento *in Regulari Theologia. Diſp.* LXXXVII. *num.* 1210. *pag.* 368. Sancti Benedicti Regulæ Caput X. illuſtrans, accuratè diſſerui; & monui ex Plutarcho, *Rectè inſtitutos homines* καιρῶ (temporis opportuni) *in negotiis rationem habere debere.*

Nota, æ. Notus, a, um. Noris *pro* noveris. Adiit. Tiempo, Lugar, Ventura, Coyuntura. Καιρός. Tempus opportunum.

a] Correctione indiget verbulum *noris*; ſi enim à *nota, æ*, caret debito metro, ſi à *notus, a, um*, caret debito ſenſu. Ego vocem *veris* ſubſtituo, quæ tametſi aliàs ſecundam brevem habeat, illam ibi ratione cenſuræ producit; nam & hoc ipſum Faſt. 1. Naſo præſtitit.

Hanc ſimul ut veris, officiumque meum.

*] *Adiit* tres breves habet, & hic ſimiliter brevis illa ultima à Naſone cenſuræ cauſa prolongatur.

b] Quatuor hæc Hiſpanica nomina, *tiempo, lugar, ventura*, & *coyuntura* in Græcorum καιρῷ, & Latinorum *tempore opportuno* includuntur.

SECTIO I.

De Carminibus extemporaneis.

Quinam Scioli cognominentur?

OMnia profectò tempus habent, & inter tempora prudentem diſcretionem requirunt: quæ enim, aut incipienda, aut expedienda, determinatam determinati temporis durationem concernunt. Vnde Scioli (quo nomine intelliguntur ignorantes; nam hi, quoniam ſuam ipſi inſufficientia non cognoſcunt, multa audent temerè) multa ex tempore tentare audent, in quibus tempus conveniens poſtulant Eruditi. A Pantaleone Poeta ingenioſo & celebri, Princeps N. ut ex tempore verſus profunderet, iterum, iterumq; poſtularat, & illi Pantaleon.

De Carminibus, qui fundūtur ex tempore.

Anaſtaſius Pantaleo Romanc. 5. pag. 115.b.

Yo Motes, y de repente?
Linda necedad hiziera
En querer campar [a] de prompto,
Quien ſuele errar lo que pienſa.
Vuexcelencia me los dicte,
Que de ſubito ſe precia,
Pues es, ſin dezir Dios [b] valme,
Por la tetilla Poeta.
Y entonces para eſcribirlos,
Yo y eſta Mano derecha,
De redondo y de baſtardo [c]
Haremos muy linda letra.

NOTA.

Campar, an ſit verbū Hiſpanicum?

a] *Campare* vox Italica eſt, & nondum Hiſpania donata: ego potiùs dixiſſem, *En querer paſſar por prompto.*

Explicatur Alluſio.

b] Militaris Rhetorica, ut temporis brevitatem exponat, quo in duello aut rixa aliquis ſuum inimicum occidit, ait, *Le dio una eſtocada por la tetilla: y aſſi cayo ſin decir, Dios valme*, hinc longè ſumpta, ut mihi videtur, Metaphora, has Pantaleon phraſes Carminibus condendis applicuit.

Genera Characterum.

c] Sicut impreſſi libri duas literarum ſpecies præſeferunt, nempe Antiquam Romanam, & Italicam, quam vocamus Curſivam; ſic etiam Manuſcripti in Hiſpania duas ſimiliter habent, quæ ab ipſis *Redonda* & *Baſtarda* (*hoc eſt, Rotunda* & *Obliqua*) dicuntur.

Sunt aliqui tam ignorantes, ut ſe eſſe ignorantes ignorent: & Titio (uni ex ipſis, quē nominare poſsè) Portugalliæ Princeps Emanoel aliquando dicebat. *O quantò ego eſſē doctus, ſi omnia illa ſcirem, quæ te neſcis neſcire!*

Extemporaneus eſſe non voluit Pantaleo, ut vidiſti; nam erat eruditus; ſciebatque, unum Poema, ut ſuis numeris conſtet, longum tempus requirere: at ignorantes contra, quia omnia putant ſe ſcire, non præmeditantur, quæ dicturi, aut ſcripturi ſunt; ſed ex tempore de quocumque argumēto numeros ſine numero [*] effundunt. Et talis erat Poſthumianus, quem Guzzius pag. 153. Ogdoaſtico ſequenti irridet.

Quod ſubitos fundis verſus, libramq; vel uno
Edere te jactas, Poſthumiane die;
Nec probo, nec miror, brevis eſt, quæ carmina laudat
Gloria, cum nullo parta labore fluunt.
Quem ſtylus aſſiduus, nec lima momorderit una,
Dignus erit longa poſteritate liber.
Carmina cunctantem calamum victura ſequuntur:
Quæ properant, Vatè commoritura ſuo.

NOTA.

De Poetis neſcius, & imperitis.

*] Conſultò ſcripſi, *numeros ſine numero effundunt*; quoniam Poetæ ignorantes aquas turbidas copioſiſſimè exonerant; & maximè, ubi Auditores modeſtos & patien-

La Vida del Gran Tacaño, liber, qui hic citatur, inſcribitur.

Stylo eloquẽti eſt compoſitus, & Paululi nequitias edifferens, inſtruit Lectores candidos, ne à nigris, & improbis hominibus circumveniãtur.

tientes inveniunt. Et quidem ex horum grege erat ille, Majalaondæ Sacriſta, cujus *in Magni Nebulonis hiſtoria libr. 1. cap. 9.* Quevedus meminit. Fruebatur influxu Muſæ cœcutientis, ſed prodigæ, quæ in ſuum caput ineptiarũ profundebat Oceanos. Aliquas è multis ſubjicio. *Oiga v. m.* (inquit ille) *un pedacito de un librillo, que tengo hecho a las onze mil Virgenes, adonde a cada una he compueſto cinquenta Oravas; coſa rica.* Et Paululus, quicum loquebatur, tanta Ogdoaſtichorum multitudine attonitus, ut ſe ab illo ſubduceret, petiit, ut omiſſis ſacris, profana carmina modularetur. Et ipſe *començo a recitar una Comedia, que tenia mas jornadas, que el camino de Ieruſalen. Dezia. Hizela en dos dias: y eſte es el borrador: y ſeria haſta cinco manos de papel. El titulo era*, La Arca de Noe. *Haziaſe toda entre gallos, ratones, jumentos, rapoſas, y jabalis* [*] *con las Fabulas de Yſopo.* Ingenioſam inventionem ridet & laudat Paululus; & gloriabundus Poeta, ſubjunxit. *Ello coſa mia es; pero no ſe ha hecho otra tal en el Mundo: y la novedad es mas, que todo: y, ſi yo ſalgo con hazerla repreſentar ſera coſa famoſa.* Objecit tamen Paululus, non videri poſſibile, ut Comœdia illa in theatro ageretur; introducebat enim animantes, quę ἄλογοι nominantur à Græcis, quod loqui neſciant. Et tunc, *Eſſa es la difficultad*, exclamat ille: *que a no haver eſſa, havia coſa mas alta? Pero yo tengo penſado hazerla toda de papagayos, tordos, y picazas, que hablan; y meter para el entremes monas.* Hinc tranſivit ad alia: &, *Otras coſas mas altas he hecho. Yo*, dixit, *por una muger, a quien amé: y ve aqui novecientos y un Soneto, y doze Redondillas* &c. quibus auditis verbis, ſubmurmurabat Paululus, *Parece, que cuenta eſcudos por maravedis.* Et capite immediatè ſequenti legitur quædam contra Poetas & eorum Verſus ingenioſa Pragmatica, & exclamat Sacriſta. *No paſſe v. m. adelante; que de eſſo pienſo apelar, y no con las mil y quinientas, ſino a mi juez, por no cauſar prejuicio a mi habito, y dignidad: y en proſecucion de ella gaſtaré lo que tengo. Yo probaré, que las Coplas de Poeta Clerigo no eſtan ſugetas a tal Pragmatica.* &c. Et, ut oſtẽderet, non eſſe de nihilo ſuam perturbationem, ſed ex cauſa graviſſima vociferari, ſubjungebat, *No ſabe v. m. que coſa es hallarſe un hombre con ochocientas mil coplas de contado?* Et ego hiſtoriam hanc (quam non repugnat fuiſſe veram) conſiderans, iterum dico, eſſe ineruditorũ Vatum proprium, *profundere ſine numero numeros.*

[*] Notent qui Inſtitutiones Hiſpanicæ linguæ præſcribunt quoniam vox *jabali*, ut habet hic Quevedus dat in plur. *jabalis*, at ego ſemper audivi *jabalies*.

Cur animantes dicantur ἄλογοι?

Quæſtioni, quæ interrogat. *An Poetarum Eccleſiaſticorum Carmina gaudeant immunitate: an verò Imperatorum, Regũ ve ſubjiciantur Vindictæ?* ſequens reſpondet Diſtichon, *Nullus in Orbe poteſt verſus ne jure Monarcha, Aut laudare malos, aut reprobare bonos.*

SECTIO II.

Quomodò Æquivoca, & latiùs patentes Dictiones per Circumſtantiam Temporis reſtringantur?

An Tempus voces æquivocas & communes reſtringat?

Dicuntur *Propria Nomina*, quæ uni ſoli conveniunt, & tamen tam ſunt ipſa communia, ut niſi aliæ circumſtantiæ ſuccurrant, hærebit anceps Lector, nec intelliget, de quo Liber, vel Orator loquatur. Vel unicum è nominibus, quæ vocant *Propria*, in exemplum ponamus. Dicit Titius, *Petrus tali actui interfuit*. Sed quis Petrus? Sunt innumeri, qui ſignantur hoc nomine; & ideo, niſi aliquid addatur, quis ſit ille Petrus, neſcietur. Quia autem impræſentiarum de Tempore ſpecialiter diſſero, Nomina dico propria eſſe valde communia, & per temporum varietates ſecerni. Quod exemplis manifeſtis probabo.

Quid apud Eccleſiaſticos ſignificet litera N?

Eccleſiaſtici ſumus: ergo Eccleſiaſtica exempla præmittamus. Inter Orationes, quas nobis Sancta Mater Eccleſia recitandas proponit, eſt hæc in noſtro Ordine valde communis.

Interceſſio nos, quæſumus Domine, Beati N. Abbatis commendet, ut quod noſtris meritis non valemus, ejus patrocinio adſequamur. &c.

Quid nomen Fulano *in Hiſpania?*

Sed quid ſignificat illa litera N? idem quod in Hiſpanica lingua *Fulano*. Eſt autem *Fulano* nomen proprium ut ſic, quod poſteà per ſupervenientes differentias, ut ſit *Petrus*, vel *Paulus* contrahitur. Dico igitur illud ſignum N. à circumſtantia temporis reſtrictionem habere: nam die XV. Ianuarii *Maurum*; die XVII. Ian. *Antonium*; die VII. Febr. *Romualdum*; die XXI. Martii *Benedictum*; die XXIX. Apr. *Robertum*; die XXII. Maii *Romanum*; die XXV. Iunii *Guilielmum*; die XII. Iulii *Ioannem Gualbertum*; die XX. Auguſt. *Bernardum*; die I. Sept. *Ægidium*; die XVI. Octobr. *Gallum*; die XXI. Octob. *Hilarionem*; die XII. Novembr. *Æmilianum*; die XIX. Novembr. *Odonem*; die XXVI. etiam Novembr. *Sylveſtrum*; die V. Decembr. *Sabbam* ſignificabit.

Abbates Sancti qui ab Eccleſia coluntur.

Quis fuerit ille Darius, cujus facit mentionẽ Ptolemæus?

Tranſeamus ad Politica, & videbimus quomodo genericæ voces à circumſtantia Temporis reſtringantur. Ptolemæus *lib. 4. Almageſti c. 9.* hæc habet ex Hipparcho. *Anno 20. Darii illius qui Cãbyſſi ſucceſſit, Epiphi die 28. ſequente 29. hora æquali poſt Solis Occaſum C*$\frac{1}{4}$ *Luna quarta parte diametri ab Auſtro defecerat.* Et ib. ſcripſerat, *Eclipſim accepimus, quæ anno trigeſimo primo Darii Babylone obſervata fuit, Tybi die*

Duæ Lunæ Eclipſes recenſentur.

3 ſequente 4. ante mediam noctem ſemihora : diciturque Luna defeciſſe ab Auſtro digitis duobus. Sed de quo Dario loquitur Ptolemæus ? Fuiſſe profectò tres conſtat ex Regum Antiquorum hiſtoria. Regnavit enim

Quot Darios inter antiquos Reges Perſa numerant ?

I.	*Darîus Hiſtaſpis fil.*	522.	Annis
II.	*Darius, Nothus.*	424.	ante
III.	*Darîus Codomanus*	336.	Chriſtum.

Quis Cambyſi ſucceſſit ?

Sed quis ex his ille eſt, cujus Hipparchus & Ptolemæus meminere ? Ille-ne, qui Cambyſi ſucceſſit ? Sed hæc circumſtantia non ſufficit, Cambyſi enim non Darîus ſufficitur, ſed Oropaſtus. Herodotus *libr.* 3. clariſſimè. *Cambyſi Cyri filio vita erepta eſt, cùm regnaſſet ſeptem omninò annos & menſes quinque.* Et paulò pòſt agens de ſucceſſore illius, qui *Magus* fuit, & à nonnullis *Prexaſpes*, & à Trogo *Oropaſtes* vocatur, ait *Magus, defuncto Cambyſe, per ſimulationem Smerdis, filii Cyri, ſecurus regnavit menſes ſeptem.* Ergo hic character non eſt ſufficiens ut æquivocum nomen *Darius* ad veram & legitimam ſignificationem reſtringatur. Erit autem quæ à Tempore deſumetur Reſtrictio. Conſulantur igitur Aſtronomicæ Mediorum Motuum Tabulæ, & quærantur momenta, in quibus illa Lunæ acciderunt deliquia, & Veritatem inveniemus. Ricciolius *in Chronol. Reform. libr.* 5. *de ann. Reg. Aſia. cap.* 7. *pag.* 238. *a. num.* 3. ſic ſtatuit. *Primam Ecclipſim repræſentant Aſtronomicæ Tabulæ anno ante Chriſti Epocham* 502. *die Novembr.* 19. *ſecundam verò ann.* 491. *Aprilis* 25. Cùm autem hæ ipſæ Eclipſes ante Darii II. nativitatem acciderint, Darius, qui in illarum enarratione nominatur eſt Primus. Illa igitur quæ à Tempore ſumitur, ſecuriſſima æquivocorum Nominum Reſtrictio eſt. Annis itaque 491. adde 31. & adquires 522. Anno ergo ante Æram Domini noſtri Jeſu-Chriſti 522. incepit regnare Darius Primus.

Reſtrictionis à Tempore ſumpta certitudo.

De Aſtronomicis Tabulis.

Quomodo ex Lunæ Eclipſi colligatur quando Darius regnare cœperit

491
31
522

Eodem modo cognoſcere poterimus Summum Pontificem; qui tale aut tale Privilegium conceſſit : nam cùm multi fuerint ejuſdem nominis (viginti duo Ioannes vocati ſunt) niſi ad annum, quo fuit datum recurritur, tolli non poterit æquivocatio. Demonſtrat id D. Julianus Paris, Fulcardimontis Abbas, qui Pariſiis anno 1664. edidit Ciſtercienſe Nomaſticon : in quo præter S. P. N. Benedicti Regulam, omnes Generalium Capitulorum & Pontificum leges, quæ debent in Ordine obſervari, digeſſit: & quia in textu multi Pontifices & Reges nominantur, conſideratis temporibus, in quibus illi gubernarunt exponit in margine quoti fuerint. Vnam aut alteram Notam in exemplum producam. *Part.* 1. *Inſtitut. Gener. cap.* [illegible] *pag.* 385. habet Textus. *Anniverſaria Honorii Papæ. &c. Regis Philippi. &c. Regis Ludovici. &c. Regis Richardi.* &c. Sed qui fuerunt hi omnes nam multos tam in Apoſtolicâ Sede, quàm in Regio ſolio illis nominibus inſignitos reperio ? Reſpondet Scholium in margine. *Honorii, ſcilicet Tertii, qui S. P. N. Robertum, Sanctorum numero adſcripſit. &c. Philippi, ſcilicet Auguſti, & Ludovici VIII. Regum Franciæ. Richardi Anglorū Regis.* &c. Deinde pag. 379. Bullam exhibet, quæ incipit, *Alexander Epiſcopus.* &c. & ex anno Chriſti 1264. & Ordinis 166, quo fuit expedita, colligit hunc Alexandrum fuiſſe ejus nominis Quartum. Clementem, cujus conſtitutionem *pag.* 466. recenſet, Quartum fuiſſe ſupponit ex anno 1265. & 167. noſtri Ordinis. Et quia *pag.* 478. dederat literas Cardinalis Guidonis, ut & ipſemet cognoſceretur, ſic ſubſcribit. *Quis fuerit prædictus Guido Cardinalis, jam ſupra monuimus. Is enim Abbas Ciſtertii erat hujus nominis Tertius, quando ab Vrbano IV. Cardinalis creatus eſt anno* 1262. *Succeſſerat autem S. Boniface circa annum* 1255. &c. Reperio *pag.* 664. Epiſtolam, quæ incipit, *Eugenius Epiſcopus.* &c. & datur anno Domini 1444. & Ciſtercienſis Ordinis 546. & hunc fuiſſe ejus nominis Quartum ſcitè D. Iulianus infert; & illationem eſſe legitimam d. mōſtrat, præmittendo iſtam Notam. *Eugenius IV. Venetus, Gabriel Condolmerius anteà vocatus, Presbyter Cardinalis, titulo S. Clementis; creatus eſt Summus Pontifex* 5. *Nonas Martii ann.* 1431. *obiit verò* 7. *Calend. Martii ann.* 1447.

Cùm multi fuerint ejuſdē nominis Summi Pontifices, ut ſciamus, quiſnam talem Bullam ediderit, ad Tempus ſecurè recurritur.

Qualis Liber ſit Ciſtercienſe Nomaſticō.

Summam Venerum Ciſter[illegible] um erga Benefactores [illegible] aritudinem præter alia, hujus modi anniverſaria manifeſte demonſtrant, illorum enim omnium memoriam in benedictione recolit, & ſolennibus orationibus celebrat.

Hanc viam i[illegible]ivit Olaus Wormius in Syntagmate *de Runica Literatura*, cap. 11. pag. 96. citaverat enim Scaldæ authorem dicentem. *Has literas* de Runico Abecedario loquitur) *earumque poteſtates compilavit Dominus meus* [a] *Waldimarus, Rex Daniæ in acuto hoc dicto.*

Vvald. [illegible] *Danorum* [illegible]

Sprengt manno hog flydt enuf boll. Et ſubjungit Wormius [Maximam deinde literarum hiſce incluſarum partem pluribus explicat idem Author: ſed quis ſit ſenſus Proverbii non addit; ut, nec quotus fuerit Waldimarus.] At, Wormi mi, Curinſi à te petunt utrumque, nam & Dictum, quod ille *acutum* vocat, intelligere optant, & ſimul deſiderant hunc Eruditum Regem ab aliis bellicoſis diſtinguere. Reſpondet. [Ego, quia ab Arngrimo *Crymog. libr.* 2. huius Tractarus (nimirùm *Scalde*) Authorem circa annum Chriſti MCCXVI. vixiſſe accepi, Secundum Waldemarum, *Sejer* dictum hic innui arbitror. Is enim paulò antè, præclaris auctus

Quis, & quotus is fuerit ?

Ab anno quo regnabat, ſumitur Reſolutio.

Exponitur Proverbium Gothicum.

ctus victoriis Wandalorum quoque regnum obtinuit: adſcito in ſocietatem regni filio (a) Woldemaro III: atteſtantibus id Gentis noſtræ Annalibus indubitatis.] Et ad Proverbium veniens ait, (Voces verò γνώμη hac comprehenſæ hoc volunt.) (ε)

Raptum viri mentum, averſatus ideò pilã
Sprengemanns hog flyde tuui boll.

De ludo pila.

(æ) Innuunt pilæ ludo quempiam mento vulneratum, fugiſſe: antiquitùs enim non ſcortea, ſed lignea utebantur pila, Knottur dicta: de cujus luſu conſule Arngrimũ *libr. 1. Crymogea*(b) *cap. 6.*)

Politicum Monitum.

a] Fortè Politici Scaldæ Authorem *Dominus meus* dixerit, ubi debuiſſet dicere *Dominus noſter*. Hiſpani enim (& hunc morem apud alias Gentes obſervari etiam puto) *el Rey nueſtro Señor* dicimus, quando de Rege agimus.

Quo modo debeam loqui? An dicere debeam, Rex meus dominus an verò Rex noſter dominus?

Reſpondeo tamen Scaldæ Authorem bene ſcribere, *Regemque meum* debuiſſe dicere; nam Hiſpanus, qui agens de Carolo I. *el Rey nueſtro Señor*. Madriti dicit, dicere debet Romæ, Viennæ, Pariſiis, &c. *el Rey mi Señor*. Carolus enim Primus, nec Romanorum, nec Germanorum, nec Gallorum eſt Rex. Scaldæ igitur Author, ſi ſolis Danis ſcriberet Daniæ Regem vocaret *noſtrum Dominum*, quia autem ſcribebat etiam aliis (nempe, Germanis, Italis, Anglis, Gallis, &c.) illum vocat *meum Dominum*

De vocalibus impuris ſeu mediis.

Fortè, quæ vocantur diphthongi, ſunt mediæ vocales inter duas, & a ſonare debet inter a & o: & æ inter a & e: & au inter a & u, &c.

ε] Videntur mediæ vocales, quas pronunciant Germani; nam ipſis *a* eſt obſcurum, & ſonat inter *a* & *e*; unde Iudæi vocalẽ — in Italia *Qametz*, & in Germania *Qemetz* dicunt. Sic inter *e* Germanorũ (cui η Græcorum junge) obſcurum eſt, & ſonat inter *e* & *i*. Et hinc oritur tanta apud Authores ſcribendi varietas, quoniam in eodem contextu Daniæ ille Rex *VValdimarus*, *VValdemarus*, & *VVeldemarus* ſcribitur: & vox illa *flyde*, hoc eſt, *averſatus* tranſit in *flyde*, cùm reponitur altera in pagina. Et hoc propter vocalium *e* & *i* magnam ſimilitudinem.

De pila lignea, quæ chueca ab Hiſpanis vocatur.

b] Ludunt etiam Hiſpani pila lignea, quam *chuecam* vocant, & ludum ipſum *el jugar a la chueca*. Et inter alios ludos, quos tranſmiſerunt in Americam, is illis populis, & præcipuè Chilenſibus, gratiſſimus & acceptatiſſimus eſt.

De Iulio Cæſare.

γ] Cum armis componi poſſunt & ſolent literæ, nã & Iulius Cæſar, eadem manu vibrabat gladium, & movebat Calamum: & in Dania Rex Chilpericus ſub ann. 584. & Rex VValdimarus ſub ann. 1216. ut alios præteream, coluerunt Pallada (armorum & literarum Deam) ſub utroque attributo, & ſua virtute & eruditione condemnant illam Gothorum legem,

An literarum ſtudia Regibus & Principibus noceant.

Vt meliùs Marti ſtudeat, gladiumque coruſcet,
Ignoret omnes Rex Danus litteras.

de qua Cælius *libr. 8. cap. 1.* (apud VVormium *cap. 4. p. 23. § Rem verò.*) hæc habet. *Gotherum inſtitutum fuit, ne literis imbuerentur Reges, quòd illa longo à fortitudine intervallo abeſſent, ac magnanimitate: quin ita effœminari potiùs animos, remolliriſque ad timiditatem velut.*

Imprudentiſſima Gotherum lex.

*] *Perſona* nomen eſt, quod reſpuût Recentiores Grammatici. Et, ſi in Martiale legi dicũ, reponunt illũ Hiſpanum fuiſſe, & aſſiduo labore linguam Romanam comparaſſe. At illis ego jubeo, ut ſi hanc vocem expungant, dent aliam, quæ loco illius ſuffici poſſit Et, ſi nõ habeant aliam, hanc eleemoſynam ſine obloquutione recipiant.

Cur plura? Hæc pauca adduxiſſe ſufficiat, ut cognoſcamus Propria Principum nomina, ubi intercedit Homonymia, per rationes Temporum, ad veras Perſonas (*) reſtringi.

Sigalion ſecunda Pars.

NOTA I.

De Didone & Æneâ. *An-ne Tempus oſtendat, omnia quæ de illorum amore à Virgilio cantantur, eſſe fabulas?*

Cur Tempus dicatur Veraciſſimum?

Dicebat olim quidam Philoſophus, *Tempus veraciſſimum eſſe, & mendacia detegere*; nil enim occultum, quod non reveletur, & ſecretum, quod ſucceſſu temporis (Hiſp. *con el tiempo.*) non ſciatur nam *dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. Quod poſſem exemplis & hiſtoriis oſtendere. Sufficiet tamen impræſentiarum demonſtrare, ex ſola temporum comparatione totam de Didus & Æneæ narrationem, quæ apud Virgilium legitur, eſſe meram calumniam. Attende.

Cur Eliſa Dido fuerit vocata?

Eliſa, quæ ob rerum geſtarum magnitudinem Διδὼ cognominata eſt; Beli Tyriorum Regis filia fuit: & Sichæo Herculis Sacerdoti matrimonio conjũgitur, & oſtendit etiam apud Ethnicos Regiam fuiſſe Sacerdotalem dignitatem. Eliſæ frater Pymalion, ejus theſauris inhians, Sichæum ante ipſam aram obtruncavit; cum iis quibus erat nomen Pymalionis inviſum, claſſem exornat, & ad eam Africæ partem, quæ Zeugitana dicitur, navigans, à Iarba illius regionis Principe, tantum ſibi ſoli emit, quantum taurino coreo poſſet circumdare. Quo in loco cùm coreum in ſubtiliſſimas fibras diſſecuiſſet, ſpatium ſatis amplum complexa urbem, & in ea arcem condidit, illamque Carthaginem, ut Chartæ Tyriæ Civitatis, Didoni charæ, in ea perennaret memoria, hanc autem à bubuli corei nomine *Byrſam* vocavit Græci enim Βύρσαν *coreum*, aut *tergus*, & Βυρσέα *coriarium* nuncupant. Virgilius

Quanti Sacerdotes apud Ethnicos facti?

Dido civitatẽ adipiſcat.

Carthago unde dicta?

Byrſa unde dicta?

Mercatique ſolum, facti de nomine Byrſam,
Taurino quantum poſſent circumdare tergo.

Carthago evertitur.

[Cicero *libr. 5. de natur. Deorum*; totam priùs *Byrſam* & poſtea totam aſſerit appellari *Carthaginem*. Hæc tertio bello Punico à Scipione Æmiliano everſa & incinerata omninò fuit.] Sed quem tandem exitum habuit Dido?

De Didus morte.

Se ipſam interemit, & in αὐτοχειρίᾳ, duplicem errorem (Philoſophicum, & Theologicum) ſimul commiſit. Nam primò

Vita hominum brevis eſt, variiſque obnoxia curis,

Digitized by Google

Mane viret, langues veſpere, nocte cadis.

Ergo, præſcindendo à Divinis, delirium fuit, vitam, quam Natura juſſit eſse breviſſimam, manu propria adhuc breviorem reddere. Secundò, ut ait Ovidius ad Liviam.

Vita data eſt utenda, data eſt ſine fœnore nobis
Mutua, nec (a) *certa perſolvenda* (b) *die.*

a] Dies mortis noſtræ, tametſi quoad nos ſit incerta, certa eſt quoad Deum.

b] *In Voce perſolvenda illud u eſt vocale.*

Non ergo Reginæ Eliſæ licuit ſibi mortẽ conſciſcere: niſi fortè eam excuſet ignorantia invincibilis, quæ etiam opinione multorum excuſavit à peccato Lucretiam.

Cur ſe occiderit Dido?

Sed quam ob cauſam Dido tam præcipitem ſumpſit reſolutionem? Dividuntur Authores, & duas illorum Opiniones propono.

Amor irritatus eſt vehemens.

Aſserit prima, Dido fuiſse caſtiſſimam, & Sichæo ſuo ſponſo etiam poſt fata fideliſſimam, ſecundas nuptias aſpernatam, Iarbam Getuliæ Regem deſpexiſse. Vnde ille, quia amor irritatus eſt vehemens, armato milite illam voluit opprimere, Eliſa autem, cùm nec Iarbæ copiis obſtare poſſet, nec vellet talem ignominiã ſubire, adhibuit malo utrique, ſibi mortem conſciſcendo, remedium.

An Dido Æneam amore temerario dilexerit?

Vult altera, Aeneam poſt Trojæ lachrymabile excidium, à Patriâ profugum, ventorum tempeſtate delatum, appuliſse Carthaginem, & amorem Eliſæ promeruiſse. Et mutato conſilio poſteà, ſine illius conſcientia in *Italiam* fugiſse. Hinc illa impatiens cùm nulla recuperandi amaſium affulgeret ſpes, in rabiem acta ſeſe occidendo dolori & furori finem poſuit.

Temporum ratio demonſtrat Veritatem.

Sed utra ex his ſententiis vera? Tempus reſpondet; & hanc ſecundum (Hiſp. *la deſmiente*) falſitatis coarguit. In Calepino Paſseratius. *Quæ tamen res graviſſimorum Hiſtoricorum fide facilè refellitur; qui Carthaginem tradunt ſeptuageſimo demum anno poſt Romam conditam ab Eliſa condi cœpiſſe. Ab Ænea verò in Italiam adventu uſque ad Vrbem conditam numerantur anni ampliùs quàm trecenti, quibus Albæ regnatum eſſe.*

An Dido & Æneas fuerint contẽporanei?

Non ergo Aeneas & Dido fuerunt contemporanei. Ficta ergo ſunt omnia, quæ primo & quarto Aeneidum libro contra Aeneam & Didonem à Virgilio canuntur. Sanè contra Aeneam & quem minimè ingratitudinis & infidelitatis labe maculare deberet, & contra Eliſam, cujus honorem inficere laſciviæ immunditia non potuit.

Ante Troja excidium tacet profana hiſtoria.

Sanè ante Trojæ excidium nullæ fuerunt hiſtoriæ, unde Lucanus admirabundus ſuum Lectorem interrogat,

Cur ſupra bellum Thebanum & funera Trojæ
Nil alias alii quidquam cecinere Poëtæ?

Tempore Samſonis Troja periit.

Accidiſse illud Samſonis tempore: annis nimirùm 408. ante primam Olympiadem, ideſt annis 432. ante Vrbem conditam ex Dionyſio Halicarnaſeo *libr.* 1. aſſerit Genebrardus; qui annum Mundi 3026. & à Diluvio, 1370. adnotavit in margine. Et poſtea Iehu in Iſraele regnante nempe à Diluvio ann. 1595. ponit expeditionem Didus & initium Carthaginis ex Ioſepho *contra Appionem primo*. Ergo ex hoc Aeneas computu eſt Dido ſenior 225. ann.

1370
1595
225

Reſolutio.

Igitur contra Virgilii Aſsertiones clamat Temporum ratio, quæ non poteſt decipere; quæ enim nondum erat nata, ab Aenea vitiari, decipi, & relinqui non potuit. Tutati ſunt Didus famam & pudicitiam Scriptores antiqui, inter quos Poëta Anonymus Epigramma hoc compoſuit.

Authores, qui ſcripſere pro pudicitia & innocentia Didonis.

Ἀρχέτυπον Διδοῦς ἐρικυδέος ὦ ξένε λεύσσεις·
εἰκόνα θεσπεσίῳ κάλλεϊ λαμπομένην
τοίη καὶ γενόμην ἀλλ' οὐ νόον, οἷον ἀκούεις
αἰσχρὸν ἐπ' ἀφήμοις δόξαν ἐνεγκαμένου.
οὐδὲ γὰρ Αἰνείαν πότ' ἐσέδρακον οὐδὲ χρόνοισι
Τροίης περθομένης, ἤλυθον ἐς Λιβύην
ἀλλὰ βίας φεύγουσα Ἰαρβαίων ὑμεναίων·
πῆξα κατὰ κραδίης φάσγανον ἀμφίτομον
περίδες τί μοι ἁγνὸν ἐφωπλίσσασθε Μάρωνα
τοῖα καθ' ἡμετέρης σεύσατο σωφροσύνης.

Dicitur Auſonius Gallus de hoc etiam argumento ſcripſiſse, ait enim in Calepino Paſseratius: (Hac de re exſtat elegans apud Auſonium Epigramma, quo illa ſe ab impudicitia nota vindicat; monens Lectorem, ut de moribus ſuis incorruptis potiùs Hiſtoricorum monumentis, quàm Poëtarum fabulis fidem adhibeat.) Illud ſubjicio; quod ſi bene conſideres, & cum Græco componas, non aliud quàm pulchram interpretationem invenies. Canit Auſonius ſic.

Illa ego ſum Dido vultu quam conſpicis, hoſpes,
Aſſimulata modis pulchraque mirificis.
Talis eram, ſed non Maro quam mihi finxit erat mens,

Vita

*Vox *inceſtus* unde verbum inceſto eſt generica, quæ Suetonius in Tiber. cap. 43. monſtroſum eorum, qui nō erant ſanguine conjuncti, concubitum, ſignificavit. Modò impudicitiam cognatorum aut affinium ſignificat, & bene, quoniam l. 5. inquit Tacitus. *Poſt quos Sextus Marius, Hiſpanorum ditiſſimus, defertur inceſtaſſe filiam, & è ſaxo Tarpejo dejicitur.*

Vita nec inceſtis læta cupidinibus. [*]
Namq; nec Aeneas vidit me Troius unquam,
Nec Libyam advenit claſſibus Iliacis;
Sed furias fugiens, atque arma procacis Iarbæ
Servavi fateor morte pudicitiam,
Pectore transfixo, caſtos quod pertulit enſes,
Non furor aut læſo crudus amore dolor.
Sic cecidiſſe juvat, vixi ſine vulnere famæ,
Vlta virum, poſitis mœnibus oppetii.
Invida cur in me ſtimulaſti muſa Maronem,
Fingeret ut noſtra damna pudicitia.

Marullus annuum, in cujus lapide Didûs hiſtoria erat inſculpta, proſpectans, & conſiderans eoſdem Græci Authoris verſus ſic tranſtulit.

Tu qui me caſaſque meos in imagine parvâ
Aſpicis, & digito triſtia fata refers,
Vera hæc effigies, nec vera eſt heſpes Elyſa,
Sed non vera necis cauſa pudenda amor.
Nec mihi Phryx *nec vit, nec enim Phryga novimus ullum,*
Cara ſed antiqui caſta tenaxque thori.
Quàm me conjugis Libyci violare Tyranni
Cogeret, hac cecidi fortiter ipſa manu.
At vos ò Vates, ſi ſunt hæc præmia laudi
Quæ feret inceſti fœmina, adulterii?

Quid Adulterium ſit, & unde dicatur?

Et verſus ultimus nos monet, vocum hodie ſignificationem, quæ olim latè patebat, apud doctos reſtringi: nam de *Inceſtu* jam vidimus; & Vidua nunc, & ſi ad alterum vadat (unde nomen *Adulterii* deduci dicitur) *adultera* non appellatur: nam, ut ſit adhuc ſuperſtes conjux, Adulterium requirit.

Sigalion ſecunda Pars.

NOTA II.

De Sappho, & Platone. *An hujus illa præceptrix & inſtitutrix fuerit?*

Fuit Sappho duplex. Ereſia, & Mitylenæa.

SVb uno & eodem Sapphus nomine celebrantur duæ Poëtriæ celeberrimæ nempe Sappho Ereſia altera, & altera Mitylenæa. Vtraque Lyrica. Illa plectrum invenit, & Tarquinii Priſci ævo floruit. Hæc Iunior, Phaoenem amicum habuit; ad quem pulcherrimum Opus ſcripſit. Et eſt Inventrix Verſus Sapphici, qui maximè inter Lyricos laudati ſolet. Et de hac Antipater Sidonius ſic ſcribit.

Vtra invenerit Carmina Sapphica?

Μνημοσύνην ἕλε θάμβος ὅτ' ἔκλυε τῆς μελιφώνου
Σαπφοῦς μὴ δεκάταν Μοῦσαν ἔχουσι βροτοί;

Mnemoſynen (Muſarum Matrem) *cepit ſtupor, quando audivit*
Sapphonem. Numquid Decimam Muſam habent Mortales?

Plato unde dictus?

Plato autem ab humerorum latitudine ſic dictus, cùm anteà Ariſtoteles vocaretur. Athenis eodem naſcitur die, quo in Delo Apollo. Cicero *in libr. Tuſc. Quæſt.* tanti illum fecit, ut *Deum* (nimirum, *Eloquentia*) vocaverit. Audi etiam Quintilianum. *Platonem quis dubitat eſſe Philoſophorum præcipuum? ex quo multum eloquentia ſe traxiſſe Cicero fatetur; ſive acumine diſſerendi ſive eloquendi facultate, Divina quadam & Homerica: multum enim ſupra proſam Orationem, quam pedeſtrem Græci vocant, ſurgit, ut mihi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico Oraculo inſtructus.* &c. Cælebs fuit, ut aſſerit S. Auguſtinus: ejuſque vitam Plutarchus accuratè deſcripſit.

Quo die ſit natus?

Qualis fuerit?

De Platonis Magiſtro.

His præmiſſis inquiritur, *Quemnam habuerit Plato Magiſtrum, & Inſtitutorem?*

Dubitat Quintilianus, ut videris; & dum admirabundus ejus Eloquentiam conſiderat, non eam ab homine, ſed Cæleſti Oraculo provenire opinatur.

An Præceptrix Platonis fuerit Sappho?

At Nicolaus Perottus Sipontinus in Epiſtola ad Cœlium Fratrem, quæ Horatio in Veneta editione anni 1590. ſucceſſit, Platonem aſſerit Sapphus fuiſſe Diſcipulum. *Additur*, inquit, *ſupradictis* (Poëtis Lyricis) *Sappho, quam Magiſtram fuiſſe Platonis nonnulli tradunt: à qua Sapphicum Metrum appellatum eſt.*

An fuerint ſynchroni?

Et Ego aſſero hanc Perotti reſolutionem, quorumcumque ea ſit, non eſſe verã, & demonſtro probando, non fuiſse contemporaneos.

Reſolutio.

Porò inter utramque Sappho nõ multum temporis interceſſit, nam Tarquinius Priſcus, quo Senior ævo Sappho floruit, anno ante Chriſtum 615. & Iunior anno 612. Phaoni ſuo ſcribebat. Plato autem natus anno 428. vixit ætatis octuageſimoprimo, nempe ann. 348. Suos ergo numeroſos ſcribebat Sappho annis 184. antequã Plato naſceretur. Ejus ergo Magiſtra eſſe non potuit.

612
428
―
184

NOTA III.

De Ceſio Baſſo. *An ejus nomine Martialem Quintilianus intelligat?*

Baſſus ille, quem Quintilianus inviſebat, non erat Ceſius Baſſus, qui longè antè devixerat; ſed alius, quẽ propter ſtyli ſimilitudinem Baſſum ille appellabat.

SCribit *Quintilianus. Siquem adjicere Horatio velis, erit Ceſius Baſſus, quem nuper invidimus* & Baſſi nomine indigitari hic Martialem, Perottus, quem citavi, aſſeverat. Et prudenter, ut puto, hæc enim ſcribebat anno 94. poſt Chriſtum Quintilianus, quo & Martialis florebat, nam eum adhuc anno 100. ſuperſtitem eſſe reperio. Et quidem, ille Baſſus, quem *nuper*; ut air, Quintilianus inviſerat, tunc vivus & Romæ erat, non enim inviſeri poſſet, ſi eſſet mortuus aut abſens. At Ceſius Baſſus, qui propriè ſic vocatus fuerat jam ante ſexsginta annos obierat. Illo ergo nomine non illum Quintilianus, ſed Martialẽ voluit ſignificare. Ergo ſicut Virgilium *Homerum Latinum* multi dicunt, quod ſit illi ſimillimus; ſic & Martisiem Quintilianus, quod ingenio & ſcribendi dexteritate Baſſo fuit ſimilis, *Baſſum ſui ævi* nominavit, hoc enim ills verba, *Baſſum, quem nuper inviſimus*, importare videntur.

NOTA. IV.

De Epiſcoporum Sedibus, qui cum S. Auguſtino ad Papam Innocentium ſcribunt. An illas ratio Temporum poſſit indigitare?

INter Divini Doctoris Epiſtolas, nonageſima & nonageſima ſecunda quæ ad Innocentium Papam ſunt, hanc inſcriptionem præ ſe ferunt.

Nomina Epiſcoporum, qui interfuerunt Synodo Carthaginenſi & condemnaverunt Hæreſim Pelagianam.

Domino Beatiſſimo & honorandiſſimo Fratri Sancto Innocentio Papæ, Aurelius, Mundius, Ruſticanus, Fidentius, Evagrius, Antonius, Palatinus, Adeodatus, Vincentius, Publianus, Theaſius, Tutus, Pãthonius, Victor, Reſtitutus, Ruſticus, Fortunatianus, alius Reſtitutus, Ampelius, Animus, Felix, Donatianus, Adeodatus, Octavius, Scrotinus, Majorinus, Poſthumianus, Tsiſpulus, Victor, alius Victor, Leucius, Marianus, Fructuoſus, Fauſtinianus, Quodvult Deus, Candorius, Maximus, Magarius, Ruſticus, Ruſianus, Proculianus, Thomas, Ianuarius, Octavianus, Prætextatus, Sixtus, Quodvult Deus, Penthadius, Quodvult Deus, Cyprianus, Servilius, Pelagius, Marcellus, Venantius, Didymus, Saturninus, Tiazacenus, Germanus, Germanianus, Iuventius, Majorinus, Inveorius, Candidus, Cyprianus, Æmilianus, Romanus, Africanus, & Marcellinus, qui in Cõcilio Eccleſiæ Carthaginenſis adfuimus.

Et inquiris, primò, *Quotus fuerit ille Innocentius, ad quem ſcribunt Africani Pontifices?* Et ſecundò, *Quarum Eccleſiarum ſinguli fuerint Antiſtites?*

Carthaginenſe Concilium.

Prima Quæſtio facili negotio reſolvitur, quoniam P. Io. Baptiſta Ricciolius in Chronologia. pag. 135. b. ad annum 416. ſic ſcribit. *Carthaginenſe Concilium ſub Aurelio Epiſcopo, & poſt illud, Milevitanum alterum eodem anno celebratum eſſe, & in utroque damnatum fuiſſe Pelagium & Celeſtium evincit hoc anno Eminentiſſimus Baronius.* Anno igitur Chriſti 416. ſcriptæ fuerunt illæ Epiſtolæ. At tunc ſedebat S. Innocentius I. Albanus ex Latio: creatus 18. Maii 402. & mortuus 28. Iulii 417 ut pag. 12. idem Ricciolius aſſerit. Eum fuiſſe Albanum ex Scotia, creatum ann. 406. mortuumque ann. 421. Stat ergo, alterutrum ſequi placeat Authorem, Papam, ad quem Patres utriuſque Concilii ſcripſerunt, fuiſſe Innocentium I.

Milevitanum alterum. Dicitur alterum, quia non debet cum primo confundi.

Cujas Papa Innocentius fuerit?

Quæſtio altera eſt majoris ſtudii; & poſtulat, ut Conciliorum acta, & Patrum Epiſtolæ, & Hiſtoriæ, quæ ſub illud tempus ſcriptæ, accuratè legantur. Laborem ſuſcepit Ioannes Garnerius, & quanta potuit diligentia pleriſq; omnibus illis Epiſcopis proprias Eccleſias adſignavit. Sed quo ſucceſſu? Scripſit P. Henricus de Noris, Auguſtinianus, in ſingulas notas ſcriptas à Garnerio cenſuras, & univerſim in ipſo initio loquens, ait. *Profectò curam & laborem inanem impendit, eamque ſibi tantùm laudem comparavit, quod magnis excidit auſis; longè majori præconio donandus, ſi Opus, quod hactenus tentavit nemo, majori diligentia aggreſſus fuiſſet, vel ſaltem cum cæteris intactum reliquiſſet.* Sed parciùs & clementiùs, mi Henrice; ſi enim nihil aliud Garnerio deberemus, quam præbuiſſe occaſionem, ut illam tu Eruditiſſimam Cenſuram ſcriberes, multum profectò deberemus. Adhibuit diligentiam, quam potuit; ſcribit, quæ eſſe vera putavit. Si in aliquibus adlucinatur, congrua debet correctione juvari, non injuriis offundi.

Pleroſq; ex illis Epiſcopos Ioannes Garnerius in propriis Sedibus collocare conatur.

Adlucinatur in aliquibus, ut P. Henricus de Noris manifeſtè perſuadet.

Authores ſcribi ornant, amicè corrigendi ſunt non autem injurioſè tractãdi.

NO-

NOTA V.

Corrigitur Cæſar Baronius.

De S. Ambroſio, Archiepiſcopo Mediolanenſi.

AVguſtini Epiſtolam CLXIII. anno 412. fuiſſe ſcriptam, & Genethlium, ſeu Genedium, Aurelio in Sede Carthaginenſi ſucceſſiſſe: & utrumque eſſe falſum, ratio temporum manifeſtè demonſtrat.

Et primum, quoniam S. Ambroſius Romanus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, naſcitur anno 334. ordinatur 7. Decembr. 374. moritur 4. April. 397. ætatis ſuæ 64. Ricciolius pag. 195. a. At vivente adhuc S. Ambroſio ſcripſit illam S. Auguſtinus Epiſtolam; non ergo poſt annum 397. quo ad Cælum migravit Ambroſius. Minorem ſuadeo. In ea S. Auguſtinus Epiſtola narrat, & explicat Diſſertationem cum Fortunio Epiſcopo Donatiſta in itinere habitam; & ſic ſcribit. *Quæſivi ab eo, utrùm juſtum & Chriſtianum putaret Epiſcopum Mediolanenſis Eccleſiæ Ambroſium. Cogebatur utique negare, quod ille vir Chriſtianus eſſet & juſtus; quia, ſi fateretur, ſtatim objiceremus, quod eum rebaptizandum eſſe cenſeret.* Nondum ergo obierat Ambroſius, quando ſcribebatur hæc epiſtola: aut ſaltem nondum ejus mors innotuerat in Africa. Non ergo, ut dicebamus, poſt annum 397. fuit ſcripta.

De Fortunio Epiſcopo Donatiſta.

Donatiſtæ venientes ad ſe rebaptizabant.

De Genethlio & Aurelio Epiſcopis Carthaginenſibus.

Evinco ſimiliter falſum eſſe ſecundum, quod affirmat Baronius; nam in illa Genethlius Epiſtola *Beatæ memoriæ* dicitur, ergo jam erat mortuus, cùm adhuc viveret & ſederet Aurelius, tredecim poſt annis (nempe 425) Præſes in Synodo Africana futurus. Genethlio ergo Aurelius in Sede Carthaginenſi, & non contrà ſucceſſit.

Plura poſſem adducere, ſed hæc ſufficiant, quæ in exemplũ & ſpecimen poſita.

NOTA VI.

De Idiota. *Quiſnam fuerit? &, quo floruerit anno?*

Quo anno Idiota ſcribebat?

SIcut ex anni notitia multas Controverſias decidimus: ſic ex aliarum circumſtantiarum cognitione annum infallibiliter determinamus. Et, ut exemplo aliquo rem dilucidem, Idiotam ob oculos ponam, Scriptorem notiſſimum & ignotiſſimum. Notiſſimum, nam in Veterum Patrum Bibliotheca proſtat inter Authores eruditos & pios: Ignotiſſimum verò, nam ejus proprium nomen neſcitur, & ætas profectò ignoratur.

Eum Pater Salazar *libr. de Concept. cap.* 42. & P. Ægidius de Præſentatione *qu.* 4. *art.* 5. anno Chriſti 800. floruiſſe affirmant; at Trithemius, & Genebrardus *in Chronic.* juniorem faciunt ad annumque 850. ejus labores & ſtudia tranſmittentes.

Salazar Ægidius. Trithemius. Genebrardus.

Vtroſque verò allucinari Pater Ioannes Baptiſta Ricciolius *in Chron. Reform. pag.* 403. *b.* oſtendit, nam ſic argumentatur.

Non poſſunt Scriptores antiqui Iuniorum ſententias & ſcripta adlegare. At Idiota S. Bernardi libris utitur, illoſque citat & exponit. Fuit ergo S. Bernardo junior.

Iuniores ab antiquioribus nunquam citantur.

At S. Bernardus anno 1113. Ciſtercienſe Monaſterium ingreditur. Ætatis anno 63. hoc eſt Chriſti anno 1153. rectà in Cælum migravit: & ab Alexandro III. Anagniæ 18. Ianuar. 1164. inſcribitur Sanctorum Catalogo. Non ergo Idiota anno 800, aut 850. ſcribebat.

Quo floruerit tempore D. Bernardus?

Quod Idiota libris S. Bernardi uſus fuerit, probatur clarè, nam *in Prolog. Contemplationis de Deipara*, illa verba *Mariã, ſemper cogita* cum ſequentibus ad verbum ex Melliflui Doctoris *hom.* 12. *ſuper Miſſus eſt.* Idiota ſcripſit.

Fortè tibi nõ placebit hæc ratio; quoniã, ſi eadem verba in utroque leguntur, ſicut Idiotam ego à Bernardo illa ſumpſiſſe aſſero, ſic alius poſſet dicere ab Idiota Bernardum eadem exſcripſiſſe.

Conſideratur hæc ratio.

Sed jam dubium diſſolvit antiquum Manuſcriptum, quod etiamnum exſtat ſub hac Epigraphe. *Librorum hujus Voluminis Author eſt R.P. D.R. Iordani, Præpoſitus Vticenſis, anno Domini* 1381. *qui deinde factus eſt Abbas de Cellis Biturienſis Diæceſis. Ibi ſuos dies clauſit univerſos: cujus anima requieſcat in pace.*

Quando nomina propria unico ſolo charactere ſcribũtur, ſunt dubio expoſita, & tunc ad alias debemus circũſtantias recurrere, ut illas ſine errore legamus.

Literæ illæ Initiales ſic leguntur. *Reverendus Pater Domnus Raymundus Iordani*, quoniam in quadam Scriptura Vticæ (vulgò *Vſez*) in Gallia anno 1377. fit tranſactio inter Martialem Epiſcopum, & Raymundum Iordani Præpoſitum.

Illud autem Manuſcriptum habebatur à D. Ludovico de Caſanova Turonenſi. Et à Patre Theophilo Raynaudo *tom.* 11. *Opuſc.* 2. & à P. Io. Bapt. Ricciolio *ubi ſupr.* & ab aliis citatur.

NOTA VII.

De Suſcriptione Regia. *An & cur Andronico, ut annum, menſemq; in ſubſcriptione exprimeret, inhibuerit Imperator Palæologus?*

Andronicus Collega Imperii.

MIchael Palæologus, Græcorum in Oriente Imperator, anno. 1260. (deceſſit ſub finem anni 1281.) Andro-

ni-

nicum Imperatorem creat, & in conſortium Dignitatis adſciſcit. Ἐπέτρεψε δ᾽ αὐτῷ ὁ πατὴρ καὶ δι᾽ ἐρυθρῶν ὑπογράφειν γραμμάτων προςάγματα, οὐ μέντοι μῆνα καὶ ἰνδικτον ἀλλά, Ἀνδρόνικος χριςοῦ χάριτι Βασιλεὺς Ῥωμαίων. *Permiſit verò ipſi Pater, Edictis ſubſcribere rubris literis; cæterùm ſine menſe & indictione; ſed Andronicus Chriſti gratia Imperator Romanorum.* Ita Gregoras *lib. 4. pag. 52. juxta Edit. Baſilienſ. anni* 1562. Ergo jam ſcimus, quid apud Pachymerem *in Palæologi vita lib. 4. cap. 29.* ſit ὑπογράφειν βασιλικῶς, *ſubſcribere regiè*. eſt enim *rubris characteribus anno, menſe, & indictione ſubnotatis.*

Quomodo debebat ſubſcribere?

Quid ſit ὑπογράφειν βασιλικῶς, ſubſcribere regiè?

De literis rubris.

Vtebatur minio, ut ſubſcriberet Andronicus, patris ſui Michaelis in Imperio collega; & in hoc erat Imperatori ſimilis, & ab univerſis ſecernebatur.

Imperatores Græci in ſubſcriptionibus non ponebant ſuum nomen.

Collega Imperii in ſubſcriptionibus exprimere debebat proprium nomen; non autem Imperator præcipuus: unde Ἀνδρόνικος Χριςοῦ χάριτι Βασιλεὺς ſubſcribebat Andronicus: Michael verò, ὁ τοῦ χριςοῦ χάριτι Βασιλεὺς; nomen enim proprium Regis, non eſt cur exprimatur; nam ſubintelligitur ἀντονομαςικῶς. Et hunc obſervant morem noſtri Hiſpaniarum Reges; unde cum Philippi IV. ſubſcriptio ſit *Yo el Rey*; & Caroli *II.* ſit *Yo el Rey*, qui dubitat, ab utro expeditum tale Diploma ſit, cognoſcet veritatē ex anno; &, ſi is non exprimatur, ex characterum forma, hinc enim manus dignoſcitur, Hiſp. *ſe conoce la mano*.

Hoc etiamnum imitantur Hiſpaniæ Reges.

Sanè Græcos Imperatores non expreſſiſſe in ſubſcriptionibus ſuis nomina propria demonſtrabo clariſſimè. Nam idem Pachymeres in Andronici vita *lib. 1. cap. 1* narrat, Michaëlis Imperatoris mortem ob Politicas cauſas fuiſſe aliquandiu celatam, tametſi enim aliqua invaluerat ſuſpicio, nihil certi ſciebatur. Accidit ut Imperatoris mandatum ad Patriarcham perferretur, qui ipſimet Pachymeri, forte adſtanti, Regiam illam chartam communicavit, ἐρωτῶν εἰ αὐτὸς ἔχοι γνῶναι διαςοχασάμενος, οὗ τινος ἂν εἴη τὸ μηνολόγημα. *quærens num qua ipſe conjectura certò poſſet dignoſcere cujus manu expreſſus menſis eſſet.* [Ne autem facilè diſcerneretur (ait Poſſinus pag. 403.) in cauſa erat, quod manus & forma literarum Andronici ſic congruebat cum Paterna, ut non niſi ægrè, etiam à perito, diſtingueretur. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ καὶ παρεῖκτο τοῖς τοῦ Πατρὸς ὡς μὴ ῥαδίως διαγνῶναι ἔχειν, καὶ τὸν εἰδήμονα.]

Michaelis, & Andronici character erat ſimilis.

Et cur tam curioſè Patriarcha, an ille character Andronici eſſet, perſcrutabatur? Poſſinus. *Si enim Andronici eſſe conſtaret, certum foret argumentū, obiiſſe Michaelem.* Et unde hæc certitudo haberetur? ex ſyllogiſmo ſubſequente.

An, & quomodo ex charactere Andronici obiiſſe jam Michaelē dignoſceretur?

Vivente Michaele Andronicus debet in ſubſcriptione proprium nomen exprimere, & annum & menſem omittere.

At hic non legitur nomen Andronici (ſi enim id ibi legeretur, locus nō eſſet dubio) *annus & menſis ponitur.*

Veri Imperatoris qualitates.

Ergo qui huic ſubſcripſit Diplomati, eſt Imperator verus.

Ergo verus Imperator Andronicus nunc eſt, ſi ſubſcripſit Andronicus.

Ergo, ſi verus Imperator jam Andronicus eſt, obiit Michael.

Ecce Imperatoris mors, quam neſciri volebat tunc Andronicus, per circumſtantiam conſignificantem publicatur.

Circumſtantia loquuntur.

Sed cur in Collegæ ſubſcriptione Annum, Menſem, & Indictionem poni interdixit Palæologus?

Primò, quia Imperii annos tantùm numerare debet, qui verè imperat, non autem ille cui merum Imperatoris nomen, ſine juriſdictione, indulgetur. Et Andronico præter merum Imperatoris nomen, nihil à Parente ſuo Palæologo concedebatur.

Cur, nec annū, nec menſem, nec Indictionē Collega exprimat in ſubſcriptione?

Secundò, quia indictio ſonat tributum: & hoc ſenſu eſt Titulus *de Indictionib. lib. 10. C. Juſtin.* Et tributa ſolus indicit, qui eſt verus Princeps, non autem ille, cui honoris gratia, nomen Principis communicatur.

NOTA VIII.

An ad Vrbanum IV. ſcripſerit Imperator Palæologus, ut Pachymeres affirmat?

LEgo in Palæologi Imperatoris vita, Græcè olim à Pachymere ſcripta, & à Petro Poſſino S. I. Latinè reddita, *Anno 1279. datam fuiſſe operam concinnando ſcripto, quo Papæ (is tunc erat Vrbanus) ſuper mandatis per Legatos renunciatis ſatisfaceret.* An-ne hoc tolerat Chronologia? Apud Genebrardum anno 1260. creatur Vrbanus IV. moriturq; anno 1264. Et hoc anno ſuccedit Clemens IV. qui per quinque annos ſedet. Quem anno 1270 ſequitur Gregorius X. qui Eccleſiam gubernat per 4 annos: habetque Succeſſores anno 1276. Innocentium V. Adrianum V. Joannem (quem alii XX. alii XXI. & alii XXII. nominant) qui omnes ſederunt paucis menſibus. Et denique anno 1277. creatur Nicolaus Romanus, qui & moritur anno 1281. Conſonant cæteri Scriptores. Non ergo illo anno 1279. ſedebat Vrbanus.

Quiſnam fuerit ille Summus Pontifex, cui anno 1279. ſatisfacere volebat Palæologus.

Er-

An erret Hiſtoriographus?

Error, aut Hiſtoriographi, aut Exſcriptoris eſt. Poſſinus Hiſtoriographum onerat, ait enim. [Suſpicari non licet mendũ Librarii: nam in mſſ. Codicibus Optimis clariſſimè legitur, Ο'υρβάνος δὲ τοτ' ὤῦ

Ex nobiliſſima Urſinorum familia fuit Nicolaus.

Exiſtimo ergo errorem eſſe Pachymeris ipſius, ex eo fortè ortum, quòd, cum Nicolaum III. Pontificem Ο'υρσῖνον frequẽtiùs, nomine Familiæ Clariſſimæ, ex quâ erat ortus appellari audiret, & recordaretur Vrbani IV. qui quo tempore ipſe in Vrbem Conſtantinopolim recens è Latinis recuperatam anni 1261. rediit Romanæ Eccleſiæ præeſſe diceretur Ο'υρσῖνον cum Ο'υρβάνῳ confuderit, & Nicolaum appellari putaverit Vrbanum.]

Vrbanus, & Urſinus Græcè ſi per compẽdium ſcribantur (puta ſic Ο'υρβ͞ος & Ο'υρσ͞ος) ſunt ſimillima nomina.

At ego non video, cur Scriptor potius, quàm Exſcriptor debeat à Poſſino incuſari. Ego ergo dico primò, illum Pontificem, ad quem illud ſcriptum miſſum fuiſſe Nicolaum. Et hoc eſſe extra dubium; nam id Chronologia (ſeu temporũ ratio) demonſtrat. Dico ſecundò me putare Pachymeren ſcripſiſſe Ο'υρσῖνος δὲ τοτ' ὤῦ. Et ejus Amanuenſem exſcripſiſſe Ουρβάνος δὲ τοτ' ὤῦ. Veroſimilius enim eſt Amanuenſem, qui erat fortaſſis imperitus & puer, quam Pachymeren Hiſtoriographum ſenem [*], & diligentiſſimum in hanc adlucinationem incidiſſe.

An fuerit ſenex Pachymeres?

*] Fuiſſe provectæ jam ætatis Pachymeren, conſtat ex manuſcripto antiquo in cujus prima pagina ipſe depingitur. Ectypon æri inciſum in libro Romæ impreſſo reperies.

NOTA IX.

De Campana Horologiis.

Diei diviſio in Bohemia, & Italia.

SIC vocantur, quæ pulſatione Campanæ horas ſignificant. Diem Bohemi & Itali in 24. horas diſtribuunt. Ac eſt valdè moleſtum Pragæ, & in aliis Bohemiæ Civitatibus ſub veſperum numerare tot ictus: & ideò in aliquibus Italiæ locis ut liberemur tanto tædio, in duas partes ictus campanæ dividuntur, ne ultra duodecim debeamus numerare. Romæ etſi ab occaſu horæ 24. numerentur, ultra ſextum ictum non procedit Campana. Duo ergo auditi ſub primam noctem ictus, horam ſecundam ſignant; ſub mediam verò noctem audiri octavam: mane autem quartam decimam, vigeſimam autem poſt prandium. Conſignificans ergo circumſtantia in Horologiis Tempus eſt, & ictibus Campanæ auditis, ſub mediam noctẽ addit 6. mane 12. & 18. poſt prandium. Et ſufficit hæc horarum per numerum ſenarium diſtributio; nemo enim, etſi horologio careat, ita eſt hebes, ut per ſex horas integras in temporis menſura exorbitet.

Quo modo Cãpana, etſi ultra ſextum ictum non pulſet, omnes poſſit horas uſque ad vigeſimam quartã ſignificare?

NOTA X.

De Clepſydris, ſeu Horologiis Arenariis.

De Clepſydra. Unde dicatur? ex qua materia conſtet?

A Χλέπω, quod eſt *furor*, & ὕδωρ *aqua*, vocatur κλεψύδρα *Clepſydra*. Eſt enim menſura temporis, quod noſtra vita Parcæ paulatim ſuffurantur.

Nomen ab aqua tulit, nam aquæ olim defluxu tempus menſurabatur. Martialis lib. 6.

Nota vocem Clepſydra ſecundam habere communẽ.

> *Septem Clepſydras magna tibi voce petenti*
> *Arbiter invitus Cæciliane dedit.*

Aquæ loco ſubſtituti ſunt pulveres. Paſſeratius. [Conſimilia ſunt hoc tempore Clepſydris vaſcula illa apud nos uſitata, quæ in medio inſtar duorum turbinum coarctantur: ex quibus pulviſculus per foramen minutum ſenſim delabitur ex parte ſuperiori in inferiorem; atq; ita legitimum horæ tempus metitur.]

Author libri, qui Muſæ Iuveniles inſcribitur.

De hujuſmodi Horologiis ingenioſè ſcripſit Muſarum Iuvenilium Author (Alexander VII. Pont. Max.) quem *Philomathũ* noluere Belgæ dicere, & ipſe non vult *Philomuſus* vocari, ait enim in Præfatione ad Lectorem. [Senis ab integro jam propè ſæculo eſſe inſignem quamdam Philomathorum Academiam, & in eorum numero cenſeri eum, de quo ſermo eſt, etiamnum velle. Itaque præſtaret pro *Philomuſo* relictum ſemper fuiſſe *Philomathum*: undecumque tandem ea vox deſcendat, utpotè quæ ſic invaluit apud Senenſes, ut Criticorum non ampliùs moretur acumen, ſolo uſu freta, *Quem penes arbitrium eſt, & vis & norma loquendi.*]

De Academia Philomatharũ apud Senas.

At, inquam ego, tunc *Philomatorum* fore Senis Academiam, cum novus ſit *Poetorũ* numerus, qui illam componat: nam dum legentur, & laudabuntur *Poetarum* carmina, erit Eruditorum *Philomatarum* ille Accurſus; & alius quicumque loquendi modus erit barbarus.

An Philomathorum ea vocari poſſit?

> *Pero quien me mete a mi*
> *En negocios para eſcuelas?*
> *Latines para Palacio* [*]
> *Et hablar Griego en Illeſcas.*

*] Licenciatus Burguillos (hoc eſt, Lupus de Vega) *Romance* dixit non *Palacio*. At puto lectionem hanc ſuſtineri debere.

Liber ille, quem Author *Philomathum* inſcripſerat, & Typographus, quia vocem hanc eſſe barbaram cenſuit, *Philomuſum* vocavit, Φιλομαθὴς profectò dici debuit, & ſicut in Plurali *hi Poeta, horum Poetarum*, &c. *hi Planeta, horum Planetarum*, &c. *hi Cometa, horum Cometarum*. &c. *hi Pandecta, horũ Pandectarum*. &c. ritè dicimus, ſic *hi Philomatha, horum Philomatharum*, & non *horum Philomathorum*, dicere neceſſariò debemus.

Quomodo apud Latinos variari debeat Philomathes?

Phi-

Digitized by Google

Philomathes igitur (debet enim vocari ſic) num.32.pag.56.de Pulvereo Horologio numeros ſequentes ſeripſit.

Lympha[a] *olim vita diviſit mobilis horas,*
Qua ſervat gratas mollis arena vices.
Scilicet haud avi potis eſt ars ludere curſum,
Quin referat,qua te ſeria damna premunt.
Tempora per lachrymas monuit properare cadentes,
Nunc properante mones funere quantus eris.

a] Aquæ olim fluxu horæ menſurabantur unde aquarum furto (quod ipſa quaſi furtum defluat) hujuſmodi horologia, κλεψύδραι vocabantur.

Et num.35.pag.63.de eodem Horologio, ſic cecinit.

Exiguus vitreo refluis qui carcere pulvis,
Dum rapido monſtras, quo fugit hora pede.
Quàm benè mortalis metitur munera vita,
Noſtraq; ſub fragili tempora mole refert!
Captivi rapimur fatis. Quod vivimus, hoc eſt
Vſque mori, & tenuis, quem capit urna,cinis.

Quæſtionem malè à Beverovicio proponi alibi oſtendo, nam inter mobilem fatalemq; vitæ terminum datur medium, nam vitæ terminus alius eſſe poteſt, ſed alius non erit: & hanc ob rē, nec eſt fatalis, nec mobilis, ſed infallibilis.

An-ne in verſu quinto Quæſtionem epiſtolicam de Virç termino Fatali an Mobili nuper à Ioanne Beverovicio propoſitam, & iterum ann.1636. in lucem miſſam, Philomathes decidit, fatalique & immutabili fine vitam humanam terminat? Ne putes. Quæſtio eſt illa, quam propoſuit Viris doctiſſimis Beverovicius, quæ multis foliis indiget, nec poteſt uno verbo decidi. Præterea num.16. pag.30. de Solari Sciaterico idem Philomathes ingeniosè cecinerat.

Explorat dum Solis iter, Calique labores,
Non niſi ſub grato lumine vivit opus:
Diſce vias Domini, ſignandas paſſibus aquis,
Quod te ſubtacitè [*]*muta tabella doces.*
Sit ſplendens tua vita decorquaq;ille recedit,
Hac quoq; te extinctum, vivere parte puta.

*] A *tacco* habemos *ſubticeo* at apud nullū Veterem legi, *ſubtacens*.

NOTA XI.

De Clepſydra, in qua defluebat loco pulveris Cinis.

IN exemplis non exigitur, ſed ſupponitur Veritas, ut Conſequentia ingeniosè ducatur;& hanc ob rem nemo Hieronymo Amalthæo, qui apud D.Garciam Coronel Horologium,in quo Arenæ loco cineres defluere jubebantur, protrudit,eſſe moleſtus poterit: nam ſub illo conceptu mores inſtruit, Amanteſq; in vita & morte eſſe miſeros ſuadet. Ejus verba ſunt hæc.

Coronel in Comment. ad Polyphem. Gongoræ ſtroph.21, fol. 351.b.

Perſpicuus vitro pulvis qui dividit horas
Dum vagus angeſtum ſæpè recurrit iter.
Olim erat Alcippus; qui Galle ut vidit ocellos,
Arſit, & eſt ſubito factus ab igne cinis.
Irrequiete cinis,miſeros teſtabere Amantes
More tuo nulla poſſe quiete frui.

N.B. Hic Amator cujus cineres in Arenario Horologio motu irrequieto defluunt, ab Amalthæo Alcippus, ab Vlloa Liſardus, & Gerardus à Coronelio dicitur, ut moneantur Critici ſcrupuloſi, non quæri in apopthegmatis, quis illa dixerit, ſed cōceptus acumen; quod in ipſis includitur.

Hoc Hexaſtichon, quod quidem ingeniosè decurrit, in Caſtellanam linguam, & numeros ſequentes Ludovicus de Vlloa eruditè reduxit.

Eſte que te ſeñala de los años
Las horas de que gozas en empeño (a)
Muda ceniza, y en criſtal pequeño
Lengua que te refiere deſengaño; (b)
Vn tiempo fue Liſardo, aquien engaños
De Fili ſu querido ingrato dueño,
Trasladaron del uno al otro ſueño,
Prevente, hueſped en agenos daños:
En tanto eſtrecho al miſerable puſo
En incendio de amor, y la aſpreza
De condicion eſquivo y deſdeñoſa:
Poſthumo el polvo guarda el primer uſo
Inobediente a la naturaleza,
Padecio vivo y muerto,no repoſa.

a) Vita hominibus conceſſa eſt mutuò.

b) Cineres illi, ut ut videatur muti, linguam habent.

Et eumdem Conceptum D. Garcias Coronel hoc Tetradecaſticho dilucidavit.

Eſte polvo, que en vidro traſparente,
Oy divide las horas [illegible],
Y del tiempo en ſu curſo repetido
La brevedad propone diligente.
Gerardo un tiempo fue, que dulcemente
Ardio (c) *por noble objeto eſclarecido,*
Y de amoroſa llama conſumido,
Quedo lieve ceniza al fuego ardiente.
De ſu miſma inquietud vano heredero
En ſucceſſivo afan la injuria mide,

c) Verbum *arder* ſumit pro *amar*, ſicut fecit Virg. quãdo *Eclog.*2.dixit *Formoſum Paſtor Corydon ardebat Alexim.* In editione Veneta anni 1605. apud Seſſas *Formoſū* poſuit Erythræus, ut Poetam propudioſo ſcelere emacularet.

Que

Digitized by [illegible]

Qae deve a ſa deſtino riguroſo;
Qae aguardo jo, ſi en el dolor poſtre-
ro
Miſero alivio a un el amor impide
Al que viviendo no alcanzo repoſo.

SECTIO III.

Tēpus rebus in omnibus nos mortales,& eſſe morituros inclamat:moriēq; per Tempus, velut per lingaam univerſa loqauntur.

Omnia nobis loquuntur: & omnia nos eſſe morituros inclamant.

OMnia in Mundo, etſi videantur muta & tacita, moraliter vociferantur. Perorant univerſa; & tam elata voce, ut, etſi ſpontè ſurdus ſis, iterum iterumque illud Morale Lemma, *Memento mori*, vel invitus auſcultare cogaris. Hanc ſanè dignissimam ſcitu doctrinam ingenioſè multi dilucidarunt; & inter alios D. Franciſcus de Quevedo, in Parnaſſo Hiſpanico Muſ.2.epigr.68.pag.88.dicens.

De omnibus rebus Tempus triumphat.

Mirè los maros de la Patria mia,
Si an tiempo fuertes, ya deſmoronados,
De la carrera de la edad canſados,
Por quien saduca ya ſu valentia.
Salìme al campo, vi que el Sol bebia
Los arroyos de el yelo deſatados,
Y en el monte quexoſos los ganados
Que con ſombras burió ſu luz al dia.

Armorum fortitudo & gloria ætati cedit.

Entrè en mi caſa, vì que amancillada
De antiana habitacion eran deſpoxos:
Mi baculo mas corvo y menos fuerte.
Vencida de la edad ſenti me eſpada.
Y no hallè coſa, en que poner los ojos,
Que no fueſſe recuerdo de la Muerte.

Tēpus eſt quidam rerum omnium morbus perpetuus & immedicabilis.

Eſt exitialis & immedicabilis quidam morbus, qui *Tempus* dicitur. Illo laborant univerſa in hominibus, in animãtibus graviſſima infirmitas eſt ætas. Moriuntur Principes & in Pyramidibus, & Mauſeolis conduntur, ut illorum memoria ſaltem in Marboribus æternitatem conſequantur. Sed fruſtra.

Etiam moriūtur ſaxa.

——— *Qaoniam Monumenta fatiſcunt,*
Morſque etiam ſaxis marboribuſque venit.

In nona Philippica Cicero. *Reddita eſt ei tam à Majoribus Statua pro Vita, quæ multos per annos Progeniem ejus honeſtaret.* Ecce *multos* ille *annos* dixit non æternos: ſūt enim mortales & caducæ ipſæ ſtatuæ: & earum ſimiliter notitia perit. Continent puram Veritatem, quæ loquor; & hanc profectò Veritatem, cujus prodeſſet motibus reformandis cognitio, univerſa proclamant. Et quidem

Fallecio Ceſar fortanado y fuerte;
Sigalion ſecunda Pars.

Ignoran la Piedad y el Eſcarmiento,
Señas de ſu glorioſo monumento,
Porque tambien para el Sepulcro hay muerte.

Nemini parco vociferatur Mors.

Muere la Vida; y de la miſma ſuerte
Muere el Entierro rico y opulento:
La Hora con occulto movimiento
Aun calla[a] el grito, que la Fama vierte.

Periit Cæſar: & ejus Sepulchrū, & Sepulchri memoria, etiam periit.

Devanan Sol y Luna [b] noche y dia
Del Mundo la robuſta vida, y Horas
Las adverteneias, que la Edad te envia.
Riſueña enfermedad ſon las Auroras,
Lima de ſu ſalud es ſu alegria,
Licas, ſepultureros ſon las Horas.

Ita D. Franciſcus de Quevedo libr. cit. Muſ.2 Epigr.84.pagg 99.

Verborum claſſes, Sunt Activa, Paſſiva, vel Neutra.

a] Verba in tres claſſes diviſerunt Grammatici, alia enim ſunt activa, ut *Amo, Doceo,* &c. alia paſſiva, ut *Amor, Doceor.* &c. alia neutra, ut *Floreo, Frigeo.* &c. In verſu illo, *Aun calla el grito* verbum *calla* ſumi activè notavit D. Ioſeph Antonius in margine; ſed ſub crepera luce veritatem rimatur. *Callar* Hiſp. ſicut *Tacere* Latin. ſemper ſunt verba activa, & hic eſt ſanè pluſquam activa ejus ſignificatio ſonat enim *hazer callar*, quam ob rem *illi verſus,*

La Hora con occulto movimiento
Aun calla el grito que la Fama vierte,

ad literam convertentur in hos,

——— *Occultis motibus Hora*
Efficit, ut taceant ſtrepitus, quem Fama profundit.

An D. Ioſeph Antonius Veritatem Grammaticam ſit adſequutus?

De Hebræorum הפעיל *HIPHIL, an apud Hiſpanos locū habeat?*

Callar in Hiſphil apud Hiſpanos eſt *accallar*.

Vult igitur noſtrum ditare Idioma D. Franciſcus, & Hiſpanica verba conjugationis Hebrææ הפעיל HIPHIL, *Fecit, ut alius faceret*, ubi oporteat, ſignificatione pulcherrima condecorare.

Sol & Luna, diem & noctem importans.

b] Solem et Lunam appoſitivè ſumi, & importare diem ac noctem, monet idem D. Ioſephus Antonius: at quia invertitur vocabulorum ordo, Ego dixiſſem,

Devanan Luna y Sol, la Noche y Dia,

ut nox Lunæ, & dies correſponderet Soli. Et hic verbum illud *Devanan* conſidera, innuit enim, Noctem, Diem, cujus etiam meminit, eſſe illas, quas *Parcas* nominavit Antiquitas.

De Parcis. Quot, & quæ fuerint?

SECTIO IV.

De Horologiis. *Pede tacito Mortem advenire Nos monent.*

Tempus loquitur per Horologia.

LEgatis & Oratoribus utuntur Principes, ut per illos ſua dictamina exponant, & Tempus (eſt enim Magnus Princeps) ſuos Legatos & Oratores habet quibus terminum finemque corporibus univerſis præſcribit; ali[illegible] recenſeant alii, Ego enim tantum[illegible] Organorum meminero, quibus horas metimur. Attēde

Et horum duo ſunt genera.

Diei partes Horologia menſurant, & ad duo genera reduci ſolent: alia enim *Arenaria*, & alia *Solaria* appellantur. Sanè ὡρολογεῖον σκιαθηρικὸν, umbra horas fecernit, Guzzius *pag.* 120. Hexaſticho dilucidat.

Aſpice ut Æthereos Phœbo currente per orbes
Vmbra ſuis gradibus mobile ſignat iter!

Feſtino ſenſim labuntur tempora curſu:
Vitaque non aliter quam levis umbra fugit.
I nunc, & Soles homini promitte ſerenos.
Nigra ſuos quando dividit umbra dies! [::]

[::] Variæ ſunt de Diei principio apud Scriptores ſententiæ. Aſtronomi horas numerãt a meridie in meridiem, ſequentes Moyſem, apud quẽ Geneſ. 1. *Factũ eſt veſpere & mane dies unus*. Et huic ſententiæ adherens Guzzius nocte inter Veſpertinũ & matutinum tempus interjecta diem dividit.

Ecce in altero Horologio Vmbra exclamat, & ait, *Homo natus de muliere; brevi vivens tempore; repletur multis miſeriis: effugit velut umbra, & nunquam in eodem ſtatu remanet*. Et vociferatur in altero, *Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris* Vnde idem Guzzius [*]

Qui clauſus vitreo decurrit carcere pulvis
Nec ſemel emenſus itque, reditque vias;
Ille tuæ, Silbi, vitæ labentis imago eſt:
Ille annos etiam præmonet ire meos.
Aſpice, quàm tenui ducuntur tempora filo!
Quàm celeri præceps labitur hora gradu!
Iam ceſſat quoties uno pulviſculus orbe,
Quis ſcit, an & noſter deſinat eſſe dies?

[*] Illud *Solariũ* vocat Guzzius ſed male. *Clepſydra* enim horas metitur & diſpeſcit per aquam, *Arenarium* per arenã & *Solarium* per Solem. Et hoc nomine Sciathericum l. de natur. Deor. vocat Cicero.

MEritò Horologiis & Tempori Ætatem (nam ipſa Temporis pars eſt, & Horologiorum revolutione menſuratur) Aetatem (Iuvenilem & Senilem) adjungo; & Verſibus curioſis expono.

Pulchram Adoleſcentem, (nominetur Isbella) quæ ſenio confectum ſibi maritum delegerat, in ſuo conceptibus iſtis Agrophilo pag. 81. idem Antonius Guzzius reprehendit.

Nam patulos oris rictus, rugaſque ſevera
Frontis amas, qua vis nubere Pulla, Seni?
Barba tibi, nullis unquam laudata Puellis;
Quodque magis mirer candida barba placet!
Vt Venu[illegible] gracilem deflexit Adonida vu[illegible]
Lemnіaco erubuit concubuiſſe Deo.
Vtque ſemel Cephali è collo Matura pependit,
Exoſa eſt fatui pallida labra ſenis.
Num tuſſis jucunda tibi? num ſtiria? num te
Delectat morbis pigra ſenecta ſuis?
At ſi non ſterilem thalamum, tædaſque pudendas
Horret Hymen, proavo nubis & ipſa tuo; [a]

Hoc tibi nec ſuperis ſurdis voto imprecor uno
Vt fias gelido digna Puella ſene.

Isbellæ, inſipidæ Iuveni (Hiſp. *como Doncella de mal guſto*) Theleſinam, putridam anum, quæ formoſum Alexim in decimũ maritum delegerat, Poëta, nuper citatus, eruditionis gratia contrapoſuit.

[a] *Patres* ſenes vocamus: & hoc gratia reverentiæ & obſequii. Quos *Avos* dicimus videtur deſpicere inſolentia vocabuli: & in hoc Epigrammate Guzzius ut Sponſum decrepitum inſolentiùs irrideat, *Proavũ* nominat.

Fortè novem poſt elatos Theleſina maritos
Ardet adhuc decimum luxurioſa virum.
Nec ſenibus contenta, pares quo effugit ætas
Longa ſibi, Iuvenes improba captat anus.
Sic tener annoſæ palmes connectitur ulmo:
(Vſurpat ridens hos Theleſiana jocos.)
Tene caput fœdũ patiar ſine bile jocari?
Oſſa plumbeatur piſſima, diſpereas.

Pag. 154. Guzzius.

Verſus ultimus, ſi cæſuræ ratio habenda ſit, vocem tertiam ſic dividit, *tur piſſima*: qualem cædendi modum univerſi reprobare ſolemus: toleraremus tamen ſi eſſet dictio compoſita, ut ſiquis de Semiramide, Chaldæorum celeberrima Regina diceret.

Hæc muro circum dederat Babylona recurvo:
Nam fuerat circum-ſpecta, perita, vigil.

Hæc Theleſinæ hiſtoria, ut ut ſit fabuloſa, nõ debet judicari impoſſibilis, nam fuiſſe vetulam, quæ viginti maritos ſepelierat, apud S. Hieronymum legimus.

SECTIO V.

De Tempore male impenſo, ſeu perdito.

TEtradecaſtichon (quod *Soneto* in Hiſpania vocamus) de hoc argumento conſtruxi; & in Rhythmica *libr. 1. c. 2. pag. 45.* edidi, ut oſtenderem, licere, ubi petit neceſſitas, Rhythmos per Vniſonantes decurrere.

Rhythmi in Aſſonantes, Conſonantes & Aequiſonãtes dividuntur: & ab ultimis dictionibus, quibus clauduntur, ſortiuntur denominationẽ. Nam Aſſonantes voces ſunt, quæ ab ultimo accentu habẽt eaſdem vocales: ut *Romanus* & *Avarus*. CONSONANTES, quæ ab eodem accento eaſdem prorſus vocales, & conſonãtes habent, ut *Generoſus* & *Pretioſus*. Cæterum, ſi eademomninò vox duos Verſus terminet, videndum an mutet ſignificationẽ; an non mutet? Si mutent (ut in *Amare*,

SONETO.

Del Tiempo perdido.

Tempus adeſt curæ, curæ cum temporis adſunt.

PIdeme de ſi miſmo el tiempo quenta,
Para darle yo quenta pido tiempo;
Que ſi guſtè ſin quenta tanto tiempo,
Como darè ſin tiempo tanta quenta.
Sin tiempo y ſin ſaçon lleguè a dar quenta.
Quando hize quenta, que llegaba a tiẽpo
Pero para la quenta obiera tiempo,
Si obiera avido con el tiempo quenta.
Si el tiempo que perdì ſe paſa en quenta,
O ſi en quenta no paſa aqueſte tiempo,
Si el computo ſe pierde deſta quenta:
Hago quenta, que e venido a tiempo,
Y pues del tiempo, que paſsò, es la quenta,
Serà toda la quenta, paſa-tiempo.

Hos

adverb. videre eſt) Verſus ÆQVISONANTES vocabuntur: & ſi non mutent (ut in *Aprilis*, & *Aprilis* conſpicitur: hæc .n. vox ſuam ſignificationem retinet, ubicũque ponatur) Verſus uniſonantes appellantur. Et, quæ in his Tetradecaſtichis exhibentur, ut plurimum sũt Vniſonantes.

Hos autem, quales, qua les, conceptus, me tamen nec nominato, nec citato, ſuos fecit, quidam Poëta eruditus; illoſque Italicis vocibus veſtiens, ad Verſus ſubſequentes reduxit; in lucemque emiſit Mediolani, anno MDCLXXVII.

Nelle Solennità Carnevaleſche.

Il Peccatore è chiamato à Conto.

SONETTO.

R*Ichiede il tempo di mia vita il Conto:*
Riſpondo, il conto mio richiede tẽpo,
Nè di tanto ſi può perduto tempo
Senza tempo, od'error render'il Conto.
Non vuole il tempo differire il conto,
Perche il mio cõto ha diſprezzato il tẽpo
E perche non contai, quand'era tempo,
In van tempo dimando à render conto.
Qual conto conterà mai tanto tempo?
Qual tempo baſterà per detto conto
A me, che ſenza conto hò perſo il tempo.
Mi preme il tempo, e più m'opprime il conto
E moro ſenza dar conto del tempo,
Perche il tempo perduto è fuor del conto.

Sed & paulò poſt alteri Muſæ placuit eſſe diſertæ, & Domino N. ingenioſo Theologo, inſpiravit hos Numeros.

RISPOSTA

Al Sonetto del Peccatore chiamato à Conto.

Nunquam ſerò pœnitentia. S. Gerolamo.

SONETTO.

I*L tempo, che ti chiede adeſſo il Conto,*
Vuol ch'aggiuſti il tuo conto hora ch'hai tempo,
E ſenz'ombra d'error del ſcorſo tempo
Ogn'un' può far della ſua vita il Conto.
Hai dubio di poter render'il Conto,
Perche goder voleſti ogni buon tempo?
Il Core, che ti fà parlar à tempo
Vuol, che chiedi pietà d'ogni tuo Conto.
Han fatto molti il conto in poco tempo,
Servendoſi del tempo à far'il Conto
Baſtandoli à contar'hore di tempo.
Alla fine ſe faccio ogni mio conto
Iddio aſpetta ad'ogni conto, e tempo,
Se ciaſcuno vuol'fare à tempo il conto.

Verſus illi, quos *de conſonantes forzoſos* Hiſpani nominant, ut dictiones; quæ Poematis prioris rhythmos clauſerant, eædem, & eodem ordine verſus terminent poſterioris Poematis, in ſua compoſitione requirunt.

Sigalion ſecunda Pars.

SECTIO VI.

De Nobilitate. *Ipſa eſt Antiquitatis ſoboles: creſcit ætate: moritur: &, ſi in memoria vivit, hæc etiam memoria eſt caduca & mortalis.*

Quid ſit Nobilitas? An naſcatur, & pereat?

A Tempore procedit Nobilitas: tempuſque tam glorioſorum actuum, quam & criminum memoria delet. Dicebat Poeta vetus.

Tempus edax rerum: tuſque invidioſa Vetuſtas
Dentibus avroſis omnia deſtruitis.

Aristoteles libr. 5. de Republ. cap. 1. *Nobiles ii demum videntur eſſe, in quibus majorũ virtus inest, & copia.* Et libr. 1. Rhetoric. ap Theodect. c. 5. *Nobilitas Gentis ac Civitatis eſt, indigenas, ac vetuſtiſſimos eſſe & primos duces illuſtres multos quoque ex ea Gente in rebus, quæ expetuntur præclaros exſtitiſſe. Privata verò Nobilitas, aut à viris, aut à Mulieribus eſt, legitimè ab eis* (præclaris & egregiis) *procreatio.*

Fuerunt Reges & Principes, quorum nequidem nomina noſtræ ætati innoteſcunt fuerunt, & Scelerati, qui tametſi infimi de ligno pependerint; ad poſteros non tranſmiſerunt dedecus, nam manſerunt in undis profundæ oblivionis ſubmerſi. Sanè Nobilitas ſuos caſus, ſuos ortus & occaſus habet. Si decrepitæ ætatis conſulamus balbutientem infantiam, omnem è Servis Regem, omnem Servum è Regibus eſſe oriundum cum Seneca & Platone dicemus: quorum Sententiam *in Agrophyli pag. 83.* Guzzius ad numeros ſequentes reducit.

Et proavos Reges numeras, atavoſque Tyrannos,
Et patrum ſemper nomina magna refers.
Quid. Charideme, putas, quænam ſententia menti eſt?
Fumoſis adeo fidis imaginibus.
Vna probat Virtus hominum famamque genuſque
Vna hominum virtus maxima conditio eſt.
Ex ipſis terra venis educimus aurum
E ſalſo prodit dulcior unda mari.

NOTA.

Cur ſequentes Articuli in hoc Syntagmate ponantur.

Dictorum cum dicendis Connexio.

POſſent videri pertinere ad Tractatum in quo Polymnia de Senſibili reſtrictione diſſeruit; quoniam videntur Arma & Veſtes, eorumque (& Armorum præcipuè) tonitrua, clangores, & clamores percipiuntur auditu. Hoc tamen non obſtante de Veſtibus Politicis & Militaribus impræſentiarũm diſputare debemus, quoniã Sigalion ſecundum opinationem Ægyptiorum, aut duplex Numen eſt, aut ſaltem unum duplici figura expreſſum & imaginatum. Videre proderit Ingenioſiſſimi Viri, P. Athanaſii Kircheri Archetypon

Cur in hoc Libello de Veſtibus & armis diſſeratur?

Sigaliõ Ægyptiorum Deus. *An ſit Vnus, an duo?*

Digitized by Google

Sigalionis Imagines.

Politicum in quo Chriſtiani Principis vita & mores prudentiſſimis Monitis dilucidantur. In hoc itaque Libro *cap.* 2. §. 1. *pag.* 21. Sigalion nudus pingitur: & poſteà *pag.* 79. veſtitus & armatus repingitur. Ergo, ſiquidem nobis ſuo penicillo viā aperuerunt Ægyptii, ut Sigalionem Nudum, aut etiam Veſtitum & Armatum depingamus, quem in Appendicis hujus Primo & Secundo Articulo Nudum placuit exponere, eumdem Veſtitum & Armatum in Tertio & Quarto proponamus.

Pingitur cùm Nudus, tum etiam Veſtitus, & Armatus.

ARTICVLVS III.

De ΕΣΘΕΜΑΤΟΛΟΓΙ'Α,

ſeu Veſtium Elocutione.

Secernunt & diſtinguunt Veſtes, Virum à Fœmina, Nobilem à plebeio, Felicē ab Infortunato.

MVlta à veſtibus, & ſi non loquantur, addiſcimus; nam fœminam a ... ſecernunt. Quintilianus libr. 11. *c.* 1. *Monilia & margarita, veſtis longa, ſunt ornamenta fœminarum.* Cicero ad Attic. *Vir muliebri indutus veſtitu.* Servum etiã à domino, nobilem ab ignobili, felicem ab infortunato. Catullus ad Ortalum.

—— *Molli ſub veſte locatum.*

Plautus Moſtell. ſcen. 3. act 5. *Contempla; ſatin' hac me veſtis deceat.* Ovidius 13. Metam.

—— *Sumpta fallacia veſtis*

—— *deceperat omnes.*

Servum à Libero.

Plautus in Capt. prolog. *Inter ſe commutant veſtes & nomina.* Velleius. *Mutata veſte, & habitum diſſimilem fortunæ ſuæ indutus.* Plautus in Amphitr. *Amphitruo fio & veſtitum immuto meum.* Idem in Capt. ſcen. 2. act. 2.

Reum ab aliis.

Me ſervire apud te ſtaturum, ſumptu & veſtitu tuo. Cicero pro Mil. *Milo autem cum in Senatu fuiſſet, ea die quo à Senatu dimiſſus eſt, domum venit, calceos & veſtimenta mutavit;* quæ non recenſerentur circumſtantiæ, niſi Rei, condemnati, & abſoluti habitu ſecernerentur. Videtur reorum veſtis pulla fuiſſe, Agellius enim lib. 3. cap. 4. tanquam rem inſolentem enarrat *Scipionem dum ageretur reus, veſte candida uti non deſiiſſe.*

Populi & Nationes diverſo habitu diſtinguuntur.

Veſtes etiam gentem à gente, & populum à populo ſeparant; aliter enim induebantur Romani, aliter Græci, aliter Barbari: vocat enim Virg.

Romani toga, & Græci pallio utebantur;

Romanos rerum dominos, gentemq; togatam.

Plautus in Curc. ſcen. 3. act. 2. *Iſti Græci palliati.* Suetonius in Auguſt. *Sed cæteros continuos dies inter varia munuſcula, togas inſuper & pallia diſtribuit, lege propoſita, ut Romani Græco, Græci Romano habitu uterentur.* De Barbaris dixit Lucretius.

Iam tibi Barbaricæ veſtes, Melibœaque fulgens.

Etiam pallio Philoſophi.

Pallium etiam Philoſophum ſecernebat à cæteris. Agellius libr. 9. *Video, inquit Herodes, barbam & pallium, Philoſophum nondum video.* Apulejus. *Ecce Socratem, contubernalem meum conſpicio; humi ſedebat, ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.* Plautus in Capt. ſcen. 1. act. 4. *Opertis barba, & pallio.* Et idem in Aul. ſcen. 3. act. 4. de ſervo, cui Philoſophicam vitam agere permittebatur, ait, *Redegit ſe ad pallium. & crepidas.* Cicero 3. de Orat. *Hippias gloriatus eſt pallium, quo amictus; ſoccos, quibus indutus eſſet, ſe manu ſua confeciſſe;* & Tuſcul. 3. *Sæpe eſt etiam ſub palliolo ſordida ſapientia.* Et ex palliolum deductum fuit *palliolatus, a, um.* Suetonius in Claud. c. 2. *Palliolatus nova more præſedit.* Et Mart. lib. 9.

Palliolati.

Hanc volo, quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Provinciæ veſtibus differebãt in Gallia.

Ob varietatem veſtium in una & eadem Gallia Togatam, Comatam, & Braccatam invenimus provincias: Togata erat porior Ciſalpinæ pars, ſic dicta quod Romanorũ more toga uteretur; Braccata à braccis villoſæ veſtis genere; & Comata à comæ nutriendæ ſtudio dicebatur.

An veſtiantur Muri?

Palatia & Aulæ Principum veſtiri dicuntur, cùm ornantur. Legimus enim apud Ciceronem 6 in Verrem, *veſtiri parietes tabulis.*

An Montes, Sylvæ, & arbores?

Dicuntur montes veſtiti arboribus, arbores foliis, & herbis prata. Veſtitur Terra floribus, arboribus, frugibuſque apud Ciceronem 2. 2. *de nat. Deor.* Veſtiuntur autem montes ſylvis apud Livium 2. *bell. Maced.* & moris horti apud Plinium *libr.* 2. *Epiſt.* 17. frondibus arbores apud Columellam.

An veſtis ſignificet barbã?

Sumitur etiam *veſtis* pro *barba*. Virgilius 7. Aeneid.

Aurea cæſaries olli, atque aurea veſtis.

Hunc enim verſum exponens inquit Servius, (Veſtis, hoc eſt, *barba*: unde è contra *inveſtes* dicimus *imberbes*. Vnde eſt; *Tunc*

mi-

mihi prima genas veſtibas flore juventa.
Lucretius libr.5.

Nec minùs incerto dentes cadere imperat atos
Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte.

Et Seneca in Hercule.

Nondum teneras veſtite genas.]

An veſtiatur & ornetur Oratio?

Transfertur ad Orationem & Ingeniũ: illa enim veſtita, compta, & ornata dicitur, hoc autem politum, & floridum. Cicero de Clar. Orat. *Concinnitas illa celebritaſque ſententiarum priſtina manebat, ſed ea veſtitu illo orationis, quo conſueverat, ornata non erat.* Et libr.2. cap.9. Quintilianus. *Aridum (Ingenium) alemus, & quaſi veſtiemus.*

An Deorum veſtes pendeant al arbitrio Pictorum?

Veſtibus Ethnici ornaverunt ſuos Deos, & in hoc non tam à ratione, quàm à Pictorum arbitrio dependere voluerunt. Cicero 1. de natur. Deor. *Reliquos Deos ea facie novimus, qua Pictores Fictoreſque voluerunt, neque ſolùm facie, ſed etiam ornatu, ætate, veſtitu.* Fictos, pictos & veſtitos hos Deos ridebant plurimi; & inter eos Dionyſius Tyrannus, *qui*, 3. de natur. Deor. eodem Cicerone referente, *cùm ad Peloponneſum claſſem appuliſſet, & in fanum veniſſet Iovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, grandi pondere, quo Iovem ornarat ex manubiis Carthaginenſium Tyrannus Hiero: atque in ea etiam cavillatus eſt, æſtate grave eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum; eique laneum palliũ injecit, cùm id eſſe aptum ad omne anni tẽpus diceret.* Quo apophthegmate & furto ſe omnia, quæ de Deorum numero & majeſtate ab Ethnicis Sacrificulis circumferebantur, ſe ridere omnibus manifeſtavit.

Dionyſius Tyrannus Iovem ſpoliat & irridet.

SECTIO I.

An Veſtes aliquando mentiantur? An, Aequivoca, à Lingua prolata, reſtringant?

Loquuntur veſtes. An etiam aliquando mentiantur?

DIximus loqui per veſtes homines: addimus interdum illos per veſtes verba ambigua reſtringere, & non rarò mentiri. Et quid mirum, ſi per veſtes mentire ſoleant homines, ſi & montes, qui veſtiuntur arboribus etiam mentiuntur & decipiunt. Porrò Aetnam vociferari gemere, mugire &c. Poëtæ tam Græci quàm Latini teſtantur. Virgilius Aeneid.3.

An Aetna vociferetur, clamet, ululet, tonet, murmuret? an etiam mugiat?

Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi, pulſataque ſaxa
Audimus longè, fractaſque ad littora voces. &c.
Ter ſcopuli clamorem inter cava ſaxa dedere. &c.
Ipſe ſed horrificis juxta tonat Æthna ruinis. &c.
Cum gemitu glomerat, fundoque exæſtuat imo. &c.
Fama eſt Enceladi ſemaſtum [*] fulmine corpus.
Vrgeri mole hac, ingentemque inſuper Aetnam
Impoſitum: ruptis flammam exſpirare caminis;
Et feſſum quoties mutat latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, & Cœlum ſubtexere fumo. &c.
Clamorem immenſum tollit, quo Pontus & omnes
Intremuere undæ, penituſque exterrita tellus
Italiæ, curviſque ingemuit Aetna cavernis. &c.

*] Semiuſtum. Et neſcio cur in Lingua Latina non admittendæ ſint diphthõgi accidentariæ? *An Aetna, ſit pyra premens corpus Enceladi?*

Vide Agellium *libr.17. cap.10.* Pontanum contra Virgiliomaſtiges. &c, & memineris illius Adagii, *Aetna, & Pelagi gemitus aures non ferit.*

An ſit hypocrita? An mentiatur?

Non ſolùm Montes, & inter ipſos Aetna, clamant, ululant, vociferantur, ſed etiã aliquando inſolenter mentiuntur. Lineas ſubſequentes conſidera.

Hypocrita Mongibelo,
Nieve oſtentas, fuego eſcondes?
Que de los Hombres diremos,
Si ſaben mentir los Montes?

Sunt Iunioris Poetæ, quæ poſſunt in ſequentes converti.

Quid mirum, ſi quando montes & cum ipſis elementa mentiuntur, etiam mentiantur homines?

Enceladi ad tumulum, tegit, edit, hypocrita grandes,
Qua latet Ætna focos, qua patet Ætna nives.
Frigus in ore gerit; verſatq; in corde calorem,
Saxa inviſa ardent, viſaq; ſaxa rigent.
Se inſinuant pelago flammæ; cœlumque diemq;
Qua rimor, fumus perfluus eſſe negat.
Ergo etiam montes mendacia texere norunt,
Atque dolos etiam nere elementa ſciunt.
Ergo quid mirum, ſi nos, quos gliſcit Olympus,
Mons, mare, fumus, humus fallere, fallat homo?

Videtur Tetraſtichũ illud legiſſe D. Hieronymus de Villaizan, apud quem in Comœdia, quæ inſcribitur, *Offender con las finezas*, act.1. ſe Blanca cum Ætna componit, & conceptum præcedentem ad ſequen-

quentes conſonantias reducit.

An Ætna ſint Mulieres ſimiles?

No ſe vee el Etna eminente
Seer y moſtrarſe en ſu vulto
Vivo Mongibelo occulto,
Y elada ſierra apparente?
Que mucho pues, que yo intente
Seer Etna mejor, adonde
Con Henrique, y con el Conde
Soy una breve mentira; [a]
De nieve en lo que ſe mira,
De fuego en lo que ſe eſconde?

a] Fœminam non ſolum mendacẽ, ſed & mendacium eſſe, aſſerit Blanca, ut ſcias, quod à Belgis, qui *w* conſ. proferſit, ut *f*, vocatur *varauv*, quaſi *fraus*, & ab Italis *donna* & anagrāmaticè *danno* (damnũ) hoc eſſe fœminam.

Sicut in montibus naturalia ornamenta, ſic artificialia in hominibus colloquuntur interdum, & etiam aliquando mentiuntur. Gemmæ & pretioſi lapides & emblemata ex ipſis formata, quæ *joyas* nos Hiſpani dicimus, ornamenta ſunt hominũ, & licet lingua careant multa dicunt. Calderon in ſua, *La fiera, el rayo, y la piedra.* act. 3. pag. 245. col. 1.

Anteo. *Nunca la quiſe auſentar,*
Eſto lo diran mas bien
Las joyas, que hecharon menos
Quando yo. Zephiro. *La voz deten*
(b)
Que a quien quiere creer, le ſobran
Las pruebas [c] *para creer.*

b] Hic ſicut in aliis multis locis Calderoni per ἀποσιώπησιν inceptam propoſitionẽ interrumpit.

c] Pia affectio quam vocant, ad credendum requiritur. Si illa adſit, probabilia ad aſſenſum ſufficiunt; ſi deſit, evidentiæ ipſæ cenſentur falſitatis ſuſpectæ.

Ecce Gemmæ & Vniones, ubi eſt neceſſarium loquuntur.

Loquuntur univerſim Veſtes. In Oratione de Oratione S. Ioannes Chryſoſtomus. Εἰ γὰρ στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ βῆμα ποδὸς, καὶ γέλως ὀδόντων ἀναγγέλλει τὰ περὶ αὐτοῦ κατὰ τὸν σοφὸν Σολομῶντα· πολλῷ μᾶλλον εὐχὴ καὶ λατρεία θεοῦ· σημεῖόν ἐστι δικαιοσύνης ἁπάσης στολή τις οὖσα πνευματικὴ καὶ θεία πολλὴν εὐμορφίαν καὶ κάλλος παρέχουσα ταῖς ἡμετέραις διανοίαις. Ad literam. *Si enim Veſtis viri, & Greſſus pedis, & Riſus dentium nunciat, qua illius ſecundum Sapientem Salomonem; multò magis Oratio & Cultus Dei ſignum eſt Iuſtitiæ omnis: Veſtis quadam exiſtens Spiritualis & Divina multam venuſtatem, & pulchritudinem prabens noſtris mentibus.*

De anima. An habeant ſuas veſtes?
An & ipſa loquantur?

Vel ut Iacobus Pontanus eloquitur. *Nam ſi Veſtitus hominis, & pedum inceſſus, & Riſus dentium adnunciat de eo, ut verbus Salomonis eſt: longè magis Oratio cultuſque rerum omnium Dominatori exhibitus, omnis Iuſtitiæ monumentum, ſpiritualiſque & Divina quadam ſtola erit, multa elegantia & pulchritudine mentes humanas cohoneſtans.* Conſtat ergo ex Chryſoſtomo, non ſolùm Veſtes corporis, ſed & Ornamenta Animæ, Virtutes, & Vitæ Chriſtianæ profeſſionem, tacitè, ſed certiſſimè loqui.

An ſæpè in Sacramentali Cõfeſſione peccatorum ſubſtantiã Pœnitens, Veſteſque circumſtantias mutãtes ſpeciem exponant?

Et quidem interdum Veſtes loqui, & exponere, quæ lingua ſiluit, ut alia omittam, Sacramentalis probat ἐξομολόγησις quæ ſæpe eſſet incompleta, & ſacrilega, niſi ſuppleret veſtis, quæ lingua pœnitentis non dicit. Quam ob rem cum Virgines, Conjugatæ, & Moniales habitu diſtinguantur, bene expiabit ſuam conſcientiam fœmina, ſi dixerit, *Permiſi me à viro cognoſci*: hæc enim verba, tametſi generalia ſint, reſtringuntur per veſtes; & prolata à Virgine [d] ſimplicem fornicationẽ & dicta à Conjugata adulterium, & à Moniali pronunciata Sacrilegium important.

Quo Virgo modo, quo Conjugata, & quo debeat confiteri Monialis?

d] Copula cũ Virgine volẽte eſt ſimplex fornicatio.

De moribundis ſenſibus deſtitutis abſolutione.

Vita etiã Chriſtiana & devota loquitur, ut teſtatur Chryſoſtomus. Decidit igitur Quæſtionem illam, quæ in noſtra Theologia Fundamentali (*fundam. 66. num. 3190. pag. 137.*) interrogat, *An æger, qui eſt omni ſenſu deſtitutus, etſi nullo ſigno ſenſibili Confeſſionem petierit, modò catholicè vixerit, abſolvi poſſit?* Quoniam Chryſoſtomi admittendo doctrinam, implicat contradictionem ipſe Caſus. Si enim vita Catholica eſt ſignum, & qui catholicè vivit, vult catholicè mori, vita ipſa Chriſtiana, quæ præceſſit, confeſſionem poſtulat in articulo mortis, ut *ib. pag. 148. a num. 3211.* ediſſero. Repugnat igitur, ut moribundus, qui catholicè vixit, nullo ſigno petiiſſe Confeſſionem cenſeatur. Propter hanc & alias rationes poterit ille miſer ægrotus ſub conditione abſolvi. Et, ſi poterit, etiam debebit.

An ſit caſus poſſibilis in quo ille nullo ſigno poſtulet confeſſionem?

Redeamus ad materiales Veſtes, & in diſcurſu incepto progrediamur. Veſtes, ut dicebamus, ſtatum Religioſum ſignificant, & conſignificant: & quia interdum genericè, per alias adhuc Veſtes priorum veſtium reſtringitur ſignificatio. Porrò multi ſunt Sacerdotum Ordines in Eccleſia, & ipſi valde parvam differentiam habent in habitu. Militarium Religioſorum habitus Crux eſt: & Crucis forma, & poſteà color ad Ordines diverſos reſtringit: nam Calatravæ, Chriſti, S. Iacobi, &c. Cruces forma differunt: colore autem Calatravæ & Alcantaræ Cruces, &c. Monachales Ordines ab aliis cuculla diſtinguit: & quia etiam Baſiliani illa utuntur, vix differunt à Benedictinis. Hos color habitus ad Congregationes reſtringit. Nigro Caſſinenſes utuntur: candido Olivetani: partim candidum, & partim nigrum Ciſtercienſes uſurpant. Stat ergo per veſtes, veſtium ſignificationem in Eccleſia reſtringi.

Quomodo per veſtes Ordines diſtinguantur?
De diſcretione Militum Regularium.
Quomodo formentur & diſtinguantur Cruces?
De differentia Ordinum Monachalium.

De abſtractu veſtium ſignificatione.
De Epiſcoporũ habitu.

Reſtrictioni opponatur Abſtractio, & quia figura habitus uniformis, Epiſcopis Regularibus præſcribitur, & color ab ipſomet habitu Regulari deſumitur, naſcitur ut ſicut ſæculares, ſic & Ieſuitæ, Teatini, & aliorum Ordinum Clerici, ad Epiſcopatum promoti, utantur colore violacco:

Ni-

Nigro Baſiliani, Caſſinenſes, & Auguſtiniani; toga alba & mantello nigro Ciſtertienſes, Dominicani, Trinitarii &c.

Sed attende. Ecce adeſt Epiſcopus, veſte nigra exornatus. Qualis eſt Regularis? quoniam, ſi ſæcularis eſſet, aut ex aliquo Clericorũ ordine adſumptus, uteretur violacea. Sed cujus ipſe Religionis aut Baſiliani, aut Benedictini, aut Auguſtiniani. Ergo manet in genere. Epiſcopalis habitus reſtricta per nigrum colorẽ ſignificatio; & adhuc altero ſigno indigeret, ut ad ſpeciem ultimam reſtringeretur. Portò Equites Militares, ad Epiſcopatum promoti Crucem retinent: & hoc anno 1670. D. Laurentius de Aztiriâ, Melitenſis Epiſcopus, etſi fruſtra Magiſtro cœremoniarum contradicente, ſic decernente Clemente X. Sanctiſſimo D. N. Crucem retinuit, eamque Romæ, etiam in ſacello Pontificio portavit. Actum fuit eadem die de P. Martini de Villanueva, Gaetani Epiſcopi, ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis adſumpti habitu: & quia ſic rẽ voluit intelligere cœremoniarum Magiſter, Crux fuit ex epomide ablata, & in ſcapulari relicta. Sed illud cur? Portò Cruce ſublata ille habitus erat Ciſtertiẽſi, Trinitario, & Dominicano communis; & per Crucem reſtrictus ad Trinitarium Ordinem determinatus. Interim Illuſtriſs. D. Gabriel de Santander Hydruntinus Archiepiſcopus, Salentinorum Primas, &c. Vir doctiſſimus & prudentiſſimus, ex Beatæ Virginis de Mercede Ordine florentiſſimo adſumptus, hodie in epomide (H ſp. *en la muceta*) ſui Ordinis ſtemma gerit, & nemo ei obloquitur, aut contradicit.

Qualis ſit Epiſcopus, qui veſtem nigram habet?

Crux eſt Religioſorum Militarium habitus.

Illam debent retinere ad Epiſcopatum promoti.

An etiam Mercenarii, Trinitarii, &c.

De Hydruntino Archiepiſcopo.

Sicut veſtes (ſed & hoc inſinuavi ſuperiùs) ſic etiam capilli, ſic frontis rugæ loquuntur; nam illi, ſi cani ſint, & hæ hiulcæ, ſenem ab adoleſcente diſcernunt, &c. Ergo: quia aliter Religioſi, & aliter ſæculares tondentur, & alius coloris ſunt juniorum capilli poſſunt & ſolent homines, illos tondendo & tingendo mentiri. Vide interim, quæ paulò ante *Concl.* 11 §. *Protenſa*, dicebamus.

An etiam per capillos homines loquantur, aut mentiantur?

N.B. Sicut in vocibus, ſic etiam in veſtibus ἀμφιβολογία reperitur: nam hodiè Romæ, & in multis univerſitatibus, tam Sacerdotes, quàm conjugati veſte talari utuntur; unde, cum tibi aliquis confitetur, & ait; *Unam cognovi fœminam*, non poteris ex veſte dignoſcere; An fornicario ad adulterium, an verò ad ſacrilegium reſtringatur. Ergo aliunde debet in hoc caſu provenire Reſtrictio: vel, ſi aliundè non veniat, debet expreſsè pœnitens ſuum ſtatum exponere: An videlicet ſit cælebs, presbyter, conjugatus, &c.

An eſſe poſſit in ſignificatione veſtiũ æquivocatio?

An ſemper veſtis, perſonæ ſtatum manifeſtet?

Eſſe etiam in veſtibus æquivocatione obſervavit D. Anna apud Calderonem *in Comœdia, quæ inſcribitur*; Mañanas de Abril y Mayo, *act.* 1. *pag.* 53. *a.* ſic enim ait.

An dentur veſtes æquivocæ.

Creyoen ſin que era yo (raro ſuceſſo!)
La Dama, que ſiguio, que aun para eſſo
Sirvio el ſombrero, y el eſtar con manto.
Y el ſer los trages parecidos tanto,
Que como en los conceptos repetidos,
Se encuentran tambien dos en los Veſtidos.

An & quando contingat Reſtrictionem à veſtibus non poſſe deſumi.

Ergo, ſicut contingit duas voces ſimilem habere ſignificationem, & dubium parere, quod auferat ſuperveniens Reſtrictio: ſic etiam contingit duas perſonas diſſimiles, habere veſtes ſimiles, ita ut nequeat à veſtibus, ſed aliunde debeat, deſumi diſcretio & reſtrictio.

SECTIO II.

Iteram de Mendaciis & Erroribus Veſtium.

ERant apud Madritum in Segoviano, ponte ſine mulis, Ludovicus & Rincon ejus ſervus. Et, quia res mira aliquibus videri poſſet, ſic inquit Rincon.

Rinc. *Mas dime en la Toledana*
Puente ſin mulas ni coche,
Deſpues de una mala noche
Quien nos viere a pata llana.
Con botas y con eſpuelas,
A quien nos comparara?
Gabilanes son piguelas,
O muy hambrientos. Lud. *Porque*
Rinc. *Pues no viene a ſer todo una*
El mundadientes ayuno,
Y las eſpuelas a pie?

An Ocreæ & Calcaria ſine equo, poſſint cum Dentiſcalpio, quo jejunus utatur, componi?

Ocreæ & calcaria iter agenti competunt: at illis contradicit equi vel mulæ abſentia: ut Rincon meritò calcaria cum dentiſcalpio componat. Cecinit Gongora.

An Dentiſcalpium verax ſit, & mentiri non velit?

Que nos diga el Regalon,
Que ſe ha comido un capon;
Bien puede ſer;
Mas que la biſnaga honrada,
No diga, que fue enſalada;
No puede ſer.

Dant lugentiũ veſtibus colorem Violæ; unde Antonius Guzzius in ſuo Agrophilo pag. 78, de eximiæ formæ Puella, veſtem violacei coloris induta ſic cecinit.

Pallas [*] ſub obſcuro violas imitata colorem
Virginis ingenua membra pudica tegit.
Qua ſubjecta oculis, colloq; geniſq; vireſcunt.

Li-

[*] Palla dicta quod palã feratur, eſt quę Hiſpanicè, nõ *Manto*, ſed *Mantellina* dicitur, nõ enim deſcendit uſq; ad talos. Strabo lib. 5. *Tunicarũ vite pallas manicatas geſtans, ad verenda uſq; nateſque medias pertingentes.* Et ponit vocem *manicatas*, nõ enim habebãt ſemper manicas.

Lilia : quaque latent, dedecet illa nives
Purpureo potiùs quin ſe velamine cingit,
Cum niteant vernis mellea labra roſis?
Scilicet haud alio ſaturet quo murice lanas
Indiget, ambroſio, cui rubet ore Tyros.
An Venus Idalia cadis, dum cura recurſat
Triſtitiem hoc ſignat mæſta colore ſuam?

De Menſarum, nec non Convivarum mendaciis.

Ornantur etiam menſæ, & in ipſis ornamenta committunt manifeſtas fallacias; quæ enim deberent variis ciborum ferculis, floribus ſæpè ſine fructu onerantur. Contra Architriclinos, qui ad olfacienda Menſæ mendacia audent invitare Convivas *in Agrophili pag.*85. hos explodit numeros Antonius Guzzius.

Cum nos invitat menſam vis maxima florum.
Nulla tamen ſtomacho fercula grata premunt.
Sternuntur formoſa nives imitata liguſtra,
Et calyces jactans Bellis amæna ſuos.
Caltha, Anemon [*] Cyanus, Nymphaa, Hyacinthus, Amomus,
Et molles, Pæſti gloria prima, roſa.
Quin magis aſparagus, tuber, boletus Amico
Ponitur, exacuunt qua, Labient, famem?
Sit mihi flos badus, turdus, ficedula, capo,
Oſtrea cum rhombis, mugilis, atq; lupus.
Convivas paſci ſolo num credis odore?
Tam multis ſatari floribus, eſuriunt.

[*] ἀνεμώνην à vento Græci dicunt, nam ventũ, ἄνεμον, quaſi ἄνομον exlegem nuncupant Galli ſupponũt etymon, nam *venti florem* Animonẽ appellant. Ergo menſam hujuſmodi floribus onuſtam videns, exclamaret Hiſpanus.
Es coſa de viſo
En la meſa flores,
Si faltan manjares,
Sobran los olores.

SECTIO III.

De Veſtibus unius hominis propriis. *An ipſa tacitè vociferentur*, Hic eſt talis? *An in bello & periculis prudenter Principes Regiis ornamentis utantur?*

An dentur veſtes propria.

SIcut Nomina Propria ea dicuntur, quę uni ſoli conveniunt, ſic & ſunt Veſtes aut à cœca conſuetudine, aut ab oculatiſſimo Reipublicæ arbitrio ita determinatæ, ut uni tantùm, & non multis conveniant. Illæ igitur ſine ullo verborum apparatu aut ſtrepitu, eum, quem exornãt, Talem eſſe ſignificabunt. Sic Thiara Summum Pontificem, Mitra Epiſcopos, & Abbates ab aliis Prælatis diſtinguit. Sua inſignia propria habent Doctores in Univerſitatibus. Lauro ſoli coronabantur Cæſares. Regum Coronæ inter ſe differunt: quoniam in ſummitate habet Hiſpana Mundum, Gallica Lilium, aliæ ſymbolum aliud. Olim Triumphalis aut Ovalis Imperatori imponebatur. Obſidionalis, Muralis, Vallaris, Navalis, dabatur Militi, qui illam fuerat promeritus. Hodie Dignitates in bello ſecernuntur per baculos: illos Romani *Vites*, Hiſpani *Baſtones, Gineras, Bengalas*, &c. appellant. Sed & in ipſomet conflictu habitu ſpeciali utitur Rex, ut ab univerſis cognoſcatur. Paludamentum vocabatur hæc Veſtis, quod ut Budæus exponit, *clamys eſt Imperatoria*. Livius lib. 1. ab Vrb. *Cognito*, inquit, *ſuper humeros fratris Paludamento ſponſi, quod ipſa confecerat, ſolvit crines, & flebiliter nomine ſponſum mortuũ appellat*. Idem *Cum paludatis lictoribus profectus ab urbe Brunduſium venit*. Veſtis etiam Imperatricis *Paludamentum* vocabatur. Plinius libr. 33. cap. 3. *Nos vidimus Agrippinam Claudii Principis, edente eo Navalis belli ſpectaculum, aſſidentem ei, indutam paludamento, auro textili, ſine alia materia*. Paludamento Regio ornatus olim proceſſit in prælio Rodericus, infelix Hiſpanorum Monarcha: Luitprandus in Chron. ad ann. 711. *Die 11. Novembris & Dominica Rodericus ultimus Gothorum Rex, curru ſubvectus eburneo, trahentibus ſex candidiſſimis equis, ſerico auroque venuſtus, à Saracenis prælio victus eſt, poſt octo dies: poſt varios ancipiteſque bellorum caſus*. Conſonat Rodericus Tolet. de reb. Hiſp. lib. 3. cap. 20. dicens. *Rex autem Rodericus, cum corona aurea, & veſtibus deauratis, à duobus mulis in lecto eburneo ferebatur, ut Gothorum Regum dignitas exigebat*. Ioannes Vaſæus in Chronic. ad ann. 714. *Adfuit his præliis ſpectator, & ſua cujuſque virtutis teſtis, Rex Rodericus, corona aurea, Regali trabea, calceis gemmis auroque diſtinctis, curru eburneo inſignis. Ita enim ſolenne erat Gothis Reges adeſſe conflictibus, ut milites, tanquam pro Capite Regio defendendo fortius pugnarent*. D. Didacus de Saavedra in Corona Gothica ad ann. 714. *Sentado en un carro de marfil, como era coſtumbre de los Godos, aunque algunos dizen que en una litera de dos mulos* (potuit hoc & illud eſſe verum: nam etiam hodie Militiæ Principes jam curru, jam lectica, & jam equo utuntur, ut occaſio poſtulare videtur. Et quidem uſum fuiſſe etiam equo teſtatur ipſe Saavedra his verbis. *Diziendo eſto arrimo los azicates al caballo: y abãxando el batallon de la Infanteria, ordeno, que por uno y otro cuerno del Exercito eſcara-*

De Thiara Sũmi Pontificis.

De Epiſcoporũ Mitris.

De Doctorum Inſignibus.

De Coronis, & Baculis.

De Veſte Regia

De Paludamento.
Qua, & cujus veſtis eſſet? An illo utebantur Imperatrices?

De Roderico ultimo Rege Gothorum.

Fruſtrà quæritur, equo ne, an rheda, ut lectica in conflictu uſus ſit; omnia enim hęc, prout tempus, & occaſio poſtulet, ſervire debent exercituum Rectori.

Digitized by Google

ramuzaſſe la Caballeria. Fuit poſteà, *ſe bado ſu Caballo llamado Aurelia, con los ornamentos reales* &c. Præterea, ipſemet Rex *iba veſtido de una tela de oro ricamente recamada, calzados unos cothurnos ſembrados de perlas y piedras precioſas, y la eſpada deſnuda, ſe preſento a ſu exercito con Mageſtad Real.* Vide Ioannem Marianam *de reb. Hiſp. libr.6. cap.33.* Alfonſum de Carthagena *Reg.Hiſp. anaceph. cap.44.* & alios. Hunc morem videtur Natura rerum Parens ſuggerere, non enim tantum in Aſia apud Nationes nobis notas, ſed etiam in America, nobis ignota, & toto orbe diſſita obſervabatur. Quoniam Atabaliba, Peruenſium Imperator in throno ditiſſimo vehebatur. *El aſſiento que trabia* (ad ann.1525.pag.606.2.ait Sandovalius) *era un hermoſo tablon de oro, que peſo veinticinco mill ducados.* Reges igitur in præliis uti voluerunt veſtibus, quę *Hic eſt Rex* tacitè ſucclamarent.

Quomodo Atabaliba, Peruvia Imperator, ad conflictum proceſſerit? De aurea ejus ſede. Quanti valuerit?

An in conflictu Principes veſtes debeant ordinarias habere?

An-ne prudenter? Si eſſet Princeps de Victoria ſecurus, non occurreret, cur hoc Dubium moverem: at quia varii ſunt belli ſucceſſus, & Mars infidus: quid Atabalibæ throni ſuperbia profuit, quid Roderico illa ornamenta Regia profuiſſent, ſi in Saracenorum manus & poteſtatem incidiſſet. Vaſæus. *De Roderico Rege, quid actum ſit ignoratur: alii in acie occiſum affirmant, alii negant. Sunt qui equum ipſius & inſignia Regalia in volutabro quodã inventa prodant corpus verò nuſquam apparuiſſe.* Saavedra putat, ſe Regem denudaſſe, ut fluvium Guadaleten tranſiret. Et quid, ſi aliquis diceret, Regias ibi veſtes depoſuiſſe, ut ignotus evaderet. Si caperetur, occideretur proculdubio. In ejus caput dirigebantur Iuliani Comitis exſecrabiles iræ; etiam filiorum Regis Wtizæ conſpiratio, qui regnare non poterant Roderico ſuperſtite: & tandem Epiſcopi Oppaſii perfidia. Debuit igitur Rex vel latere, vel mori.

Quid de Roderico Rege fuerit factum?

Ubi, & cur repertæ fuerint ejus veſtes?

Hodie igitur prudentiùs noſtri in bello Principes modeſtiſſimè incedunt: ut, ſi contingat vinci, aut etiam capi, ſi non cognoſcantur, poſſint faciliùs redimi. Sic Antonius, qui poſtea fuit electus Luſitanorum, Rex, in conflictu, quo Sebaſtianus periit captus, venit in manus barbari, qui eum Clericum eſſe ſupponens, tenui lytro in Oranum tranſmiſit.

Quid hodie Reges faciant? Cur fuerit Rex Antonius parvo aureis redemptus?

N O T A.

De veſtium mendaciis. *Roſam in pileo gerebat adamantibus pretioſis conformatam. Per hanc à cæteris Principibus ſecernebatur. Mutat cum Leoncio pileum. Et Balthaſſar, qui Principem occiſurus irrepſerat, pilei roſa deceptus, Leontium occidit.*

NON ſolùm loquuntur, ſed & mentiuntur veſtes, & id miſera, licet nõ miſerabilis, Willelmi, Auriaci Principis mors evidenter perſuadet. Quando ipſe naſcebatur Bruxellis orta eſt procellosa tempeſtas, & lapidibus fulminatis è Cælo tecta domorum fracta; & unus immenſæ magnitudinis, qui in ejus Palatii atrium cecidit, etiamnum ibidem conſervatur. Ephebus fuit Caroli V. & ita ſeni charus, ut manum illius capiti imponens, eo uteretur pro baculo. Iam vir negavit Deo fidem, Regi (Philippo II.) fidelitatem: hæreſim Calvinianam amplectens, & cum Holandis arma ſumens, afflixit Belgium; & hæreſim, rebellionemque, qua potuit, propagavit. Tandem Haggæ Comitis occiſus fuit.

Qualis Willelmus Auriaci Princeps fuerit?

Quanti à Carolo V. in pueritia habitus?

Rebellat, & tandem occiditur.

Hic itaque crudelis Catholicorum hoſtis, ut in Tragœdia, quæ ejus nomine inſcribitur, & *El Principe de Orange* vocatur [Compoſita fuit à Doctore Miradeſcua, & eſt decima inter illas, quæ parte XXXIV. leguntur] dicitur, geſtabat in ala pilei roſam adamantum multitudine ornatam; & quia ſciebat illam eſſe loquacem, & tacitam proſpectantibus dicere, *Hic eſt Princeps*, ut ignotus ad aulam Iſſellæ tranſiret, pileum cum Leoncio commutavit; dicebat enim.

Adamantes in pileo, an loquantur?

La Roſa deſte ſombrero
Cuyos diamantes parecen
Rayos que el Sol ha compueſto,
Si por dicha me deſcubren
A la luz de ſus reflexos
Para el intento que ſigo
Puede ſer de impedimento
Y *aſſi me da el tayo en tanto*
Que trahe a Gerardo preſſo
Laſin. Leonc. *De toda la Europa*
Quiſiera que fuera el centro. [::]

Pileus, qui in Principis capite veritatem dicebat; in capite Leoncii mentiebatur.

Erat Leoncius proditor, & proditione ſuâ periit: nam Balthaſſar, qui in Tyranni (Auriaci) caput conjurarat, ingreditur, & ex pileo Leoncium eſſe Principem exiſtimans, illum tranſverberavit. Ejus verba ſunt hæc.

Balth. *A executar el caſtigo*
Sale brillante el azero. [*]
Leoncius. *Eſta va para Alemania.* [a]

::] Hinc verſũ non intelligo. Continet exaggerationem ineptam prorſus aut ſaltem mihi ignotam.

*] *Evaginat enſem.*

a] Epiſtolas, quas in menſa Princeps Auriacus reliquerat, curioſitatis gratia Leootius interlegit.

F f Bal-

Balth. *Divertido eſta leyendo*
Vna carta . Los diamantes,
Que en el ſombrero contemplo ,
Son vozes,que le deſcubren (b)
Leone. *Con que notables rodeos*
A Gaſſimiro entretiene .
Balth. *Muere traydor.* Leone. *Aunque el Cielo*
Iuſtamente me caſtiga.&c.

b] Erga adamantes vocem habent.

Occiditur Leoneius,& quidem ex errore: cæterum tametſi eum Balthaſſar præter intentionem occidit, nunquam tamen decipitur,fruſtratur-ve, Omnipotentis Providentiæ decretum.

Alexandrum veſtibus eſt mentitus Ephæſtio.

Multi alii ſimiles errores in hiſtoriis occurrunt . Cyri enim mater veſtium ſplendore decepta, cùm Alexandrum vellet, Ephæſtionem adoravit. Similis error Mutio apud Romanos accidit,qui poteſtate à Senatu habita, in caſtra Porſenæ, Hetruſcorum Regis,tunc Romam obſidēris ingreſſus,ſolus intravit ; ſed cùm Regem non cognoſceret,Satellitem,purpurâ ornatum,pro Rege occidit. Comprehenditur , & ad Regem adductus, jubetur cõjuratos detegere . Ipſe autem minas omnes contemnens,in ignem , qui fortè aderat,manum injiciens,& quouſque combureretur , dolorum acerbitatem tolerans, vultu ad ſeveritatem compoſito , ad Porſenam converſus,ſic inquit.

Satelles Porſenam,

Conſtantia Mutii,
Cur Scævola vocatus ſit?

Σκαιὸν, ſiniſtrum.

Qua ſtrinxit fruſtra,Rex, ut te occideret enſem,
His flammis debet (c) *cæca perire manus.*

c] Quia aciunt, quod ubentur , & aliquandò errant, *occultata* & *cæca* manus cognominantur.

Et ita obſtupuit Rex,ut Martialis cecinerit,

Vrere quam potuit contempto Mutius igne:
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit .

ita , inquam, ut liberum Mutium dimiſerit , & obſidionem ſolveret. Livius *libr.*2. *ad Vrb. Cond.* Hinc Mutius dictus fuit *Scævola* , nam apud Græcos σκαιὸν, *ſiniſtrum* ſonat,Mutiuſque impoſterùm,manu dextera aduſta,non niſi ſiniſtra utebatur.

SECTIO IV.

An Plumæ ſint Fæminis , quæ illis ornantur,clementiores ?

De plumis Phyllidos.

LIngua favores Phyllis univerſis negabat,plumis verò, quæ ſuum ornabant pileum concedebat . Et earum liberalitatem generoſam Hippolytus apud Calderonem verbis iſtis deſcribit .

Calderon ubi ſupra.
Mulieres in Hiſpania quando iteragunt , aut ad rus eunt, pileo virili utuntur .

Coronaba ſobre el manto
Los bien deſcuydados rizos
Ayroſo un blanco ſombrero,
Por una parte prendido
De un cerchete di diamantes
Sobre un penacho,que hizo
Liſonja al ayre,diziendo
A ſus alagos rendido ,
Pues inclinada la frente,
Si, a quanto me dizen,digo,
Mejor,que mi dueño yo,
Sê obligarme de ſuſpiros .

Caput ſubmittere eſt aſſentir, & adnuere .

Porrò adnuere eſt inclinare caput : quo motu affirmativè interrogationi reſpondemus.Cùm ergo plumæ, quæ Phyllidis pileum ornabant, capita à vento agitatæ dimitterent , eas Poëta aſſerit ſemper adnuere , ſemper reſpondere aſſertivè,& eſſe Phyllide clementiores , hæc enim univerſis ſe negat .

SECTIO V.

De Veſtium modeſtia & abuſu.

De vanitate Veſtium. Vnde naſcatur, & foveatur?

VEſtium luxus,& deformitas morum, ut ut in Principum Aulis naſcantur,adoleſcunt apud Cives & Plebem, & poſteà in Eccleſiam ſubrepunt,præſcriptamque Cœnobiorum modeſtiam deſigurant.Auditor *de util. cond. hum.* Innocentius . *Superbus,ut magnificus videatur,ſatagit veſtiri duplicibus,indui mollibus,pretioſis ornari;ſed quid aliud eſt, ô homo ,pretioſior ornatus,quàm ſepulchrum foris dealbatum,intùs autem ſpurcitia?* Gregorius *in quad.homil.* ſuperbos eos eſſe aſſerit , qui veſtes pretioſiores affectant . *Quod pro ſola vana gloria veſtimentum pretioſum quæritur,res ipſa teſtatur : quia nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui,ubi ab aliis non poſſit videri.* Et hunc in clauſtra luxum ſe inſinuaſſe *ſuper, Miſſus eſt* luget S. Bernardus;& quia S. Benedictus *in Reg. cap.* 55. Monachis præcipit,ut vilioribus contenti ſint,exclamat . *Quid de habitu dicam, in quo jam non calor,ſed color requiritur: magiſque cultui veſtium, quàm Virtutum inſiſtitur.Pudet dicere. Vincuntur in ſuo ſtudio mulierculæ,quando à Monachis pretium affectatur in veſtibus,non neceſſitas.* Et in Apologiâ. *Vanum cor , vanitatis notitiam ingerit corpori: Exterior enim ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt . Mollia indumenta animi mollitiem indicant. Non tantùm curarent corporis cultus , niſi priùs neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus .*

Cur ſuperbi veſtibus homines indui velint?

Quales Monachos deceant?

Exterior pompa ſignificat vanitatem internam.

Qualem, & quantam curâ habeant homines prudentes de veſtibus?

Non omninò negligenda ſunt corpora,ſed debet in eorum cultu modus & pudentia ſervari.Cicero: *Adhibenda eſt munditia non odioſa, neque exquiſita nimis:tantumque* (fortè, *tanta,quæ*) *fugiat agreſtem, & inhumanam negligentiam* , Et iterum *In cultu obſervandum eſt,quod a formâ re-*

mo-

Digitized by Google

moveàtur omnis viro non dignus ornatus.
Quoniam ut ait Ovidius, *libr. 2. de arte.*

Forma viros neglecta decet.

Et quia his paucis ille verbis multa complexus fuerat, illa explicuit, & his numeris dilucidavit.

Iam tibi nec ferro placeat torquere capillos,
Nec tua mordaci pumice crura terat. &c.

Monitum politicum.

De cultu corporis.

Munditia placeant, fuſcentur corpora campo.
Sit bene conveniens, & ſine labe toga.
Linguaque nec rigeat, careant rubigine dentes,
Nec vagus in laxâ pes tibi pelle natet.
Nec male deformet rigidos tonſura capillos,
Sit coma, ſit dicta barba reſecta manu.
Et nihil emineant, & ſint ſine ſordibus ungues (a)
Inque cava nullus ſit tibi nare pilus.
Cætera laſciva faciant, concede, puellæ;
Et ſi quis male vir, quærit habere virum.

a] Hiſpanus cum majori gratia *Tened ſiepre las uñas ſincairelex.*

Et hanc ob rem Muſonius, ut Stobæus *ſerm. 1. de Virtut.* teſtatur, volebat virum temperantem corpori quærere tegmen, non ſumptuoſum, nec exquiſitum. *Veſte nempe, & calceamentis eodem modo utendum eſſe, ajebat, quo Panoplia; nempe, defendendi corporis gratia, non oſtentationis. Sicut enim ea fortiſſima ſunt arma, quæ firmiſſima, quæque armatum tueri maximè valent, non quæ inſignia & ſplendida; ita amictus quoque & calceorum uſus, qui ſit corpori commodiſſimus, optimus eſt, & non is, qui ſtolidorum oculos poſſit ad ſe convertere.* &c.

Quænam arma ſint optima?

Quinam habitus ſit conveniantiſſimus?

Quantam modeſtiam ante Troum adventum Rutuli (qui & Latini dicuntur) obſervarent in veſtibus, quantam in modo vivendi duritiem conſtat ex Numano,

Potiorem Latii partem tenuerunt Rutuli.

Cui Remulo cognomen erat, Turnique minorem
Germanam nuper, thalamo ſociatus habebat.

Virg. libr. 9. Æneid.

Hic enim Militares ſuæ Gentis mores prædicat, & molles effœminatos Teucris exprobrat; & ſic infit.

Non pudet obſidione iterum valloque teneri
Bis capti Phryges, & morti prætendere muros.
En qui noſtra ſibi bello connubia poſcunt.
Quis Deus Italiam? quæ vos dementia adegit?
Sigalion ſecunda Pars.

Exprobatio elegans Lege Rhodinũ libr. 3. cap. 17.

Non hic Atridæ, nec fandi fictor (a) Ulyſſes.

Poſteà, ut bene noſcant Troes, quibus cum agendum ipſis ſit, mores, victum, amictumque Rutilorum deſcribit, inquit enim,

Durum à ſtirpe genus (b) natos ad flumina primum
Deferimus, ſævoque gelu duramus & undis (c)
Venatu invigilant pueri, ſylvaſque fatigant.
Flectere ludus equos, & ſpicula tendere cornu. (d)
At patiens operum, parvoque aſſueta juventus
Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.
Omne ævum ferro teritur verſaque juvencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
Canitiem galea premimus, ſemperque recentes
Convectare juvat prædas, & vivere (e) *rapto.*

Qualis olim fuerit vivendi, & agendi apud Latinos diſciplina.

Vide etiam Rhod. lib. 10. cap. 1.

Talis erat ſub illud tempus vivendi conſuetudo in Italia, ſed quales in eandem mores protrudebant Trojani? Conſtat ex exprobratione, quâ illos Numanus, contemni debere perſuadet. Progreditur enim, & ſic exclamat.

Latini & Trojani collati.

Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis,
Deſidiæ cordi, juvat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas (f) *& habent redimicula mitræ.*
O verè Phrygiæ (neque enim Phryges) ite (g) *per alta*
Dindyma, ubi aſſuetis biforem dat Tibia cantum (h)
Tympana vos buxuſque (i) *vocat Berecynthia Matris*
Idæ, ſinite arma viris, & cedite ferro.

Quales Trojani habuerint veſtes?

Hæc ubi impatiens auſcultavit Aſcanius quoniam eſt in Adagio, *Cum Minerva move tu manum tuam*, ita Dei favorem implorat, ut humanam diligentiam & cooperationem non omittat: unde ait Virgilius.

Actus glorioſus in hominibus, nec ſine nobis, Deus, nec ſine Deo nos, ſed nos Deo concurrente operamur

Talia jactantem dictis & dira canentem
Non tulit Aſcanius, nervoque obverſus equino
Contendit telum: Diverſaque brachia ducens
Conſtitit ante Iovem, ſupplex per vota precatus.

Aſcanii ad Deum Oratio.

Ff 2 Iup-

Digitized by Google

Iuppiter omnipotens audacibus adnue cœptis.
Ipſe Tibi ad Tua Templa feram ſolennia(*k*)dona,
Et ſtatuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem,pariterque caput cum matre ferentem
Iam cornu petat , & (l) pedibus qui ſpargat arenam.

Qui, & qualis ſit Deus. Lucæ 1. 52.

Et ut oſtendat Deum eſſe, *Qui depoſuit potentes de ſede ,& exaltavit humiles*:illum, qui ſcit, poteſt, & vult,

Virgilius Æneid.l.6.

Parcere ſubjectis , & debellare ſuperbos,

Aſcanii preces divinitùs fuiſſe exauditas aſſerit; unde ſubjicit.

Invicto Aſcanio ſupremus militat æther.

Audiit & Cœli Genitor. De parte ſerena (m)
Intonuit lævum; ſonat unà lethifer arcus
Et fugit horrendum ſtridens allapſa ſagitta,

Aſcanii verba per Ironiam Numano dicta.

Perque caput Remuli venit , & cava tempora ferro
Trajicit.l, verbis Virtutem illude ſuperbis.(n)
Bis capti Phryges hæc Rutulis reſponſa remittunt.
Hæc tantùm Aſcanius. Teucri clamore ſequuntur,
Lætitiaque fremunt, animoſque ad ſydera tollunt.

Qui Atridæ fuerint?

a) Atridæ fuerunt Atrei filii; Agamemnon & Menelaus. Hic Helenam in uxorem duxit: quam Paris poſteà rapuit, & occaſionem præbuit, ut tota in Trojam Græcia commoveretur. Hic tranſiit in Adagium illud Homeri *Iliad.* r. carmen

Adagium Græcum.

ἢ μοῦνοι φιλέυσ' ἀλόχυς μερόπων ἀνθρώπων [*]
Ἀτρεῖδαι;

[*] Eſt verſus ſpondaicus, habet enim quinta ſede ſpondeum.

Num ſolis hominum Atridis affectus amorque
Vxorum eſt?

Qualis Vlyſſes fuerit?

Quem alii ſimpliciter fallacem; aut mendacem dicunt [Ovidius.
Naryciaſque domos , regnum fallacis Vlyſſi.
Et Mantuanus
Si cadat Euriſteus (*) aliquis inſidus Vlyſſes

[*] Euriſteus triſyll. nam eus diphthongus eſt.

nova Virgilius phraſi *fictorem fandi* appellat.

Fandi fictor, quis ſit?

b) Ibi debet ſubaudiri *Nos ſumus*, ut ſenſus fluat, & mens Numani percipiatur.

Pſeudo-Ægyptiorum in Hiſpania mores.

c) Etiam hodie in Hiſpania illi nebulones aut fures, quos Latini *Ægyptios*, nos vocamus *Gitanos*,ſic filios nutriunt; Matres .n. duro labori aſſuetę recens natos aqua abluunt frigida, ut duriores & fortiores evadant.

Cornu pro Arcu.

d) *Cornu* pro *Arcu* uſurpatur. Sed de hoc inferiùs differemus.

De furto.

e) Furti malitiam non omnes æque benè percipiunt:nam Rutuli,ut hic obſervas, gloriæ ducunt alieno pane vivere, & prædis provincias vicinas infeſtare. Superba hæc Reſolutio creavit primos Reges, Nemrod enim, Filium Chus, quem ex Hebræis Radicibus *Dormientem dominantem* in Onomaſticho Sacro Iohannes Leuſdenius dicit, ex Cimbricæ Linguæ antiquis fontibus *Furem panis* Goropius Becanus appellat. Et hic, ſi tempus, & locus permitteret, campus murmurandi latiſſimus aperiretur: Principes enim multi, cùm vigilare debent,dormiunt; & cum dominari, ſerviunt Miniſtris & obediunt. Multi furantur panem pauperum, ut profundant; & eo res venit, ut in ſingulis videatur revixiſſe Nemrodus. Hæc dicta ſint in improbos: pioſque & modeſtos non tangant; ſunt enim etiam Principes, qui præſunt ut profint, & *Reipublica Patres* poſſunt abſolutè vocari.

An omnium judicio malum ſit?

Geneſ. 10. 8.

NEMROD. Dormiens dominans. *Fur panis.*

De Principibus bonis & malis.

De manicis. Cur illas non habuerint Rutuli?

f) Vt liberiùs moverent brachia, non habebant manicas in veſte Rutuli:& Trojanos exiſtimant in uſu armorum manicis impediendos. Hujuſmodi tunicas, quas χειριδωτὰς Græci, *manuleatas* Plautus, *manicataſq;* Cicero appellat. Vide Agellium *libr.7. cap.*12. Et, ſi rem examines, Numanum benè objicere, & Teucros irridere cognoſces,nam *manica* ſunt manuũ vincula (quas *Manette* Vulgus, & *Aſpozas* Hiſpanus appellat)ſicut *pedica* pedum: unde prodiit ſyllabarum tranſpoſitione *ce po*. Hanc vocem Seneca ad Lucillum metaphoricè ſumit, *Si laqueis, manicis,peditis, Mens irretita eſt*.

Manicæ Aſpozas.Pedicæ. El Cepo.

Seneca l.30.

g) Dindyma ſunt juga montis Idei,matri Deum dicata. Vult profectò Numanus,ut

An generoſa facinora à mulieribus, aut effœminatis hominibus tractari poſſint?

——— *Tractent fabrilia fabri,*
vult inquam ille,ut
Navita de ventis,de bubus narret Arator,
Enumeret miles vulnera, Paſtor oves.
Et quia Troas cenſui fœminarum accenſet,
Vult telas texant,non autem tela torqueant.
Aſſueti enim fœmeninis delitiis, prorſus inepti ſunt, ut gerant arma. Hæc autem non eſt tam generalis Regula,ut exceptiones non patiatur. Poſſem aliquos tibi notos producere: ſed, ne diſpliceam vivis, per multos annos & milliaria regrediar. Ponam ergo Dinocratem ob oculos, in quo molles & fortes mores ſimul reperti ſunt.

De Dinocrate. Qui & qualis fuerit?

Digitized by Google

ſunt. Hic enim cum quadam die cœnam in multam noctem produxiſſet habituque muliebri ſumpto coram convivis tripudiaſſet, Q. Flamminium, penes quem erat ſumma rerum authoritas, poſtridiè adiit oſtendens poſſe ſe, ſi daretur auxilium, intercipere Civitatem Meſſanam. Et ille in effœminato homine tam virilem admiratus audaciam, *De his*, inquit, *poſteà. Te verò miror una ſaltare & mulierem mentiri poſſe, & rem tantam animo concipere, & auſu glorioſo polliceri.*

De biſſribus Canticis. Quænam illa ſint?

b) Qui autem ſunt *Cantus bifores?* Sunt qui exiſtimant iſtis Virgilium verbis duplicis Veneris voluiſſe ſordes ſignificare; quoniam in ſacris illis omni luxui (maſculino, fœmineo) liber aditus aperiebatur. Ego autem, quæ fiebant, ab his quæ canebantur ſeparans, relinquo illa ſevero Criticorum Iudicio; & in iſtis nudam Artem conſidero, & eſſe Biſores verſus pronuncio, quos poſſumus proferre duobus modis; eoſque in Metametrica ad Claſſes diverſas reduco; è quibus nunc hunc Hexametrum in exemplum propono.

Agros Aprilis pinxit concepit ut imbrem.

Eſt enim Retrogradus, & in Recurſu convertitur in Pentametrum.

Imbrem ut concepit, pinxit Aprilis agros.

Sir haſiraim. Canticum duorum Canticorum.

[*] In ſingulari SIR eſt canticum; in duali SIRAIM, duo cantica, & in plurali SIRIM plura cantica.

Et hinc incipio intelligere, aut ſuſpicari ſaltem, cur ille liber, qui *Cantica Canticorum* à Latinis vocatur, Hebraicè ſit SIR HASIRAIM [*] *Canticum duplicis Cantici*: puto enim tali eum arte conditum, ut vel bifariam legi, vel bifariam menſurari, & ſcandi potuerit.

El morteruelo.

i) Putarem *buxum* ibi dici illud inſtrumentum, quo utuntur in Hiſpania pueri, & vulgò *morteruelo* vocatur. Materiam pro re, quæ ex illa fit, accipit Metonymia.

An ſolennis, an verò ſolemnis ſcribendum ſit?

k) *Solennia*, & non *ſolemnia* lego: nam à *Sole* & *anno*, quod ſingulis annis Solaribus præſtandum eſt, *ſolenne* dicitur.

Reſtituitur Virg.

l) Auderem dicere illum verſum à ſuo ſic Authore fuiſſe ſcriptum,

Iam cornu petat, & pedibus jam ſpargat arenam.

eleganter enim uni *jam* contraponimus alterum *jam*.

De parte ſerena.

m) *De parte ſerena*, ait, & *partem* ponit pro *plaga*, quod approbat Hiſpanus, dicens, *Viene de tal parte, de todas partes.* &c. Et conſultò *ſerena* & non *ſuprema* dixit, ut oſtenderet à Iove fulmen, unde minus timeri poterat, fuiſſe exploſum.

An fulmina reſponſa ſint?

n) Ecce (2) ironicè loquitur Aſcanius: ut Erithræus notavit *bis captos* enim vocat Phryges, quos ſciebat bis non fuiſſe captos, quam ob rem ibi *bis capti Phryges*, eſt; *Phryges, quos vos dicitis, bis fuiſſe captos*. Et ecce (2) *reſponſa* vocat fulmina; ac, ſi Phryges, non verbis, ſed fulminibus cælitùs exploſis reſponderent.

SECTIO VI.

De lacerarum Veſtium ſignificatione.

Cur tam ſint honorifica in Collegiis Univerſitatum Hiſpanarum? Quid è Regis Saulis pallio, quid è Regis Alfonſi VI. paludamento importent excíſa laciniæ?

Etiam loquuntur veſtes.

De Collegiis Hiſpanicis.

VEſtes integræ laceræ; nec non veſtium laciniæ, habent ſignificationem aliquando ſpecialem, & alicubi alienam à vulgari judicio. Salmanticæ, Compluti, Valliſoleti, & in aliis Academiis Hiſpaniæ, ſummo in honore habentur collegæ, & præcipuè, qui in Collegiis, quæ *Majora* vocantur. Veſtium figura ferè eſt eadem, color Collegium à Collegio ſecernit. Et, qui togam (*manto* ab Hiſpanis dictam) tritam quidem, aut laceram gerunt, majori à cunctis reverentia coluntur: unde in proverbium venit, *Colegial* [*] *de manto roto*, & illo utimur, ubi de viro præclaro agimus, qui vulgi opinione veſte, non illa, quam modeſtia aut inopia ſuppeditat, ſed uti pretioſiori deberet. Et ratio proverbii iſta eſt. Qui ob vitæ merita & doctrinæ eminentiam ad Collegium admiſſi tot aut tot, in eo annis debent Academiæ in re literaria ſervire, & unica toga donantur, quam mutare non licet. Et hanc ob rem Iuniores novas & ſplendidas habent, & Antiquiores tritas, maculatas, & laceras. Et, quia hinc evenit, ut tyrones & cathedrarum candidati novis veſtibus, & Cathedratici, Doctores, & doctiores, non niſi centonibus & laciniis induantur: togæ laceræ deferuntur honores, qui integræ & pulchræ negantur. Et illæ ipſæ Seniorum togæ concionari videntur, & univerſis perſuadere Academicis, ut in veſtium ornatu modeſtiam ſpecialem obſervent; quod ita animis ſingulorum inſedit, ut Religioſi, quo graviores, & Sæculares quò nobiliores habitum ibi humiliorem affectent. Et quia hanc veſtium modeſtiam apud antiquos Principes Populi Romani reperimus, ſiquis à voce Græca ὁ τρίβων, quæ lacerum habitum; Italicè *veſte ſtracciata*, Hiſpanicè *manto roto* ſignificat, nomen *Tribunus* duxerit, doctrinalem dabit etymologiam, quæ mores, qui olim fuerunt, & nunc eſſe debent, repræſentabit.

*[*] Apud Latinos *ll* eſt duplex litera, apud Hiſpanos eſt unica, ſed ſecundaria, & habet ſpecialē pronunciationem, & ideò ſcribere *Colegial* cogimur; ne, ſi *Collegial* ſcriberemus, ſecunda proferretur, ut in dictione *callo*.*

Cur veſtis lacera ibi ſit honorifica?

Hiſpanicum explicatur Adagium.

De Academica veſtium modeſtia.

ὁ τρίβων, quid?

Tribunus unde?

Ex

Digitized by Google

Reg.cap. 24.

Σαῦλος eſt qui poſtea dictus Παῦλος at verò a voce Hebraica *Saùl* quæ ultimam acuit, *Saulus* debemus per tres ſyllabas dicere.

EX veſte lacera proderit ad veſtis lacinias tranſire. Et primò Hiſtoria occurrit lectu digna, quæ in Regum libris recenſetur. Viperino odio Saulus Davidem quærebat, & perſequebatur: & cùm in deſerto Engaddio illum latere diſceret, cum tribus millibus perrexit, ut eũ caperet, & interimeret. Vt pervenit ad Caulas-ovium ingreſſus in ſpeluncam, ad tegendos pedes & ille ipſe locus erat in cujus interiore parte latebat David cum ſociis ſuis. Muſſabant illi autem hi. [Ecce dies, quam pollicitus fuit tibi Dominus cum dixit: *Ecce do inimicum tuum in manum tuam: & facies ei, quemadmodum placuerit in oculis tuis.*] Acceſſit autem David tacitus, & clam particulam fimbriæ (Hiſp. *un gyron*) diploidis Regiæ abſcidit. Et tamen mox indoluit, judicans ſe contra auguſtam uncti Regis authoritatem deliquiſſe. Diſceſſit Saulus; & dum ſuos David blandis verbis compeſcit, ne in Regem irruant, nos Quæſtiones nonnullas breviter examinemus. Petitur enim *Primò*, Quid ſit Engaddiũ? *Secundò*, Quid Caulæ ovium importent? *Tertiò*, Quid ſit tegere pedes? *Quartò*, Fuerit-ne illa, de qua agimus, togæ, an pallii lacinia? *Quintò*, Cur indoluerit David? Et tandem *Sextò*, Quid per illam David ſignificare & probare voluerit?

Regii veſtimēti fimbriā abſcidit David.

Incidentes Quæſtiones.

Fons hœdi.

Reſpondeo ad Primum ENGEDI *Fontem* hœdi ſignificare, nam AIAN eſt *aſpicere*, AIN, *Oculus*, & per metaphoram *Fons*, quia in fonte imagines ut in ſpeculo repræſentantur. גדי GIDI autem *hædum* ſonat. Vnde ain-gidi erit *Fons hædi*. Et fortè apud Hiſpanos hodie *Fuenterabia* dicitur, quaſi *Fuenteradia*, quod locus in quo illa hodie jacet civitas, AIN-GADI olim ab Arabibus nominaretur.

An puncta apud Hebræos fuerint alterata?

Et hic obiter nota, puncta fuiſſe variata ubi enim hodie *ſegol* legitur, tempore Septuaginta (ſi tunc erant puncta) depingebatur ִ *Qametz*, illi enim GADDI, & non GEDI, legerunt. Et cur *dd* duplicarunt: quia tunc alia erat characterum diſpunctio: *daleth* enim, illo ævo, puncto appoſito prolongebatur.

Nomen propriū tranſivit in appellativum. Fuente ovejuna.

Ad ſecundum reſpondeo, GIDROTH-HATZON eſſe nomen loci, גדר GADAR eſt *circumſepire*, & גדר *circumſeptio*, & צאן TZON, *grex ovium*, *vel caprarum*. Ergo hoc nomen cum præcedenti componendo dixero, ex ſimili fortaſſis cauſa *Fuente ovejunam* apud Hiſpanos nominari.

Res obſcœna & ſordida ſunt indicibiles.

Ad tertium venio, & dico; non ſolum res obſcœnas, ſed & immundas apud ingenuos viros ineffabiles eſſe, & debere per paraphraſim ſignificari. Et quidem obſcœnos Sacra Scriptura actus, caſtiſſimis verbis exponit, qualia ſunt *cognoſcere*, *ingredi*, *jocari*, & ſimilia. Huc enim ſpectat illa phraſis, *Adam verò cognovit uxorem ſuam Evam*, quæ non ſolùm *Geneſ.* 4. x. ſed & in multis locis legitur [quoque ad alias etiam linguas tranſivit] ſed & illa, *Ingreſſus eſt ad eam* quæ legitur *Geneſ.* 16. *a.* aut etiam illa, *Proſpiciens Abimelech Rex Palæſtinorum per feneſtram, vidit eum* (Iſaacum) *jocantem cum Rebecca uxore ſua*, quæ habetur *Geneſ.* 26. *b.* Exponit etiam (eadem Sacra Scriptura) verbis res immundas puriſſimis. Et impræſentiarùm illa verba VAIABO SAVL LEHASIK RAGLAIV. *Et venit* (*ingreſſus eſt*) *Saul ad tegendum pedes ſuos*, rem immundam ſatis munde ſignificant. Septuaginta Interpretes ſenſum exprimentes non literam, ſcribunt, Καὶ εἰσῆλθε Σαοὺλ παρασκευάσασθαι. *Et ingreſſus eſt Saùl ad purgandum ventrem.* Et camdem loquendi formulam *Iudic.* 3. 24. reperio (pro qua Paraphraſis Chaldaica reponit, *ad faciendum neceſſitatem ſuam*. Et Hiſpanica *para hazer una neceſſidad.*) Et occaſionem Hebraicæ phraſi habitus illarum gentium præbuit: quia, cùm toga ad medias uſque tibias protenderetur, in tali actu terram ipſam pertingens, tegebat pedes. Noſter Quevedus ſicut Nomenclator Latinus *Ingerere*, & *Egerere* eſſe contrapoſita voluit, ſic & *comer* & *deſcomer*: quod verbum (nimirùm *deſcomer* cui *desbeber* eſt ſimile) tametſi novum & per jocum admiſſum, jam apud aliquos obtinere videtur.

Quid jocari ſit?

Quid ſit tegere pedes ſuos?

Purgare ventrem.

Facere neceſſitatem ſuam.

Deſcomer. Desbeber.

Ad Quartum dicam non togæ, ſed pallii Regii Davidem excidiſſe laciniam; nam ſi depoſuit pallium Saul, & in alium locũ ſeceſſit, ut ſatisfaceret neceſſitati, tutiùs potuit veſtis ora præcidi: eſſet enim proculdubio inſenſatus, qui togam decircinari non ſentiſceret, Hebræus dicit VAIKROTH ET KENAPH HAMEIL. *Et abſcidit oram palii.* A nomine Græco כנף KENEPH, Hiſpani habent *cenefa*; quam à Græco γῦρος, etiam *gyron* appellant.

Toga-ne, an pallii Regii laciniam exciderit Davide

Ora. Cenefa. Gyron.

De voce מעיל MEIL major eſt difficultas, videtur enim ab idiomate Græco deduci: quoniam apud Hebræos מעל MAAL *prævaricari* eſt, & Μαλλός ὁ *lanam* Græcè ſignificat: & poſſet meliùs à materia lanæ, quam à prævaricatione notio pallii deſumi. Hebræus interpres *pallium* vertit: διπλοΐδα Septuaginta; & quæ Græco capite illud vertetuot, διπλοΐδα voluerunt eſse *clamydem*.

De voce *maal*

An diplois ſit clamys?

Venio ad Quintum & illa verba expono, *Poſt hac percuſſit cor ſuum David, eò quòd abſcidiſſet oram clamydis Saùl*, quæ in Hiſtoria leguntur. Profectò debemus, etiam in viris ſanctis, actus indeliberatos

An viri ſancti eliciant interdum actus indeliberatos?

&

& inconſideratos admittere: quoniam, ut hinc colligitur, paſſio & dolor actum illũ extorſit, quem ſi David benè conſideraſſet, non feciſſet. Ergo inconſideratio, & inadvertentia in occaſione impræviſa, & improviſa nonnulla aliquando operatur, quæ hypothetica (utor mea dialecto) inficiuntur malitia: quæ tamen imputari ad culpam nequeunt, imputarentur tamen, ſi neceſſaria conſideratio præceſſiſſet. Nec dici poteſt hujuſmodi inconſideratio in Davide culpabilis; quoniam inadvertentia eſt defectus naturæ, & præter liberi arbitrii poteſtatem ſubrepit, ut quotidie experimur.

De malitia hypothetica. Quæ, & qualis ea ſit?

Dilucidetur tandem ſextum, cujus occaſione cætera fuerunt dicta. Aſſero itaque illam Regii paludamenti in manu Davidis laciniam, per circumſtantias præcedentes reſtrictam, ſignificare, *Potui, & nolui Saulem, qui me injuſtè perſequebatur, interimere*. Conſtat id ex contextu: poſtquam enim ex ſpelunca ſe ſubduxit Saul, & diſceſſit, egreſſus David, ubi diſtantia eum reddebat ſecurũ vociferabatur, *Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adverſus te? Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Deus in manu mea in ſpelunca, & cogitavi* (Hebr. *dixit quiſpiam*) *ut occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in Dominum meum, quia Chriſtus Domini eſt. Quin potiùs, Pater mi, vide & cognoſce oram clamydis tuæ in manu mea: Quoniam cum præſcinderem ſummitatem clamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te* &c. Audivit Davidis vocem Saul, & ſuffuſus lachrymis dixit, *Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bonum; ego autem reddidi tibi mala. Regnabis ergo*[*] *& ſtabit in manu tua ſceptrum Iſrael*. Et interpoſito juramento illum in amicum admiſit.

Quid importet in Davidis manu Regiæ veſtis lacinia?

Eſſi ſocii Davidi ſuaderent ut occideret Regem, hoc ſibi perſuaderi non permiſit.

Comparativũ *Iuſtior* accipitur adverſativè.

*] Illud *ergo* in verſione Latina ex Hebræo deducta reperitur.

Et tu hic dialecticam Saulis perpende. *Eris igitur Rex*, inquit Saul. Sed unde Sereniſſime Rex, iſtam conſequentiam deducis. Sed jam reſpondentem ſubaudio.

De Regis Saulis Dialectica.

Deus, inquit *potentes* (ſua poteſtate, & potentia abutentes, & innocentes perſequentes) *de ſede* (de throno ſublimi) *depoſuit; & humiles* (qui ſibi ſunt ſimiles, quorum eſt proprium Dei miſereri ſemper, & parcere) *ſubrigit & exaltat*.

At ego potens ſum (qui innocentem perſequor, & poteſtate Regia abutor.)

Et Tu es humilis (qui inimico inſenſiſſimo ignoſcis.)

Deus igitur me deponet de ſede, & te ad Regium ſolium exaltabit.

An Saul deponi, & David exaltari meruerit?

AT, quia reconciliata amicitia non eſt conſtans, citò in Saule obnubilatur bona mens; nam dies poſt paucos priſtino ſe permittens furori, crudeliùs Davidem latitantem perſequitur: nam hæc capite vigeſimoquarto narrantur, & tam cap. XXVI. Ziphæi paſtores venerunt ad Saulem, dicentq; *ecce David abſconditus eſt in colle Hachila, qui eſt ex adverſa ſolitudinis*. Et ſtatim Rex, delectis tribus hominum millibus perrexit eo, & in clivo montis pernoctavit. David autem (habebat enim vigiles & exploratores) ubi id percepit, fidens Deo & umbrarum caligini, ad caſtra Regis improvidi, & incauti deſcendit. Omnia in ſilentio hærebant: Regii enim milites erant labore fracti, & ſomno profundo ſepulti. Audentior redditus, penetrat, & Regium tentorium ingreditur. Saulem dormientem, haſtam infixam terræ, & aquæ ſcyphum apud lectum invenit. Et Abiſajus itineris & periculi ſocius, volebat eum occidere, dicebat enim, *Ego perfodiam lancea in terra ſemel, & ſecundo* (ictu) *opus non erit*. Obſtitit David: & ſubreptis lancea & ſcypho diſceſſit. Vbi autem interpoſitam vallem tranſiverat, & ad montem oppoſitum adſcenderat[*], inclamavit, & dixit. *Non-ne reſpondebis Abner*. Et ipſe Semiſopitus ait, *Quis es tu, qui clamas, & inquietas Regem?* Abnero David, *Quare ergo non cuſtodiſti Dominum tuum Regem? ingreſſus eſt enim unus de turba, ut interficeret Regẽ, Dominum tuum. &c. Nunc ergo vide, ubi ſit haſta Regis, & ubi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput ejus?* Cognovit Saul vocem Davidis, & rem totam conſiderans, *Peccavi*, ait; *revertere, fili mi, David; nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eo quod pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie; apparet enim quod ſtultè egerim, & ignoraverim multa nimis*. Et ad eum David. *Ecce haſta Regis. Tranſeat unus de pueris Regis, & tollat eam*. Et iterum reconciliati ſunt.

De reconciliata amicitia.

Reg. 26. 2.

Sine nova occaſione Saul Davidem innocentem perſequitur.

Quam improvidè & negligenter eo tempore Regum tabernacula cuſtodiantur?

*] Sed cur David haſtam, & non ſcyphum reſtituit: Conceptus in Cõcione aliqua explicandus, & dilucidandus.

Et quid, quæſo, illa Saulis haſta in manu Davidis ſignificabat? Idem porrò quod paulò ante paludamenti laciniæ; ſicut enim per illas, ita etiam per hanc loquebatur David, & dicebat, *Potui, & nolui Saulem, qui me injuſtè perſequebatur, interimere*.

Quid Regis Saulis haſta ſignificet in manu Davidis?

PLacet exornare has Hiſtorias aliam ſimilem ex Chronicis Hiſpaniæ recenſendo.

Contra Mauros Alphonſus VI. pugnaverat adverſo Marte. Fuſi erant Chriſtiani, & Agareni vanè glorioſi & arrogantes triumphalia vexilla promovebant. Rex, tametſi ætate gravis, enervato jam

Quæſtio eſt difficilis, & non ſatis deciſa, *An expediat Regem intereſſe conflictui?* nam ejus præſentia multum juvat & in periculo multum ſolet nocere.

equo,

Digitized by Google

equo ſubſidebat, periturus omninò, aut in captivitatem, & ſervitutem deducendus. Vt eum à diſcrimine tam certo, & inſuperabili eriperet, Comes Rodericus de Ciſneros, Regio Gothorum ſatus ſanguine, nec ultimus inter militiæ Principes, per medios hoſtes viam ferro aperuit; & deſcendens ex equo, fecit ut Rex in eum adſcendens ſe à conflictu ſubduceret, gladio impediens ne eum aliqui perſequerentur. Sanè in illo conflictu ſeriò res agebatur: manu pugnabatur, non verbis, [*] & ideò, quia nec tempus, nec locus permittebat, ut longo colloquio quiſnam eſſet exponeret, & armatus non poterat cognoſci à Rege; ex clamydis Regiæ tres lacinias (Hiſp. *tres gyrones*) excidit ut ſuæ Fidelitatis & Virtutis teſtes eſſent, ubi occaſio requireret. Tamen, quia nec contra multos Hercules, ipſe tandem hoſtium multitudine preſſus, debuit cedere, & ſe concredere Saracenæ clementiæ. Noluerunt hoſtes, ut occideretur tam ſtrenuus & generoſus miles; nam Virtus eſt pulcherrima, & etiam in hoſte laudatur. Servatus fuit, ut ſervus infidelium eſſet, qui Regis ſui libertatem & vitam obſequio tam fideli ſervaverat. Rex ſubductus à conflicto & periculo, nil antiquius habuit, quàm opportunis præmiis ſuorum militum merita coronare; & quia potiora obſequia erant cæteris anteferenda, ne ingratus tanto beneficio appareret, reſcire voluit, cuinam libertatem & honorem deberet; & ſtatim ſibi facinus tam glorioſum affingens, Therſites quidam (non enim Heroes Illuſtres & fortes ſunt mendaces) comparuit; & ab omnibus laudes, & præmia eximia à Rege liberali ſuſcepit. Reſcivit id in antro (Hiſp. *en la maſmorra*) Rodericus & indignabundus exclamabat.

*] Hæc propter Homerum dicta ſint, qui in ipſo generali conflictu permittit militibus cum hoſtibus de avorum ſuorũ meritis longa oratione diſputare.

Comes Rodericus ſuum equũ dat Regi, ne capiatur à Mauris.

Ipſe deniq; capitur.

Alphonſi Regis gratitudo.

Præmio donatur, qui ſe Regem liberaſſe mentitur.

Vltima Virgilii velit jam carminis ætas;
Magnus ab integro ſæculorum naſcitur ordo:
*Iam noſtro redeunt * * * Auguſti ut tempore, fraudes.*

Quod enim tunc Virgilio accidit, hoc impræſentiarum experior. Laudavit [*] ille Auguſtum brevi ſed grandi elogio; aliuſque præmium & honorem præripuit. Liberavi ego Alphonſum, & alii gloria tantæ actionis adfingitur: alius donatur præmiis; & ego cogor in catenis hærere. Ad muſicæ ergo numeros, quos compedum ſtrepitu excitabo, vocem emittam, & ſic tandem cantabo.

*] Virgilii expoſtulatio erat, *Hos ego verſiculos feci, tulit alter honores.* &c.

Hoc ego ſervitiũ feci, tulit alter honores.
Sic vos, non vobis, vellera fertis oves.
Sic vos, non vobis, mellificatis apes.
Sic vos, non vobis, fertis aratra boves.

Comitis captivi querimonia.

Tandem Comes à ſervitute liberatus, ſe fuiſſe Regis Redemptorem aſſeruit; aureaſque lacinias in teſtes producit. Componuntur cum clamyde, & innoteſcit veritas, Therſiteſque præmio exſuitur, & perpetua ignominia damnatur. Vult Rex ut Comitis Heroicam Virtutem ſera non ignoret poſteritas, & ideò illius antiqua exornavit ſtemmata, in apice (Hiſp. *por timbre*) conſtituendo hujus Alexandri Bucephalum, & ſcuto ipſi illas tres lacinias (Hiſp. *aquellos tres gyrones*) adpingendo: Iuſſit præterea, poſteros Roderici à laciniis his glorioſum cognomentum deſumere; & *Gyrones* vocari.

Paludamenti Regii laciniæ fraudem detegunt.

Rex veritatem doctus ſuũ donat, honoratq; hyperaſpiſtem.

Cur hodie præfata Ducis nominentur Gyrones?

SECTIO VII.

De Regulatium Veſtium Colloqutione.
An etiam ipſa aliquando mentiantur?

ETiam loquuntur veſtes, & earum ſignificatio eliditur, & aufertur per ſigna contraria. Pono exemplum: [Petrus homo Religioſus in peccatum fragilitatis lapſus, venit ad Confeſſionem aitque *Fornicationem commiſi*, & nihil de Sacrilegio dicit.] An-ne fuit diminutè confeſſus? minimè. Cur ergò? quia fornicationem fuit confeſſus per linguam, Sacrilegium per veſtes. Quam ob rem vox *fornicatio*, quæ ad ſimplicem, & Sacrilegam eſt indifferens, per veſtes reſtringitur ut Sacrilegam notet, & non alteram.

Veſtes æquivocam Orationem reſtringunt.

Pono alium caſum. [Ioannes Vir Secularis volentem defloraverat Virginem, & quia ut occideretur, aut caperetur quærebatur, ut cognatorũ Virginis, aut etiam Satellitum diligentias obluderet, habitum monachalem adſumpſit; Et quia confiteri voluit ad Parochi pedes provolutus, ſic inquit; *Semel ſum fornicatus*:] Et inquiris, An ſit bene confeſſus? Reſpondeo negativè ſed cur? An-ne quia Virginitatis circumſtantiam ſubtacuit minimè, quoniam cognoſcere volentem Virginem eſt ſimplicem admittere fornicationem, ut Diana *1. part. tract. 7. reſol. 11.* Coronius *in Summ. verb. Circumſtantia. num. 25.* & alii Doctores ſtatuunt. Cur ergo? Quia confeſſus eſt circumſtantiam Sacrilegii, quod non commiſit. At ille ais nihil dixit de Sacrilegio. Et hoc ego rotundè nego, quia ſicut per linguam dixit fornicationem, ſic & ipſe per veſtes dixit, (vel potiùs, veſtes ab eo geſtæ, ſunt mentitæ dicendo) hanc fornicationem fuiſſe ſacrilegam. Quo igitur modo confiteri debebat? Exponam: Debebat Ioannes dicere. *Commiſi fornicationem, non autem votum violavi*

Quomodo confiteri debeat, qui ex cauſa veſtes Religioſas gerit & tamen non eſt Eccleſiaſticus?

An veſtes Religioſæ mentiantur?

lavi quia non ſum Religioſus, nec voto caſtitatis obſtringor. Tunc enim oppoſitum lingua dicente, racerent veſtes, & Ioannem eſſe Religioſum non ſuggererent.

De Ethnicis & Mahometanis veſtibus.

Hęc omnia à doctiſſimis Viris aſſerũtur & ideò potcrunt ſecuriſſimè admitti. Et omnia etiam neceſſaria videntur, ut ſciamus, quid de veſtibus & inſignibus, quæ apud Ethnicos, aut Mahometanos Religionem ſimul & Nationem concernunt, debeamus, ſi rogemur, reſolvere?

Interdum verũ & interdũ falſum veſtes dicunt.

Quia Veſtes Religioſę vocem habent, aliquando verum dicunt, aliquando mentiuntur. Veraces ſunt, cùm eis conſonãt mores; & mendaces, cùm diſſonant. Multa de hoc argumento dabo inferiùs, at nulla, meo judicio, pulchriora illis, quę ex primo capite Regulæ Sancti Patris noſtri Benedicti deſumo. Quatuor ipſe genera Monachorum enumerat. Et primo loco collocat Cœnobitas, qui veri quidẽ ſunt monachi; nam ſub Regula & Obedientiâ Abbatis vivunt, vt veſtes illorum ſignificat. Anachoretas conſtituit in ſecundo, qui ex conſcientiâ & conſenſu ſui Abbatis ſolitariam vitam peragunt in eremo. Et hi ſi Veritas habet magis & minus veriùs adhuc ſunt Monachi: Μοναχὸς .n. dicitur, quaſi μόνος *ſolus* aut *ſolitarius*. Et huc reſpiciẽs S. Hieronymus *ſuper pſal.* exclamat, *Si cupis eſſe, quod diceris* Μοναχὸς Monachus, *id eſt* μόνος ſolus *quid facis tu urbibus, qua utique non ſunt ſolorũ habitacula, ſed multorum.*

Genera Monachorum ſunt quatuor.

Vnde dicantur Monachi?

De Pſeudomonachis.

Sarabaita, quales?

Per tonſuram mentiuntur.

Prętcr hęc duo ὀρθομοναχῶν genera recenſet duas adhuc claſſes ψευδομοναχῶν. Altera cõtinet Sarabaitas, *qui nullâ Regulâ approbati (nec) experientiâ Magiſtri, ſicut aurum fornacis ſed in plumbi naturâ molliti adhuc operibus ſervantes ſæculo fidẽ, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Qui bini, aut terni, aut certè ſinguli, ſine Paſtore, non Dominicis, ſed ſuis incluſi Ovilibus, pro lege eis eſt deſideriorum Voluptas* (aut ſi velis *Voluntas*) *cùm quidquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt ſanctum, & quod noluerint putant non licere.* Et quidem unum ex his alloquebatur Hugo, & corripiebat ſic. *Si Monachus es, quid facis in turbâ? Si amas ſilentium, cur declamantibus aſſiduè, intereſſe* [a] *delectaris? Tu ſemper jejuniis & fletibus inſiſtere debes* [b] *& tu philoſophori quaris? ſimplicitas Monachi, Philoſophia ejus eſt. Sed docere inquis alios volo.* [Sed quam doctrinam? quam didiciſti: quã ſcis. quæ continetur hoc Protheorcmate, *quod volumus id ſanctũ eſt.*] *Nõ eſt tuũ docere* [quæ male didiciſti] *ſed plangere. Si tamen Doctor eſſe deſideras, audi quid facies. Vilitas habitus tui* [c] *& ſimplicitas vultûs innocentia vitæ, & ſanctitas converſationis tua docere debent homines.* Ergo ſiquidem docent, habitus, vultus, & vita loquuntur.

Hug. de cla. ani libr. 3.

De Girovagis.

Altera ψευδομοναχῶν laſſis ob oculos proponit Gyrovagos, *qui totâ vitâ ſuâ per diverſas provincias ternis, aut quaternis diebus per diverſorum cellas hoſpitantes, ſemper vagi & nunquam ſtabiles, & propriis voluptatibus & gulæ illecebris ſervientes, & per omnia deteriores Sarabaitis. De quorum omnium* (pura, *Sarobaitarum, & Gyrovagorum*] *miſerrima converſatione, melius eſt ſilere, quàm loqui.* In utriſque habitus, & tonſura (nam eos Monachos eſſe aſſeverant) mentiuntur; & tonſuræ & habitui contradicit (Hiſp. *le deſmiente*) nempe in illis propriæ voluntatis obſervatio, & in his gula.

An in iſtis mentiantur habitus & tonſura?

D. Bernardus erm. 30. in Cant.

De Gula, an in obſervantiſſima Religioſorum Monaſteria prætextu diſcretionis ſe inſinuet?

At vtraq; & præcipuè hæc poſterior paulatim in Cœnobitarum clauſtra, ſub diſcretionis larvâ irrepſit. *Legumina*, inquit jam Religioſus, *ventoſa ſunt, caſeus ſtomachum gravat; hæc capiti nocent; potum aqua non ſuſtinet pectus; caules nutriunt melancholiam; choleram porri accendũt; piſces de ſtagno, aut de lutosâ aquâ mea penitus complexioni non congruunt.* Et vt perſuadeat cæteris, quod ipſe vult, hoc eſſe ſanctum, & quod non vult, non eſſe licitum, ſubjungit (Deus non vult mortem Monachorum, ſed vt Divinas laudes modulentur, & vivant.) Ecce, ſic ſibi mentitur, ſic adulatur Monachus irreligioſus: at ei S. Bernardus. *Quale eſt hoc, quod in omnibus fluviis, agris, hortis, cellulis, &c. reperiri vix poſſit, quod comedas? puta te quæſo Monachum eſſe non Medicum, nec de complexione, ſed de profeſſione judicandum &c.*

De varia unius adverbii appellatione.

a] Illud *aſſiduè* adverbium eſt, & inter voces declamantibus & intereſſe poſitum, alterutrius eſſe poterit modus; & hoc à ſola commatis poſitione pẽdebit. Si enim, *cur declamantibus aſſiduè intereſſe delectaris*, ſcribatur, illud *aſſiduè* erit declamationis modus; ſi autem comma inter *declamantibus* & *aſſiduè* pungatur, ipſum *intereſſe* modificabit aſſiduitas.

An Religioſorũ ſit docere?

b] Ex hoc Hugonis loco ſumpſere occaſionem nonnulli, vt exiſtiment profiteri literas Monachorum non eſſe; at ipſe de imperitis loquitur, qui docere Scientias, quas non didicerunt, præſumunt. Monachi enim Sancti & Docti quam Hæretici devaſtare conantur manutenent Eccleſiam. Et plerique omnes in omni Facultate libri, qui cum fructu leguntur à Religioſis fuerunt cogitati & ſcripti.

De veſtium modeſtia Quantã Ciſtercienſes abſervent?

c] Vilitas habitus Religioſos commendat. Et in Ordine noſtro ſemper vidi Vniverſitatum Cathedraticos, Generales, Definitores, & Abbates, à veſtiũ modeſtia commẽdari; loquũtur enim ille, & animi modeſtiam prædicant. Et ut id ipſum liquidius demonſtretur, ſectionem ſequentem ſcribamus.

SECTIO VIII.

De Veſte vili. *An Virum modeſtum dedeceat?*

PEtis, an Modeſtia, quæ veſtes communes & viles præſcribit, poſſit in exceſſu peccare? Reſpondeo, materialiter & formaliter peccare poſſe. Materialiter ſiquis tales induerit veſtes quæ ſibi dedecori ſint: formaliter, ſi gloriam vanã in ipſa Humilitate aucupatur. Monet nos *tract. de ſerm. Domini* Auguſtinus, & ait. *Animadvertendum eſt, non in ſola rerum corpore, earum nitore, atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe jactantiam, & eo perículoſiorem, quo ſub nomine ſervitutis Dei decipit.* Et ſanctus Doctor *in Regul.* his verbis ſuos Diſcipulos inſtruit. *Alia quæcumque iniquitas in malis operibus exercetur, ut fiant, ſuperbia verò in bonis operibus inſidiatur, ut pereant:* Et in quadam ad Amicum Epiſtola, *Fit miris modis in Anima hominis, ut de falſa humilitate magis infletur, quam ſi apertius ſuperbiret: & nonnunquã dejicit Deus occultam mentis ſuperbiam per carnis manifeſtam luxuriam.* Et Hieronymus *in Marc.* conſonat inquit enim. *Multò illa deformior eſt ſuperbia, quæ ſub quibuſdam Humilitatis ſignis latet neſcio enim quomodo turpia* (fortè, *turpiora*) *ſunt vitia cùm Virtutum ſpecie celantur.*

Vt occulta peccata corrigãtur. Deus hominem in manifeſta labi aliquando permittit.

Turpiora vitia ſunt quæ ſerpũt ſub ſpecie virtutum.

Placet hic breviter inſinuare Hiſtoriolã quam *lib. 6. cap. 5.* Laertius exhibet. [Crates à Magiſtratu objurgatus quòd præter leges & mores Athenienſium ſindone veſtiretur, ait, Quid, ſi Theophraſtum vobis oſtendam ſindone amictum? Diffidentes, ac ut oſtenderet, flagitantes adduxit ad tonſtrinam, oſtenditque Theophraſtum, qui tum fortè tondebatur, linteo amictum, quod Græci à cootegendis humeris ὠμόλινον vocant. Vnde ſic diſcurrebat. Indui lineis, aut per ſe eſt malum, aut non. Non hoc; nam ſi per ſe turpe eſſet, ne in tonſtrinâ quidem eſſet honeſtum. Ergo illud. Ergo ſi uti lineis per ſe turpe non eſt, ubique erit id licitum.] Et ego *Primò* hanc hiſtoriam perpendens, tot, & tam difficiles circumſtantias invenio, ut Laertio dicam,

Hiſtoria à Laertio adducta proponitur, & examinatur.

Horat. de arte Poetica.

Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris;
Nec quodcumque volet, poſcat ſibi Fabula credi.

An ſit cogitatu, an moraliter ſit impoſſibilis?

Et ſuſpicari incipiam, eam illum cogitaſſe; & ideo eſſe nonnullis ſimilem, quæ in Valerio Maximo inveniuntur. Nam eſſe Theophraſtum ſub manu tonſoris, hoc ſciri à Crate; hunc eâdem horâ objurgari à Senatu; velle hunc negotia publica intermittere, ut iret quò cõduceret Crates; & alia ſimilia, non facili negotio concurrerent. Ergo ſimus urbani, ne dicamur inſultare Laertio; & captivemus mẽtem in Vrbanitatis obſequium. Et hanc ob rem dicamus *Secundò* eſſe turpe, non ſolùm contra, ſed etiam præter morem procedere, & habere viliores veſtes, quàm tolerat perſonæ cõditio: nam aliàs à Magiſtratu Crates minimè objurgaretur. Fateamur *Tertiò* eſſe ſummi ponderis authoritatem Viri magni: nam Theophraſtus, ut morum Regula habebatur Athenis, ut univerſis licerent, quæ ipſe faceret; & inhibita cenſerentur, quæ omitteret. Et concludamus *Quartò* non fuiſſe Cratem profunde tinctum Ethicâ; quoniam Malitia Philoſophica alias conſiſtit in eſſentia, aliàs in modo. Porrò mendacium eſt per ſe & eſſentialiter malum: & ideò ſemper & ubique erit malum. At verò exonerare ventrem, mutare induſium, reddere vxori debitum per ſe ſunt bona, per accidens mala eſſe poſſunt, ſi peccetur in modo, puta ſi publicè fiant, cùm clam fieri deberent. Modeſtiſſimus Cato, illeſâ gravitate ſuâ, eſſe poterat nudus in balneo, at omnino deſiperet, ſi nudus vellet in ſenatu adſidêre. Ergo, tameſi in tõſtrinâ Theophraſtus tectus ſit ὠμολίνῳ illo Crates indutus in foro comparere non potuit.

Pretioſiores, aut viliores habere veſtes, quàm tolerat perſonæ conditio, indecens eſt.

Quanti põderis ſit vel unius Viri illuſtris exemplum?

An aliqua, quæ clam facta ſunt bona, ſint mala, ſi publice fiant?

SECTIO IX.

De Fœminarum Veſtibus, & Ornamentis.

QVæ, & qualis ſit fœmina veſtium ornatus prodit: caſtæ enim modeſtiſſimum amant, & laſciviente delectantur laſcivæ. Non poteſt tamen Regula generalis præſcribi, qui enim in ignobili muliere eſſet nimius, erit nobili congruus, & non ſufficiet Principi ſeu Reginæ. Hunc reſpiciens Auguſtinus ad Poſſidonium ſcribens, *Nolo* inquit, *ut de ornamentis auri vel veſtis properam habeas in prohibendo ſententiam.* &c. Cur autem? Quia ſicut veſtium magnitudo debet hominis altitudini proportionari, ſic qualitas & pretium materiæ, ſtatui & opibus debet correſpondere. *Libr. 1. de Offic.* Cicero. *Decor corporis non ſit affectatus, ſed naturalis, ſimplex, neglectus magis quàm expeditus; non pretioſis & albentibus adjutus veſtimentis, ſed communibus, ut honeſtati & neceſſitati nihil deſit, nil accedat nitori.* Vnde *libr. 1.* de

An & quid veſtes fœminarum loquantur?

Veſtium pretiũ ſtatui & opibus debet correſpondere.

Digitized by Google

An ipſomet ornatus neglectus, ornatus ſit?

de Virgin. Ambroſius. *Neglecta decoris cura plus placet, & hoc ipſum quod non ornamus, ornatus eſt*, &, ut quid *communium veſtium* nomine intelligendum ſit exponat, *in epiſt. ad Nepot.* ait S. Hieronymus. *Veſtes pullas aquè devita ut candidas: ornatus & ſordes pari modo fugienda ſunt, quia alterum delitiis, alterum gloriâ redolet.* Et hîc obiter nota ante mille annos non fuiſſe in uſu communi veſtes nigras.

Color veſtium debet eſſe ſecundum communem Patriæ morem.

Et quid, ſi præter morem ſe exornaverit fœmina? A Theologis & Politicis incriminabitur. Præmittam nonnullas Patrum Antiquorum ſententias, & poſteà Philoſophorum & Poetarum numeros conſiderabo.

Honeſta fœminæ modeſtia verius quàm veſtibus pretioſis ornantur.

De habitu Virginum curioſum libellū ſcripſit Cyprianus, & inter alia ait. *Ornamentorum ac veſtium inſignia & lenocinia formarum non niſi proſtitutis & impudicis fæminis congruunt: & nullarum fere pretioſior cultus eſt, quam quarum pudor vilis eſt. Serico & purpura indutæ Chriſtum ſyncere induere non poſſunt; auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamenta mentis & corporis perdiderunt.* Et ibidem. *Vince veſtem, quæ Virgo es, quæ Deo ſervis; vince aurum, quæ carnem vincis & ſæculum: nec monilium aut veſtium quære ornamenta, ſed morum.*

Quæ ſint vera ornamenta caſtarum & nobilium mulierum?

Contra mulieres ambirioſiùs ſeſe ornantes eruditum Tractatū edidit S. Gregorius Nazianzenus, ex quo placuit periodos ſubſequentes exſcribere. *Mulierum ornamentum eſt morum probitate & elegantiâ florere; domi ut plurimum manere; colloquium cum Divinis Oraculis habere; filo ac lana operam dare; ancillis opera mandare, ſervos vitare; labiis, oculis, genis vinculum injicere; pedem limine non admodum frequenter efferre; pudicis quidem omnibus mulieribus delectari; caterùm eo dumtaxat viro contentam vivere, qui tibi legitimo matrimonio virgineam zonam ſolvit.*

Virgineam zonam ſolvere eſt deflorare.

Ethnicorum ſententia.

Quanto tempore mulieres indigeant, ut ſe aornent.

Induere ſe apud Hiſpanos eſt veſtir-ſe interim ſe puſo dicimus, & non ſe viſtio una gargantilla de piedras precinſas.

Sed & Ethnici, etſi ſupernaturali Fidei Chriſtianæ lumine deſtituti, luxum in mulierum ornatu condemnarunt. *In Heaut.* 2. 1. ridet & exclamat Terentius.

> —— *Noſti mores mulierum.*
> *Dum moliuntur, dum comuntur, annus eſt.*

Carpit Ovidius *de Med. faciei*: canit enim,

> *At veſtra teneras matres peperere puellas*
> *Vultis in auratâ corpora veſte tegi.*
> *Vultis odoratos poſitu variare capillos,*
> *Conſpicuas gemmis vultis habere manus.*
> *Sigalion ſecunda Pars.*
> *Induitis collo lapides Oriente petitos,*
> *Et quantos onus eſt aure tuliſſe duos.*

At hæc fortaſſis omnia tolerare maritus poterit, cui ſoli uxor ornatur. Sic eſſe deberet: quoniam, ut apud Stobæum *ſerm.* 32. ait Hyperides. *Domi coram viro licet uxori ornare ſe, ut lubet; ornamenta autem quæ ſumit egreſſura domum, non ad maritum, ſed ad alios ſpectant.* Quò reſpiciens Socrates ſuæ Xantippæ, quæ volebat veſtem ſpecioſam induere, & ſic ad ſpectandam pompam prodire, dicebat, *Hanc non ſpectandi causâ, ſed potiùs ut ſpecteris, habes.* Notabat prudens ſenex communem mulierum conſuetudinem, quæ cùm aliis, tum maximè veſtium novitate delectantur, quo ab omnibus ob novum & inſolitum cultum ſpectentur & celebrentur. Ælianus *libr. de var. hiſt.* & hoc ipſum repoſuit Ovidius his verbis.

N. B. Modeſtiſſimæ fœminæ, meliores, quàm domi habent veſtes, ut egrediantur, adſumunt: nec ob hoc debēt, ſi modum obſervent, taxari: nam hoc Prudētia ſuadet, & Modeſtia permittit. Audi S. Benedictum, qui in Regul. c. 55. ſic inquit. Femoralia hi, qui in via diriguntur, de veſtiario accipiant; quæ revertentes lota ibi reſtituāt, & cuculla & tunica ſint aliquātò iis, quas habere ſoliti ſunt meliores; quas exeuntes in viam accipiant de veſtiario, & revertentes lotas ibi reſtituant. Nemo igitur, ut meliores veſtes extra domum, quam domi geſtent fœminæ, negare poterit, ſiquidem hoc ſuis Monachis S. Benedictus concedit.

> *Vadunt ſpectatum, vadunt ſpectentur ut ipſæ.*

Porrò debemus morum elegātiam à pulchritudine veſtium ſecernere, quoniam ut in Moſt. Plautus admonet.

> FOEMINA, *nequidquam exornata eſt bene, ſi morata eſt male.*

Hanc diſcretionem infixam animo habebat Archidamus. Nam cùm illius filiabus Dionyſius, Siciliæ Tyrannus veſtes ſplendidas, magnique pretii, dono miſiſſet recuſavit accipere, dicens, *Vereor, ne hoc amictu puellæ turpes mihi videantur.* Plutarchus *in Lacon.* Sciebat ergo prudentiſſimus vir, nobiles Virgines nullo cultu meliùs ornari, quam ſimplici: immò gemmis, auro, & veſtibus ſericis dehoneſtari magis, quàm ornari: propterea quod veſtium luxus arguat mentem parum ſobriam, & intuentium animos ad libidinem provocet. Oportet enim, ut Virgo mente pura ſit prædita, & nulla ex parte corrupti animi ſignificationem exhibeat.

SECTIO X.

De medicina faciei, & de hujus medicinæ Mendaciis.

VNgunt, inungunt, macerant, abluunt tingunt, pingunt, & fingunt facies fœminæ, & tot mendacia hoc labore committunt, ut multa habuerit Ovidius, quæ ſcriberet; & multa Patres & Doctores, quæ carperent. Induunt & exuunt facies ut veſtes fœminæ; & anus, quæ mane in lecto habebat faciem aviam, ſi ſe lavet & fingat, induet poſt horam faciem neptem. Sic ludunt ſœculis, & procos & maritos illudunt.

An fœminæ, ut veſtes exuant facies?

An faciei medicina corpus corrumpant?

An ſe pingere ejus ſit, quàm adulterium committere?

Hæc mẽdacia Innocentius tract. *de vil. condit. human.* qua ſolet urbanitate & modeſtia reprehendit. *Abſit*, ait, *ut adulterinus color, ſit comparabilis nativo. Quin imò, cùm facies adulterino fucatur, et abominabili fœtore corrumpitur. Vniverſa vanitas omnis homo vivens. Quid enim vanius, quàm crines pectere, plantare cæſariem, tingere genas, ungere faciem, producere ſupercilia? quandoquidem vana eſt gloria, & vana pulchritudo. Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri.* At acriùs, vehementiùſque loquuntur Patres.

An ſit inferre manus Deo?

Hæc Artis ingenioſæ mendacia, Auguſtinus tolerare non poteſt. Agens *de Dominò ſerm.* exclamat. *Quanta amentia eſt, effigiem naturæ mutare, picturam quærere; tolerabiliora propemodum in adulterio crimina ſunt, ibi enim pudicitia, hic natura vitiatur.* Conſonat S. Cypriano, *qui libr. de Virginum habitu* dicebat. *Fœminæ manus Deo inferunt, quando id, quod ipſe formavit, reformare & transfigurare contendunt, neſcientes, quia opus Dei omne, quod naſcitur, Diaboli quodcumque mutatur.*

An fœmina ſint Proteo ſimiles, & mutent facies?

Cognovi, & nominare poſſum, nobiliſſimam fœminam, quæ Madriti à formarum varietate celebrabatur: habere enim in ſuis unguentis dicebatur tot facies, quot ſingulis hebdomadis diebus ſufficerent. Et erat, ut video, illi ſimilis, quam *in Hexamer.* carpit Ambroſius, & incriminatur his verbis. *Deles picturam Dei mulier, ſi vultum tuum materiali candore oblinias, ſi exquiſito rubore perfundas.*

An ſit delere Dei picturam?

An exceſſerint Patres in his quæ cõtra mulieres ſcribunt?

At, inquies, Patres exceſſiſse videntur. Quis enim audeat credere eam, quæ faciem pingit, ſceleratiorem eſse adulteram eſse ſacrilegam, non enim manus Deo ſine ſacrilegio inferuntur: & velle doctiorem eſſe Deo, dum temere figuram corrigit, quam Deus effinxit? Addis, non eſse vera, ſiqua nimia: adeoque non eſſe Sanctorum ſenum apprehenſiones curandas.

An faciei medicari ſit peccatum mortale?

Reſpondeo, nihilominùs, Patres non exceſſiſse, & tamen addo pingere faciem (Hiſp. *el afeitarſe*) ſecundum ſe, niſi aliud accedat, non eſse peccatum mortale. Et, ut hoc bene intelligas, aurum & plumbum ob tuos oculos pono. Quis neget plumbo eſse nobilius & pretioſius aurum & tamen centum plumbi libræ valebunt pluris dragma auri. Ergo tametſi *vitiare naturam* in genere deformius ſit, quàm *vitiare pudicitiam*; Hoc per tales & tales differentias contractum, ſi in adulterium tranſeat, erit lethalis culpa, & in ſecunda Tabula graviſſima poſt homicidium. Hæc propter Auguſtinum ſint dicta; modò Cypriani verba recognoſcamus. Attende. *Manus inferre Deo*, peccatum mulieribus, quæ ſe pingunt, & Hæreticis Iconomachis commune ſit.

⁋ Non ſemper, quæ in genere aut ſpecie ſunt graviora, graviora ſunt in viduo.

An fœmine, quæ faciem ungunt, cum Iconomachis ſint componendæ?

Per me ſtat; quoniam, ut dicebamus, aliud judicium ſubeunt Moralitates genericè, aliud ſpecificè, & aliud numericè conſideratæ. Interim, quia qualitates phyſicæ intendi & remitti; & morales creſcere & minui, augeri & evacuari ſolẽt: ita in fœminis generica evacuatur malitia, ut culpam venialem non excedat. Addo Ambroſium abuſum condemnare tantummodò: nam ſi ex natura ſua eſset malum *Dei figuram delere*, hoc eſt, *figuram à Deo factam mutare*, non poſſent fabri arbores dedolare & quadrare, nam rotundas illas produxit Deus. Peccarent Statuarii, qui detrimento materiæ è ſaxis novas formas educunt, imò (& hoc velis perpendere) peccarent Magiſtri, qui novis coloribus Animam imbuunt, quæ, aſſerente Ariſtotele, quando corpori infunditur eſt velut tabula raſa, in qua nihil ſcriptum eſt. Et, ut hæc omnia meliùs capias, ſequentes Concluſiones propono.

An Fabri lignarii, ſtatuarii, & omnes univerſim Magiſtri ſine peccato poſſint exercere ſuas Artes?

Quamdiu ſe comere, ornare, & pingere poterunt fœminæ ſine peccato?

Prima. *Faciem pingere, crines comere, & corpus veſtibus pretioſis ornare, ſi intra mores & conſuetudinem patriæ contineatur, eſt res indifferens, & non debet condemnari peccati.* Sed contrà arguis, & Theophraſti verba, quæ Stobæus *ſermon.* 32. produxit, adſumis. *Mulier*, inquit, *nec alios videre nec ipſa videri debet; præſertim, quæ eleganter ornata fuerit; utrumque enim* (& eſſe mulierem, & eſse ornatum) *ad res inhoneſtas incitamentum.* Et reſpõdeo Theophraſtum poſse tribus modis exponi: Dico enim *primò*, illũ nihil præcipere: adeoque non urgere, ſi ſolùm conſuluiſse cenſeatur. Dico *ſecundò*, eum, ſi præceptum in his verbis admittas, agere de fœmina profanè ornata: &, ſi præceptum non ad Iuſtitiam, ſed ad Charitatem reducas, dicam *tertiò* illum agere de ſcandalo recepto & non dato: quia alias, ſi ſe non ornare illa deberet, etiam non eſse fœmina deberet, nam utrumque, ut ipſe ait, virum ad res inhoneſtas invitat; paſſivè potiùs, quàm activè: nam juvenes, qui in tali caſu incitarentur, eſsent ei ſimiles, qui in convivium ſe ingerit non invitatus.

Theophraſti cenſura explicatur.

De ſcandalo dato & recepto

An fœmina dent ſemper ſcandalum?

Quando dicenda ſint peccare fœminæ, ſe comendo, fingendo, & ornando?

Secvnda. *Omnis cultus ornatus & fucus laſcivus, qui præter morem patriæ eſt* (1) *eſt peccatum: &* (2) *eſſe mortale poteſt, ſi nimius ſit, & ad luxuriam incitet, etſi nullus conſentiat.* Priorem hujus concluſionis partem me docuit *in quadam homilia* Gregorius, inquit enim. *Sunt nonnulli, qui cultum ſubtilium pretioſarumque veſtium non putant eſſe peccatum, quod videlicet* (deeſt aliquid, & contextus poſtulat, ut illorum ratio interſeratur, & poſtea

ad-

addatur : *ſed falluntur omninò, quoniam ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quòd dives, qui torquebatur apud inferos, byſſo & purpura indutus fuiſſet.* Poſteriorem Hieronymus, qui apud Ioſephum Langium in Florilegio ait : *Si vir, vel mulier ſe ornaverit, & vultus hominum ad ſe provocaverit* (Ecce activum ſcandalum) *etſi nullum inde ſequatur damnum, judicium tamen patietur æternum; nam venenum attulit, ſi fuiſſet, qui biberet.* Quibus verbis pulcherrimè ſcandalum, quod tametſi detur, non recipitur, S.Pater expreſſit.

De ſcandalo dato, & non recepto.

Sed quia *ſi vir, vel mulier* dixit, ætati antiquæ, ſicut noſtræ condoleo, nam & viri fœminas in cultu aliquando imitantur. Sed quo illos habere loco debebimur, ſi prudentes ſimus? Ovid.in Phædr. ad Hippolitum literis reſpondebit.

An & quid veſtium cultus & ornatus loquatur?

Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina compti :

Fine coli modico forma virilis amat.

Tales igitur ſunt ejuſmodi juvenes, ut eos noſtro non poſſimus dignari aut colloquio aut conſortio: nam, ut *lib.de morib.* ait Seneca. *Adoleſcens, ſi fœmineis ornamentis ſe ornaverit, injuriam facere cogitat.* Sed cui? ſibi ipſi : ſexui etiam virili; & tandem illis, quibuſcum converſatur. Ille enim ornatus, non ſolùm vocalis, ſed & loquax eſt: per illum enim Adoleſcens exclamat; *Ego ſum catamitus*. Enmorpho (vocetur ſic) *ſermon.* 78. aſserente Stobæo, ſupra modum ſe comenti & ornanti dicebat Diogenes, *Si ob viros, infelix es: ſi ob mulieres, tua propria pulchritudini injurius.*

De juvenibus comptis.

SECTIO XI.

Iterum de Veſtium Mendaciis.

Dicebat ad Corinthios primæ undecimo Paulus. *Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis. Non eſt ergo mirum ſi Miniſtri ejus transfigurentur velut Miniſtri Iuſtitiæ; quorum finis erit ſecundum opera illorum.* Et quia Scribæ & Phariſæi veſte modeſtiſſima abuſi populum decipiebant, illos D. N. Ieſus-Chriſtus objurgat, dicens. *Væ vobis, Scribæ, & Phariſæi, Hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris hominibus apparent ſpecioſa, intus verò plena oſſibus mortuorum & omni ſpurcitia.* Sic & vos à foris quidem (ſi, nimirum, habitus modeſtiam, verborum lenitatem, & ciborum temperantiam conſideremus) *apparetis hominibus iſti : intùs autem* (ſi videlicet, veſtra invidia, avaritia, & ambitio in judicium vocentur) *pleni eſtis hypocriſi, & iniquitate.* Quo reſpiciens Chryſoſtomus *hom.* 46. *in Matth.* exclamat. *Sicut ſepulchrum, quamdiu clauſum eſt, pulchrum videtur foris : ſi autem apertum fuerit, horribile eſt; ſic ſunt ſimulatores bonorum : quamdiu non cognoſcuntur, laudabiles ſunt; cum autem cogniti fuerint, abominabiles.*

Mentiuntur ſepulchra: nam exteriùs ſunt pulchra, & intùs putredinem continent. Mentiuntur etiam Hypocritæ, quia ſepulchris ſunt ſimiles.

Et quidem de veſtium mendaciis multa paſſim apud Poetas, Philoſophos, & Patres lego *Satyr.* 2. Iuven.

Mentitur facies

Fronti nulla fides, [a] *quis enim non vicus abundat*

Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, cum ſis

Inter Socraticos notiſſima foſſa Cynædos.

Et quidem fronti nullam habebat fidem Diogenes, videns enim nimis curioſè comptam vetulam, dixit. *Si ad vivos properas, falſa es* (tibi mentitis) *ſi ad mortuos, ne cunctare.* Anton.p.2. *ſerm.* 18. *Meliſſæ*, & Maxim. *ſerm.* 41. Audi in Hippolyto clamantem Senecam.

Vbi vultus ille & ficta majeſtas Viri,

Atq; habitus horrens, priſca & antiqua appetens,

Morumq; ſenium triſte & adſpecta grave?

O vita fallax! abditos ſenſus geris,

Animiſq; pulchram turbidis faciem induis.

Pudor impudentem celat, audacem quies,

Pietas nefandum, vera fallaces probant,

Simulantq; molles dura.

Et ad eumdem conceptum *Satyr.* 5. Perſius.

Pelliculam veterem retines, & fronte politus,

Aſtutam rabido geſtas ſub pectore vulpem.

Et ex Iunioribus Iacobus Bilius *in Antolog.*

Bel erat externè pulcherrimus, undiq; & auro

Tectus, at intus erat non niſi vile lutum,

Qui Curium ſimulat, cùm ſit nequiſſimus illum

Cur ego non Belē jure vocare queam?

Bel mihi ſemper erit, qui mitem callidus agnum

Finxerit, exſuperet cùm feritate lupos.

Bel erit externè tumuli qui candidus inſtar,

Interiùs tantùm vile cadaver habet.

Et iterum de eodem argumento.

Quid magis eſt vanum, quàm Iuſti nomen habere.

a] Faciem tamen eſſe veriſſimam aſſerit quidam Scriptor junior dicens. *Internas animæ paſſiones ſeu volitationes exprimit humana facies : lætitiam, triſtitiam, amorē, odium, livorē, verecundiam, irā, ſtomachationem, Zelotypiam, & alias mentis perturbationes explicat. Facies Civium ſunt Indices Horologii Politici: in ipſa omnia quatuor Elementa voluuntur: & aer ille præcipuè, qui* l'air du viſage *cognominatur Gallicè omnia pectoris arcana manifeſtat. Corpus animā tegit; & detegit; in facieq; legitur Homo.*

Cum

Digitized by Google

Cum procul à placitis ſit teu vita Dei?
Cumque lupus, cum ſit Belial, turgeſcere mente,
Quod tegat immanem pellis ovina lupum.

Et ne fortè Poetas putes extra chorum cantare, ſetia aliqua Philoſophorum teſtimonia ſubſcribo.

Qui viam cõmunem non ineunt, ſunt de falſitate ſuſpecti.

Lib. de Amic. inquit Cicero. *Simulatio in omni re vitioſa eſt; tollit enim judicium viri, idque adulterat, tum amicitiæ repugnat.* Et iterum. *Apertè odiſſe vel amare, eſt magis ingenui, quàm fronte* (dic tu, ſis, *veſte*) *occultare ſententiam.* Et idem *libr. 1. de Offic.* monet *compendiariam eſſe viam ad gloriam, ut qualis quiſque haberi vult, talis ſit.*

Poſſem adducere multos locos ex Seneca, quibus veſtium mendacia incriminatur; interim ſaltem aliquos in gratiam Lectoris ingenioſi ſubſcribo.

Epiſt. 13. ſic inquit. *Illud te admoneo, ne eorum more, qui non proficere, ſed conſpici cupiunt, facias aliqua, quæ in habitu tuo, aut genere vitæ notabilia ſint. Aſperum cultum & vitioſum caput, & negligentiorem barbam, & indictum argento odium, & cubile humi poſitum, & quidquid ad laudem perverſa vita ſequitur, evita.* Vitam communem & tritam ſecteris: hac enim pergit Veritas, nam alteram percurrunt ſimulatio, & Mendacium. Et ibidem. *Quid, ſi nos hominum conſuetudini cœperimus excerpere? Intùs omnia diſſimilia ſint: frons populo noſtra conveniat; non ſplendeat toga, nec ſordeat quidem; non habeamus argentum, in quo ſolius auri calatura deſcendit: ſed non putemus fragilitatis indicium* [b] *aureo, argentoque caruiſſe.* Et iterum. *Nempe, propoſitum eſt ſecundum naturam vivere; hoc autem contra naturam eſt, torquere corpus ſuum, & ſertiles odiſſe munditias, & ſqualorem appetere, cibis non tantum vilibus uti, ſed horridis.* Et poſtea *Epiſt. 87.* hoc Monitum ſcribit, *Multò magis ad rem pertinet, qualis tibi, quàm qualis aliis videaris.* Et non eſſe fidendum Hypocritis, lupis ovina pelle tectis, *ibidem* aſſerit: *Nunquam enim bona fide vitia manſueſcunt, tigres & leones nunquam feritatẽ exuunt, aliquando ſubmittunt, & cùm minimè exſpectaveris, exaſperatur torvitas mitigata.* Et ad Neronem ſcribens eamdẽ doctrinam confirmat. *Nemo,* inquit, *poteſt perſonam fictam diu ferre: ficta in naturam ſuam citò recedunt: quibus autem veritas ſubeſt, ut ita dicam, quæcumque ex ſolido evaneſcunt, in majus, meliuſque procedunt.* Imitatur Senecam Auguſtinus, Hypocritaſque eum comœdis (Hiſp. *con los Comediantes*) componit: ſunt enim viles homines, & tamen Pontificalibus, Cæſareis, Regiis, Religioſis &c. veſtibus induti, nobis Pontifices, Imperatores, Reges, Monachos repræſentant, & repræſentando mentiuntur [c] & tamen tales ipſi non ſunt licèt tales appareant. Verba S. Patris exſcribo. *Sunt Hypocritæ ſimulatores, tanquam pronunciatores alienarum perſonarum: ſicut in theatricis fabulis. Non enim, qui agit partes Agamemnonis in tragœdia (v. gr.) ſive alienjus alterius ad Hiſtoriã, vel fabulã quæ agitur, pertinentis, verè ipſe eſt; ſed ſimulat eum, &* Hypocrita *dicitur. Sic in Eccleſia, vel in omni vita humana quiſquis eſſe* (videri) *vult, quod non eſt, eſſe* Hypocrita *dicitur; ſimulat enim juſtum ſe, & non exhibet, qui totum fructum in laude hominum ponit.* Conſonat Auguſtino Chryſoſtomus, qui *in ſerm. de jejunio* eadem utitur ſimilitudine, inquit enim. *Hypocrita, id eſt, hiſtrio, vocatur is, qui in theatro alienam faciem ſumit, ut ſervus exiſtens ſæpenumero domini, & privatus Regis: ſic & in hac vita ad ſuos mores orcheſtas atque theatrum exercent ii, qui alia corde gerentes, alia extrinſecus hominibus præſeferunt.*

b] Hic locus indigere videtur aliqua medicina. Interim tanta ſuperbia in auri, & argenti carentia quàm in poſſeſſione eſſe poteſt. Auſculta. Alcibiades Socrati miſerat munus præclarũ. Recuſat Socrates. Furit Xantippe exclamãs, donum eſſe magnificum, & indignum, quod reſpueretur. Tunc Socrates *Alcibiades,* inquit, *hac mittit ambitiosè, & nobis noſtra eſt ambitio.* Sæpiès interdum magnificètius eſſe magna contemnere, quam magna largiri.

c] Communiſſima ſunt in Principum aulis hæc mendacia: nullũ verũ amicum habes & tamen omnes ſe tibi addictiſsimos ſimulant.

Hypocritæ ſunt Comœdis ſimiles: fictam enim perſonam non diu ferunt.

Sibi placebat quidam, & licèt ignavus, leonis rectus exuviis progrediebatur; & Diogenes hoc mendacium militare non ferens; *Non tu deſines,* inquit, *Virtutis ſtragulas pudefacere.* Indecorum eſſe cenſuit vir prudens, quod adoleſcens mollis Herculem, fortiſſimum Heroem, habitu mentiretur. Et idem omninò dici hodiè poteſt de iis, qui prodigioſo amictu profitentur ſanctimoniam, vita non reſpondente. Vide Laert. lib. 2.

Plutarchus *in Regum & Imper. Apophth.* narrat, nonnullis Antipatrum à vitæ frugalitate & modeſtia laudantibus Alexandrum dixiſſe, *Foris Antipater albo utitur pallio, intùs verò totus eſt purpureus.* Quibus verbis notavit fictam hominis parſimoniam, cùm alioqui eſſet ambitioſiſſimus. Et quidam in Iſabella fictam pœnitentiam notaturus ſic dixit.

Eſta veſtida de Requiem,
Y aſſerrada de Alleluias. &c.

Nam ſub vultu triſti animus hilaris & laſcivus latebat.

Ovid. *libr. 1. de Art.*
Tuta; frequẽſque via eſt per amici fallere nomen.
Tuta, frequẽſque licet, ſit via, crimen habet.

Veſtes etiam multorum Patrum teſtimonio mentiuntur, & ſignificando quod non eſt, ſicut audientes verba, ſic & ipſæ aſpicientes decipiunt.

An veſte mentiantur Sanctitatem Monachi inconſtantes & vagi?

S. Auguſtinus *de oper. Monach.* ſuo ævo fuiſſe irreligioſos multos homines, qui ſub Religionis ſpecie vitia eleemoſynarum extorſione fovebant, his verbis, tanto dignis Doctore, conqueritur. *Quàm multos hypocritas ſub habitu Monachorum uſquequaque diſperſit calidiſſimus hoſtis, circum-*

Digitized by Google

tumeuntes provincias, omnes petunt, omnes exigunt, aut ſumptu lucroſa egeſtatis, aut ſimulata pretium ſanctitatis. Conſonat Sanctus Benedictus: inquit enim. *Tertium verò Monachorum teterrimum genus Sarabaitarum.* &c. Ecce quàm verè in Iure Põntificio dicatur; *Habitus non facit Monachũ, ſed Monachus habitũ.* Vir enim Religioſus quocũq; induatur habitu, Deo ſervire & hominibus prodeſſe poteſt. Vnde S. Pater de Monachorum veſtibus non eſt ſolicitus; nam poſtquam recenſuit eas, quæ ſufficere viſæ, ait. *De quarum rerum omnium colore aut groſſitudine non cauſentur Monachi; ſed quales inveniri poſſunt in provincia, qua degunt; aut quod viliùs comparari poteſt.* Nam contrà homo vilis, etſi induatur pannis aureis vilis remanet.

Sarabaitæ quales?

S. Benedictus in Reg. c. 15.

Quales eſſe debeant veſtes Religioſorum?

Porrò Sarabaitæ (agebant enim libertinam & diſſolutam vitam) erant irreligioſi: & tamen quando habitu Religioſo induti, & more regulari tonſi, per veſtes & capillos dicebant, *Nos ſumus Religioſi.* Per veſtes igitur & capillos mentiebantur. Doctrinam hanc Stobæus *ſerm.* 10. ex Theophraſto dilucidat dicens. *Chius quidam jam ſenex in Lacedemonem pervenit, qui quidem alioquin erat arrogans, ſed ſenectutis ſua ipſum pudebat, quare canos tinctura obliterare cenſebatur. Progreſſus autem in publicum, de rebus orationem habuit, quarum gratia venerat. Tum ſurgens Archidamus ait. Quid ille tandem rectum* (verum) *diceret, qui mendacium non in anima solùm ſed capite quoque circumfert?* Ergo cùm Hiſpanicas veſtes induit Gallus, cùm Gallicas Hiſpanus, cùm Sacerdotales conjugatus, cùm Regularium ritu ſe tondet ſæcularis, cùm anus medicamentis coloratur, & faciei vitia candore inducto tegit, & artificioſè fucatur, cùm ſenex canos illinit & obliterat, per veſtes, per tonſuram, per medicamenta, per tincturam mentitur. Et huic erat ſimilis ille ſenex, cui (quia, ut appareret juvenis, inficiebat capillos) apud Maximum *ſerm.* 41. Alexander dicebat; *Noli quaſo, capillos tingere; ſed genua incurva potiùs, ut faciliùs & promptiùs eas*, Ad ſepulchrum nimirùm: nam omnium ſepulchrorum portæ ſunt humiles. Vt hæc omnia meliùs intelligere poſſis relege, quæ in Theol. Fundament. *a num.* 2359. *b. quaſt.* 9. *ad num.* 2360 *r.* ponuntur.

An liceat ſeni crines tingere?

Senes interdum per tincturam capillorum mentiuntur.

Quidam ineptus Rhetor (nominetur Philiſcus) ut, qui orationi deerat, ſibi non abeſſet ornatus, pretioſa veſte indutus temerè ad tribunal ingreſſus, voce ſemimuliebri, lingua ſupina, & geſtu incongruo, orare occœpit, quovis potiùs, quàm ad ea, quæ agebantur, ſpectans. Obſtupuit Imperator, & ait. Τὸν μὲν ἄνδρα δείκνυσιν ἡ κώμη τὲν δὲ ῥήτρα φωνὴ Notans, *quòd coma ſua cæſaries declararet eſſe virum, oratio autem non declararet eſſe Rhetorem, ſed fœminam potiùs.* Philoſtratus. in Græco aliquid deeſt, non enim illud *non* reperitur. Ego dixiſſem Græcè.

Orator debet habere vocem virilem: ornatumque in conceptibus & verbis ponere, & non in veſtibus.

Ὅρα τὸν ἄνδρα. λέγει κώμη μὴ ῥήτορα φωνή aut etiam Latinè.

Dum dubitat Cæſar, vir ne hic, an fœmina dicas,
Crines & vocem conciliare nequit.
Et tandem impatiens clamat: bone Iuppiter; anceps
Hæreo: dicit enim quod coma, lingua negat.
Fœmina pro roſtris, ſi voci creditur orat:
Mentitur tonſum quam caput, eſſe virum.

De Philiſco ineptiſſimo Rhetore.

An mentiantur capilli?

Habet majorem gratiam in Græco propter aſſonantiam vocum κώμη & φωνὴ ſed & ea diſcrimen accentuum elidet.

Poſſe & ſolere homines capillis loqui, & capillis mentiri, etiam reſtatur Eraſmus, qui *libr.* 4. *Apophthegm. ex Suetonio* ſic inquit. [Iulia, Cæſaris Auguſti filia, cùm maturè canos habere capillos cœpiſſet, habebat comptrices, quæ canos capillos ſublegebant. Verùm, cùm Auguſtus pater veniſſet clam, canos capillos ſuper veſtes filiæ vidit, quos evulſerant. Cùm autem aliud agens, rem diſſimulaſſet, demum poſt multa interrogavit filiam; Vtrum poſt aliquot annos cana eſse mallet, an calva? cumque illa reſpondiſset, ſe canam eſse malle. Cur ergo, inquit, tuo juſsu & inſtinctu illæ ante tempus calvam te facere ſtudent? Et ſic prudenter mendacium in filiâ deprehendit, & corrigere ſtuduit.] Nota verbum *mendacium*: Non enim illud commiſserat Iulia dicendo; *Se malle canam potiùs eſſe quàm calvam*, nam id prudenter, & ex ſenteotia dixerat: ſed jubendo ſibi canos capillos auferri adeoque calvam reddi: hæc enim canorum ſublectio contra mentem ibat, & ideò mẽtiebatur. Ibat, inquam, contra mentem, quam habebat, aut debebat habere.

An auferre capillos canos mentiri ſit?

An præſtet eſſe potiùs canum, quàm calvum?

Capillis loquuntur homines.

Protenſa & profuſa olim coma Nazareos diſtinguebat à cæteris, & tonſa hodie Monachos à ſæcularibus. Et quidem hæc ipſa tonſura ſemper loquitur: &, quod mireris, aliquando mentitur. De capillorum voce agit antiquus Hiſtoriographus, ex quo P. Franciſcus Carriere in Digeſto Chronologiæ Papalis, agens de Benedicti II. (qui ſedit anno 684.) Pontificatu, ſic ait. *Hoc anno Imperator dedit filios ſuos Benedicto in filios, mittens eorumdem cirros capillorum. Sic Symbolicè aliquis offerebatur in filium & Patrem*

Imò & mentiuntur.

Romanus Pontifex Imperatoris filios in ſpirituales ſuos filios adoptat.

(lego,

Ritus erat capillorum traditio.

(lego, *Patri*) *cujus ipſe monstra impensè ſuſcipere deberet*. Sed cui Benedicto? An-ne Occidentalium Monachorum Institutori, ad Empyreum adſumpto, in cujus Regula eſt Constitutio expreſſa; quæ modum quo filij Nobilium, vel pauperum [e] qui Monaſterio offeruntur, ſint ſuſcipiendi, præſcribit? An verò Benedicto II. Summo Pontifici? Dubium tollit P. Ioannes Baptiſta Ricciolius in Chronico Magno quod meritò *Selectum* nominat, ad ann. 684. inquit enim. [Constantinus (Imperator) offert Benedicto Papæ filios ſuos in filios, mittens ad eũ eorum capillos juxta morem illorum temporum. *Anaſtaſius.*] Ergo filiorum capillos alteri tradere, erat dicere; *Ego illos, quorum ſunt iſti crines, tibi ſubrogo in filios*.

S. Benedictus *in Regula c.* 59

e] Videtur S. Pater pauperibus contraponere Nobiles.

Super Matth. multa ad rem noſtram ſcripſit Hipponenſis Epiſcopus. Eſt digna ponderatione hæc periodus. *Cùm cœperint aliquibus tentationibus ea ipſa vel ſubtrahi vel negari, quæ iſto velamine conſequuti ſunt, vel conſequi cupierunt, tunc neceſſe, ut appareat, utrum lupus ſit in pelle ovina, an ovis in ſua*. Obiit anno ſequente Imperator; & quia, an obtinuerit, quod deſiderabat, neſcitur; quo ſuorum filiorum crines animo miſerit ignorare debemus.

S. Benedictus *in Regul. c.* 1.

An hypocrita veſte decipiant

Similia in quodam ſermone habet Ambroſius dicens, *Latet plerumque ſub triſti amictu laſcivia, & deformis horror vili veſte obtegitur, ut ſecreta petulantium tegantur animorum*.

Hieronymus *ſuper Iſaiam lib.* 6. conſonat aliis Patribus, inquit enim. *Si caſtum me ſimulo, & aliud eſt in conſcientia, habeo gloriam mercenariam, & ſupplicia peccatoris; & in ea comparatione duorum malorum, levius eſt in alium apertè peccare, quàm ſimulare & fingere Sanctitatem*. Et *in quad. Epiſt.* idem Presbyter ſanctiſſimus & eruditiſſimus. *Intùs Nero, foris Cato; totus Ambiguus; monſtrum eſt velut quadam beſtia compacta, ſecundum illud Poeticum,*

Pars leo prima, draco media, ipſa Chimæra. [f]

f] Hoc Pentametrorum genus eſt rariſſimum: videturque Damaſo Pontif. Max. deberi: nam teſte Baronio *in Append. ad Annales Eccleſ* & Boldonio *in Epigraph. lib.* 2. *pag.* 61. *b. Elog.* S. Marci ſepulchrum exornavit hujuſcemodi metris.

Et tandem *ſuper Matth.* 7. Chryſoſtomus. *Lupus tectus pelle ovina, per vocem cognoſcitur, & per actum: ovis balat inclinata deorſum, lupus ululat contra cælum: hoc ſuperbia, illud humilitatis ſignum*, &c.

SECTIO XII.

De Reſtrictione verborum generalium per Veſtes.

VEſtes & ornamenta corporis, loquuntur, colloquuntur, mentiuntur ut hucuſque probavimus. *An ne etiam verba, ſi hæc æquivoca ſint, aut latius pateant, poterunt per Veſtes reſtringi?* Reſpondeo affirmativè; & doctrinam, quam *Sect.* 1. §. *Et quidem* tetigi repono uberiùs, & ex ipſa Reſolutionem aſſerentem dilucido.

An per veſtes perſonarum ſtatus ſecernuntur?

Pone in hac Civitate Epiſcopos, Sacerdotes, Religioſos, Laicos; necnon Virgines, Conjugatas, Viduas, veſtibus & illarũ ornamentis diſtingui; ita, ut nulla ſit qualitatum & ſtatuum confuſio; ſed ex colore & forma veſtium qualis ſit unaquæque perſona noſcatur. Et hoc poſito aſſero pœnitentes non teneri verbis exprimere circumſtantias mutantes ſpeciem, quæ ex ſtatuum varietate naſcuntur (quales ſunt, Stuprum, Adulterium, Sacrilegium. &c.) quia has ipſas circumſtantias veſtes conſignificant, & ſufficienter exponunt. Hanc doctrinam, quæ Theologorum omnium eſt, nos docet Leander. 1. *part. tract.* 5. *diſp.* 8. §. 2. *quæſt.* 25. nam inquirit. *An quando conditio, ſeu ſtatus pœnitentis eſt nota Confeſſario, ſit neceſſarium, quod ſe accuſet de illa circumſtantia, dicendo,* ſe eſſe Sacerdotem, conjugatum. &c? Et reſpondet *non eſſe neceſſarium, ut praxis docet*. Et aſſerit *hanc eſſe doctrinam communem*, & in particulari Archangelum *diſt.* 16 *pag.* 166. *col.* 2. Sotum *in* 4. *diſt.* 18 *quæſt.* 2. *art.* 4. *pag.* 868. & Nugnum *quæſt.* 9 *art.* 2. *dub.* 3. *pag.* 497. producit. Et, ut illam melius & profundius intelligas, aliquos Caſus examini & cenſuræ ſubjicio. Sit

An Pœnitentis ſtatus, ſi à Veſtibus manifeſtetur, verbis debeat exponi?

Proponuntur ſex caſus, ex quorum diſſolutione doctrinæ præcedentis intelligentia dependet.

PRIMVS. Livia perdidit Virginitatis florem; & quia dixit in confeſſione, *Me viro proſtitui*, & ſe eſſe virginem non expoſuit, an bene ſit confeſſa, inquirit. SECVNDVS. Ioanna erat conjugata, & in confeſſione ſe admiſiſſe fornicationem faſſa, circumſtantiam adulterii ſubticuit. An-ne ejus confeſſio erit ſacrilegii condemnanda? TERTIVS. Ioannes, Sacerdos [*] aut Ordini N. Religioſus in eodem fragilitatis genere peccatum mortale perpetravit, illudque quoad ſubſtantiam in confeſſione expoſuit, & tamen de ſacrilegio ob voti violationem commiſſo nihil dixit. An-ne integrè confeſſus eſt? QVARTVS. Theopompus, ut ſatellites, à quibus ad necem quærebatur, evaderet, habitum monachalem privata authoritate induit; & quia unam puellam cognoverat, hodie in Sacra-

*] Supponit contra Sotum *in* 4. *diſt.* 18 *quæſt.* 2. *art.* 4 Servandi Caſtitatem obligationem in Sacerdote & Monacho naſci ex voto ſolenni, ac ideò eſſe ejuſdem infimæ ſpeciei Ita Sanchez *de Matrim. to.* 2. *libr.* 7. *diſp.* 27. *nu.* 19. Diana *part.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 3. & 4. & *part.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 67. §. *In reſol. quartam*. Coroniis *in Summ. verb. Circumſtantiam Quis? num.* 20. & alii communiter.

cramentali confeſſione ait; *Semel fui fornicatus*, & inquirit; An aliter confiteri debuerit? QVINTVS. Frater Titius Ordinis N. Religioſus, furtum commiſit, & in confeſſione dixit, *Semel gravem materiam furatus ſum*. Et modò, quia ſe violaſſe Paupertatis votom non expoſuit, potat non fuiſſe integram ſuam confeſſionē; nam in illa circumſtantiam, quæ novam ſpeciem peccato addit, omiſit. SEXTVM. Carolus, ſe Hieronymum percoſaiſſe, & ſe Ioannam & Paulam cognoviſſe fatetur, quin circūſtantias adjacentes; & ſpeciem mutantes exponat: non enim putat hnc eſſe neceſſarium, nam Hieronymus Sacerdotalem, Virgineam Ioanna, & Paula Connubialem veſtem geſtat. An-ne falli dicendus eſt? HI SEX CASVS poſtulant, ut exponantur; nam ex illis penitior cognitio hujus Concluſionis dependet.

An qui Virginē volentem defloraverit, ſtuprum commiſiſſe dicēdus ſit?

Reſpondeo ad primum duas eſſe valde communes in Scholâ ſententias; alii enim docent eum, qui virginem defloravit, ſtuprum committere, & hanc debere in confeſſione circumſtantiam exponere: alii autem inter volētem & nolentem diſtinguūt aſſerontque nolentis & invitæ deflorationem eſſe ſtuprum: volentis verò & conſentientis eſſe ſimplicem fornicationem. Priorem opinionem tuetur D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 6. Thomiſtæ *ibid.* Acaciua *reſol.* 204. *n.* 1. quibus adherent Bonacina, Azorius, Silveſter, Nugnus, Villalobos & alii. Poſterior hodie eſt in Schola communis; nam Acacius *tom.* 1. *verb. Doncella*, *reſol.* 272. eam exponit his verbis. *Eſtando en eſta opinion conſiguientemente ſe dize, que el que deſflorò la doncella, que conſiente, comete peccado de ſimple fornicacion, aunque eſtè debaxo de la tutela del padre.* Et pro illa Dianam, Leſſium, Sotum, Sanchez, Vaſquez, & Navarum adlegat. Et poſtea *tom.* 2. *reſol.* 204. reponit eamdem opinionem, & pro illa Sotum, Petrum de Navarra, Vaſquez, Sanchez, Leſſium, Marcantium &c. producit. Et ego hanc poſteriorem ſententiā *in Theolog. Intention. libr.* 4. *part.* 3. *pag.* 359. *num.* 1638. *&* *part.* 4. *pag.* 411. *numer.* 1912. & *pag.* 414. *num.* 1928. propugno. Hanc etiam opinionem habet Leander *part.* 1. *tract.* 5. *diſp.* 8. §. 2. *queſt.* 16. ubi Lugonem, Sanchez, Vaſquez, Navarram, Leſſium, Ægidium, Megalam, Suarium, Tannerum, Molfeſium Fagundez, Trulenchium, Hurtadum Ochagaviam, Ludovicum de San-Iuan, Baunium, Geſoaldum Palaum, & alios Doctores producit. Quia Vaſquez *opuſc. de reſtit. cap.* 3. §. 1. *dub.* 1. *num.* 6. & 1. 2. *diſp.* 112. *cap.* 1. *num.* 1. noſtram ſenten-

N. B.
Cùm in exponenda natura & eſſentia ſtupri non conveniant Doctores inter ſe, patet non bene confiteri, qui dicat, *ſtuprum commiſi* niſi, n. aliud addiderit, non poterit Confeſſari⁹ colligere, an pœnitens virginem volentem, aut invitam cognoverit. Et tamen hæc circumſtantia (addit enim novam ſpeciem) debet neceſſariò explicari.

Quid Sotus ſenſerit?

An bene pro utraque ſententia citetur?

An Virgo quæ eſt ſub cura parentum aut tutorum, ſi fornicetur, amiſſæ virginitatis circumſtantiā explicare teneatur? Negat Trullenchius *lib.* 6 *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 2. *num.* 2. *&* S. dicens.

tiam tenet & pro illa Sotum adlegat, quē Petrus de Ledeſma *de pænit. cap.* 19. *dub.* 5. *poſt concl.* 1. & Ludovicus *quæſt.* 1. *de circumſt. art.* 2. *dub.* 2. *pag.* 1064. adducunt pro ſententia contraria; operæ pretium erit eum audire: nam *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 4. *pag.* 823. ſic inquit. *At reverà, ut meam tenuem opinionem proferā non clarè video, ſaltem, ſi puella, quæ non eſt ſub curâ parentum, vel maſculus etiam virgo, ſua ſponte vult virginitatem perdere, quod ſit diſtincta ſpecies Luxuriæ à ſimplici fornicatione; nam puella eſt domina ſui corporis in illo uſu, ſicuti puer.* Ita ille: unde eum etiam pro noſtrâ ſententia citat Graffius, *lib.* 1. *deciſ. cap.* 20. *nu.* 28. tametſi ipſe oppoſitæ cum Navarro ſubſcribat.

Quamvis parentes vel curator diſſentiāt ſi ipſa conſenſit, non eſt formaliter ſtuprū, quamvis reverà virgo ſit, & clauſtrum virginale rumpatur. Ratio eſt quia ratio formalis ſtupri eſt violatio clauſtri virginalis cum injuria: hic autem nulla fit injuria: conſentienti. n. non fit injuria, quia eſt domina ſui corporis, ac proinde illo abutendo nemini facit injuriam. Conſonat Leander *part.* 1. *tr.* 5. *diſp.* 8. §. 2. *q.* 17. *p.* 179. *a. qui multos Authores producit.*

His præmiſſis, ſi ſtemus poſteriori ſententiæ, & dicamus Virginem, quæ volens ſe amaſio proſtituit, ſimplicem fornicationem committere: dicenda eſt Livia integrè fuiſſe confeſſa, nam in ejus peccato non fuit circumſtantia ſtupri, quę debuerit exponi. Et ſuadeo Confeſſariis, ut hanc ſententiam teneant, & pœnitentes ſuas doceant; eſſet enim & Confeſſario moleſtum interrogare, & grave monali aut fœminæ nobili exponere, an quando peccavit erat virgo. Conſultò *pænitentes ſuas* dixi: nam multi, qui docent fœminam, cùm virginitatem amittit debere hanc circumſtantiam in confeſſione exponere, ab hac obligatione virum liberant, quia in ipſo ceſſat ratio, ob quā mulierē onerabant. Ita Ledeſma *in ſumm.* 1. *par. tract. de Penit. cap.* 19. *diff.* 2. & *part.* 2. *tract.* 27. *cap.* 10. §. *Ad hanc difficultatem.* Coi in Theol. Intentional. *libr.* 4. *part.* 4. *pag.* 411. *num.* 1912. ſubſcribo. Stando autem opinioni priori dicam debere circumſtantiam ſtupri explicari; mutat enim ſpeciem. Et quid de Livia dicemus, quæ ſtupri circumſtantiam ſubticuit? Dicemus illam integrè confeſſam fuiſſe: nam peccati ſubſtantiam ipſa linguâ expoſuit, & veſtis quæ virgines a corruptis diſtinguit, circumſtantiam condixit. Ita expreſsè Ortiz *in ſumm. cap.* 23. §. 27. inquit enim *La doncella que deſeo ſer corrompida, hà de confeſſar eſta circumſtācia: y yendo en babito de doncella, y ſiendo bavida por tal, baſta decir, que deſeo fornicar.* Et cur ſufficit? Quia veſtis ſtatum Virginis conſignificando deſideratam illā fornicationē ad ſtupri ſpeciem contrahit, & reſtringit.

De Opinionum delectu.

Utram ex his duabus in praxi debeamus amplecti?

Addo manendo in eadem D. Thomæ ſententia Liviam ſi adhuc Virgineas veſtes poſt florem amiſſum retineat, ſi iterum contra Caſtitatem peccaverit debere mo-

An teneantur pluries eadem peccata conſiteri?

nere Confeſſarium, ne illum veſtis decipiat. Deberet ergo dicere. *Semel poſt ultimam confeſſionem cognita fui à viro, non tamen in hac copula Virginitatis florem perdidi, quoniam non eram Virgo*. Debere ſic illam confiteri, pater; nam confeſſarius, niſi admoneretur, habitu ſtupri circumſtantiam ſubaudiret: Ergo, ne confiteatur Livia, culpam aut circumſtantiam culpæ, quam non commiſit, debet ut dicebamus, Confeſſarium monere. At hæc ipſa admonitio eſſet Liviæ graviſſima: nam unum peccatum ritè confeſſum & deletũ deberet pluries cõfiteri, quod legis Chriſtianæ ſuavitas non requirit. Et hoc oſtendo. Si prima fornicatio à cæteris diſtinguitur ſpecie; quando fornicationem ſecundam confitetur, tenetur neceſſariò pœnitẽs dicere illam, quam Eccleſiæ clavibus ſubjicit, non eſſe primam. Ergo tenebitur illam priorem iterum confiteri.

Per conjugata veſtem, ad adulterium;

Reſpondeo ad ſecundum Ioannam fuiſſe bene confeſſam: nam licèt ore tãtum dixerit, *Fornicationem commiſi*. Nihil omiſit, quod deberet exponi. Nam hæc verba, quæ ſunt generica, & univerſalia, & poſſent ſi nihil adderetur, de ſimplici, ſacrilega, & adultera fornicatione intelligi, hîc & nunc non ſunt generica & univerſalia, nam per veſtes connubiales reſtricta adulterium exponunt. Idem dicito in ſimili caſu de Moniali, quæ fornicationem confiteretur: nam hæc ipſa confeſſio per habitum Religioſum reſtricta contrahit fornicationem, ut ſacrilega ſit. Et in hoc profectò caſu lingua loquitur realiter, veſtis virtualiter (N. B.) non enim realiter loquitur veſtis, & tamen prudentum æſtimatione ita ſe habet, ac ſi realiter loqueretur. Quoniam ſignum, ut Logici exponunt, eſt, quod præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, nos facit in alterius rei cognitionem devenire. Et in noſtro caſu connubialis (aut etiam monacalis) veſtis præter ſpeciem, quam ingerit oculis, præſtat, ut Confeſſarius in cognitionem adulterii (aut etiam ſacrilegii) lingua non expreſſi perveniat. Vide quæ in Theolog. Fundament. diximus à a 359. *b*.

Et per Monialis habitum ad ſacrilegium fornicatio reſtringitur.

Quid ſignum ſit?

Quid ſignificet Veſtis?

An Ioannes ſit bene confeſſus?

Reſpondeo ad Tertiam Ioannem bene & integrè confeſſum eſſe: nam peccati ſubſtantiam linguâ, & ſacrilegii (ſeu voti violati) circumſtantiam veſte confeſſus eſt.

An peccata in materia Caſtitatis à Monacho, & à Sacerdote commiſſa ſint ejuſdem infima ſpeciei.

Addo inter majores Ordines & profeſſionem Monachalem non debere neceſſariò diſtinguere, nam communes & probabiliſſima Opinio non admittit diſtinctionem hujuſmodi. Coronius *Mulier peccãs cum Sacerdote Religioſo, committit Sacrilegium, & tenetur explicare circumſtantiam Perſona; non quidem utramque, nimirum Sacerdotii & Religionis, ſed illarum alterã, dicendo,* Peccavi cum Religioſo, *vel* cum Sacerdote. *Quod etiam procedit de ipſo Sacerdote, cui ſatis eſt, quod explicet alterutrum. Et ratio; quia vota ſolennia Caſtitatis, quæ emittuntur in Profeſſione Religioſa & in ſuſceptione Sacrorum Ordinũ, ſunt ejuſdem ſpeciei*. Ita ille *in ſumm. verb. Circumſtantia num.* 20.

An, & cur Theopompus per veſtem mẽtiatur?

Reſpondeo ad Quartum Theopompum malè confeſſum fuiſſe: nam ſe ſacrilegii accuſavit, quod non commiſerat. Quando enim ipſius lingua verax eſt, & fornicationem, quam revera commiſit, confitetur: ejus veſtis eſt mendax, & cum accuſat circumſtãtiæ ſacrilegæ (violationis voti) quam non commiſerat. Ergo, ne malè confiteatur, debet lingua mendacem veſtis confeſſionem elidere. (Hiſp. *ha de deſmentir con la lengua lo que mentia el veſtido* pura dicendo. *Semel fui fornicatus; ſed ſciat V. Paternitas me non eſſe Religioſum*. &c.

Quomodo debeat confiteri?

De Profeſſione ſolenni.

Tria vota neceſſariò requiri.

An ſacrilegii circumſtantia in furto, aut inobedientia debeat lingua explicari?

Reſpondeo ad Quintum, tria emitti vota eſſentialia in Profeſſione ſolenni: & in hanc tam deobediendo, & furando, quam laſciviendo peccari. Ergo, ſi in luxuriæ peccatis non eſt neceſſarium verbis ſacrilegium exprimere, nam fornicatio lingua expoſita per veſtem (conſignificantem circumſtantiam) ad ſacrilegam fornicationem reſtringitur: nec in proprietatis & inobedientiæ culpis erit opus ſacrilegii circumſtantiam exprimere: nam proprietatis aut inobedientiæ peccatum lingua expreſſum, per veſtem ad proprietatis ſacrilegæ, aut inobedientiæ ſacrilegæ peccatum manifeſtè reſtringitur.

An complicium nomina poſſint in confeſſione exponi ſine cauſa?

Reſpondeo ad Sextam, non eſſe laudandos, qui ſine neceſſitate aut cauſâ in Sacramentali Confeſſione nomina complicium exponunt, nam illos *opuſc. de honeſta vita in fin.* reprehendit Melleus Doctor his verbis. *De nullo prorſus ſiniſtrè loquaris, quantumcumque ſit verum vel manifeſtum, niſi in Confeſſione; & hoc ubi non potes aliter manifeſtare peccatum tuum.* Interim, quia extra Confeſſionem, ut multi Viri docti affirmant, ſine lethali culpa uni prudenti viro poteſt quis crimen proximi occultum revelare; (nam manet ſub ſigillo ſecreti) conſequenter dicendũ eſt, Carolum explicando in Confeſſione complices, mortaliter non peccaviſſe: &, quia materia eſt gravis, & in gravi materia peccata venialia plena deliberatio non admittit; addi adhuc poteſt Carolum non peccaſſe venialiter, & nemini injuriam feciſſe. Ita Cajetanus *in* 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 2. Navarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 334

An uni aut alteri viro prudenti poſſit crimen proximi occultum revelare?

Graſ-

Graffius *libr.1.c.137.* Diana 2. *part.tract.* 17.*reſol.*22.*&* 25.& 3.*part.tract.*5.*reſ.* 33. Reginaldus *libr.*24.*cap.*4.*n.*75.Leſſius *lib.* 2.*c.*11.*n.*70.Hurtadus *de Iuſtitia diſp.* 11. *diff.*5. Et hanc opinionem probabilem cenſet Leander,nam *p.*1.*tr.*5.*diſp.*5. *quæſt.* 64.oppoſitam,cui adhæret, vocat probabiliorem. Hac doctrina premiſsa venio ad Caſum propoſitum: & ajo Carolum bene confeſsum fuiſse: nam, ſi Hieronymum eſse ſacerdotem, & Ioannam eſse Virginem,& Paulam eſse Conjugatam Confeſsarius cognoſcit, verba Caroli per Hieronymi, Ioannæ & Paulæ veſtes aut ſimiles alias circumſtantias Confeſsario notas reſtringentur,ut genericam ſignificationem contrahant ad determinatam ſpeciem. Quam ob rem hæc generica verba, *Percuſſi Hieronymum, & Ioannam,& Paulam cognovi*, quæ lingua profert Carolus per eorum veſtes & circumſtantias Confeſſario reſtricta,æquipollebunt his, *Vnam ſacerdotem percuſſi; & unam Virginem, & unam Conjugatam cognovi*.

Idem eſt in Confeſſione nominare perſonam cujus à Confeſſario ſtatus & conditio noſcuntur, ac perſonæ ſtatum & conditionem explicare.

SECTIO XIII.

De Rerum inſenſibilium ornamentis.

An ipſa loquantur?

Habent Regna & Provinciæ propria Stemmata.

PRopriis ornamentis, & ſtemmatibus ſignantur, cognoſcuntur, & diſtinguuntur Regna, propriis Civitates & Familiæ, propriis in iiſdem Domus & Officinæ: propriis Naves; & tandem propriis Equi, Elephantes,& cætera neceſſaria Animalia.

De Caſtella, Legione, Gallia, &c.

Caſtellæ Regnum præſefert in ſuo Inſigni Caſtellum; Legionis Regnum Leonem: Hiſpanicè enim & Regnum & Animal vocatur *Leon*. Galliæ Regnum tria Lilia. Et ſic alia omnia ſignis appoſitis indigitantur.

De Civitatum Stemmatibus.

Sunt etiam ſpecialia Civitatum Inſignia, quæ in ſpecie recenſere non juvat, unuſquiſq; enim ſtemmata cognoſcit ſuæ Patriæ,& aliena non curat.

De Familiis.

Et quis ignorat ſingulas Nobilium Familias ſtemmatibus propriis gloriari? ſunt inter illa,quæ *Cantantia*, & quæ *Ficta* dicuntur, quod leges à Regibus-armorum, quos vocant,non obſervant. SVNT autem hi,qui à nobis *Reyes de armas* vocantur,& in Reipublicæ ſolennitatibus paludati Regi, aut Cæſari adſiſtunt, quorum curæ ſtemmatum conſervatio commiſſa,ne Cives Nobilium arma uſurpent; & ne Nobiles,ſibi indebita adſciſcant. CAETERVM *Cantantia ſtemmata* vocantur illa, quæ correſpondent cognomini: ubi enim hoc aliquid ſignificat,illudque in Clypeo pingitur, tunc *cantari* putatur. Et huc Hiſpani referũt generoſas & illuſtres familias *de Leon,del Caſtillo,de la Torre,de la Puente,de Robles,de Solis* &c.in quarum Clypeis Leonem, Caſtellum,Turrim,Pontem,Robur, & Solem proſpectamus. PRAETEREA,ita armorum Magiſtri metalla, & colores diſtribuunt, ut abſolutè juſſerint, *ne color ſupra colorem, nec metallum ſupra metallum apponatur*: & omnia ſtemmata, quæ hanc legem violent, eſſe *Ficta* pronuncient. Interim (quod pace illorum dixerim) ſunt multa hac lege, immò his Legiſlatoribus antiquiora Familiarum ſtemmata, in quibus aut colori inſidet color,aut metallo metallum.

Reges armorũ, qui?

Eorum officiũ, munuſque.

Quænam Stemmata nominentur Cantantia?

In quibus familiis reperiãtur?

Obſervanda in Stemmatibus pingendis lex.

De Stemmatibus Fictis.

Sed quomodò in libris, qui aut ſcribantur manu, aut imprimantur typo ſolum colorem nigrum præſeferunt, poterimus in ſtemmatibus colores neceſſarios diſtinguere? Duos modos in Hiſtoriis reperio. Primus,qui revera eſt antiquior,utitur initialibus literis, nam his *A.Ar.R.V N.* &c. aut aliis ſimilibus Notis *Aureum(flavum) Argenteum (album) Rubrum,Viridem,Nigrum, &c. colores* ſignificat. At hic ipſe modus ſimpliciſſimus eſt, & arte caret. Quam ob rem Recentiores majori ingenio ſolo linearum ſitu diſtinxere pigmenta. Sequentia lineamenta conſidera. Sic enim exprimitur color

An & quomodo poſſint omnes Colores pingi & diſtingui ſolo Nigro?

Primus Modus ſimplicior.

Aureus Argent. Purp. Cæleſtis Virid. Punice^9 Violac. Nig.



Secundus ingenioſior & melior.

Vide Laminam Æneam,quæ noſtræ Theologiæ Intentionali præfigitur, & noſtrum etiam Hiſpanum ſtemma, in quo iterum hæ Delineationes explicantur.

De Navium ornatu.

De Naviũ ornamento & figura multa in libris leguntur: nam Ταυρόμορφος erat illa, quæ Iovis juſſu Europam, Agenoris Regis Phœnicum filiam,in Cretam tranſvexit ex Africa. Strozius Pater.

Sigalion ſecunda Pars.

Fert tumidam Taurus Agenorida.

Et Saxo Pamphilus.

Europam vixi roſam quia tergore.

Taurus, qui Europam trãſvexit, Navis fuit.

Et Delphinum (ſic vocabatur navis, quæ Petrum della Valle Conſtantinopolim Venetiis tranſtulit) ſi non paludamentis, carminibus ornari jubet ipſe Petrus in datis ad amicos epiſtolis.

De Navi Veneta, quæ Delphinus vocatur.

Aliter Regum Equi, & aliter Civium

De equorum phaleris. *Quàm ſint pretioſæ apud Hiſpanos?*

privatorum ornantur. Et aliter qui Eccleſiaſticis & aliter qui Laicis ſerviunt. Et eò venit aliquorum Principum Hiſpanorũ profuſio, ut in unius equi phaleris ſciant expendere decem millia ducata, quin cogitent, quot viduæ & orphani pane careant, quia ipſi nolunt creditoribus ſolvere.

Pretioſa Elephantum ornamenta. *De Elephante Regis Pegu.*

Sic etiam Elephantes olim & etiamnũ in tota Aſia; pretioſis paludamentis exornantur. Qui Regi de Pegu ſervit, in aureis vaſis comedit, panno aureo tegitur,& ſatellitio Regio ſeptus ad palatiũ conducitur. Similia in aliis Aſiæ provinciis obſervatur. Et ſanè antiqua eſt hæc Elephãtes ornandi conſuetudo, nam in primi Machabæorum ſexto, ſic lego. [Agreſſus eſt filius Antiochi Antiochus Hebræos. Et ut refulſit Sol in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt montes ab eis,& reſplenduerunt ſicut lampades ignis. Et diſtincta eſt pars exercitus Regis per montes excelſos, & alia per loca humilia, & ibant cautè, & ordinatè (*). Et commovebantur omnes inhabitantes terrã à voce multitudinis eorum, & inceſſu turbæ, & colliſione armorum, erat enim exercitus magnus valde, & fortis. Et appropiavit Iudas, & exercitus ejus in prælium, & ceciderunt de exercitu Regis ſexcenti viri, & vidit Eleazar Abaran unam de beſtiis loricatam(a) loricis Regiis,& erat eminens ſuper cæteras beſtias, & viſum eſt ei,quod in ea eſſet Rex, & dedit ſe, ut liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum. Et eucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris,& à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc, atq; illuc, & ivit ſub Elephantum, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum, & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic. Et videntes virtutem Regis, & impetum exercitus ejus diverterunt ſe ab eis.&c.]

*) Nota illud *ordinatè*; nam diſciplina militaris (hæc, aut illa) eſt antiquiſſima.

a) Ecce Elephantes, etiam olim Regio apparatu exornabantur.

Qui pro Patria moritur, æternũ ſibi nomen adſciſcit.

Qualis fuerit Eleazarus?

Et hic occurrunt duo, alterum, quod Præterintentionalem Theologiã, alterum, quod hanc Haploteta concernit. Circa Primum adnotato Eleazarum inter generoſos Hebræorum Heroas numerari debere. Illi poſſumus dicere: *Semper tibi in ore ſunt, recta, honeſta, digna imperio; omnia pericula* (ſubeunda) *pro Republica; mori pro Patria. Hæc cum loqueris, nos barones* (ignavi) *ſtupemus.* [b] ejus affirmo mentem fuiſſe Regem occidere, medinmque beſtiam illam proſternere: caſu autem illam ſuo ſe eſſe occiſuram, aut non prævidiſſe abſolutè, aut præter intentionem eveniſſe. Circa ſecundum, illam eamdem beſtiam ſua majeſtate & mole, & Regiorũ armorum ornamento barrire, *Iſte, qui mihi inſidet, eſt Rex Antiochus.* Saltem talis erat Barri magnificentia, ut hæc verba Eleazarus oculis ſe audiviſſe putaverit.

b] Cicero lib. 2. de Finib.

Eleazarus præter intentionẽ occiditur.

Quid barriverit lorica Regia ornatus Elephas?

In Bello, non ſolùm vexillis portatile Imperatoris exornatur Palatium, ſed & Nuncii, qui epiſtolas de victoria ferebant, immò, & ipſæmet literæ, quæ ferebantur. Plutarchus *in Fabio, & in Pompejo,* ſic ſcribit. *Paludamentum Purpureum, ſuper tentoriam Imperatoris, ſignum pugnæ.* Sed quo Paludamentum modo ſupra Imperatoris tentorium protendebatur? *Paludamenti* enim nomine, vexilla, flamulas, & omnia militaria ornamenta intelligi jubet Feſtus, & ex illo Verannius, Paſſeratius, & alii. Poſt victoriam,& Nuncii,& Militaria Inſtrumenta Lauro coronabantur. In illo erudito Libro, qui *Fieſtas de Sevilla* inſcribitur, D. Farſanius pag. 25. *S. sban.* ſic ait. *Vnos cercos grandes, en forma de Coronas; cuyas Hojas eran de plata, pabonadas de eſmalte verde. Eſte adorno ſe paſſava de lo bello à lo Ingenioſo, imitando una de las Ceremonias Romanas, celebrada en las felicidades de ſus Auſpicios; Donde para demonſtrarlos al Pueblo, los ceñian de Hojas de Laurel: Ceremonia, que eſtendieron a las Cartas Miſſivas, en que publicavan los Anuncios de ſus vitorias, y aquien llamaron,* Tabellas laureatas. Et hodie in Aſia Theca epiſtolæ (Hiſp. *la ſobre carta*) conficitur ex ſerico inter nobiles,& ex pãno aureo inter Summates, ut Petrus della Valle aſſeverat.

Vexillum purpureum ſuper Imperatoris tẽtorium expanſum, quid ſignificet?

Paludamentũ militare, *quid ſit?*

Quæ, & quando Epiſtolæ coronabantur?

Tabellæ laureatæ, quæ?

De Epiſtolarũ thecis.

AR-

Digitized by Google

ARTICVLVS IV.

DE ΟΡΓΑΝΟΛΟΓΙΑ.

Sive de Inſtrumentorum, & præcipuè Militarium, Colloquutione.

Arma omnia Militaria loquuntur.

LOquuntur, & eloquuntur æra, ferra, tubæ, cornua, tormenta, pila, enſes, machinæ: & arma omnia univerſim loquendo, & intereſt illorum idioma cognoſcere, nam & Troes moniti armorũ ſtrepitu, non periiſſent profectò, ſi ad Canones Militaris Dialecticæ, illum pro Antecedenti Providentia ſumpſiſſent, & conſequentias elimaſſent. Ab Epeo ædificatus [*] Equus in urbem ducitur, magna lætitia & ſpe, ut conſtat ex Virg. qui lib. 2. Æn. cecinit:

*] Multa in Trojano bello ſunt inventa. Æneas Tubam dicitur reperiſſe. Epeus (Græcè Ἐπειός) Endymionis filius, & Paonis frater, invenit trabem, qua quaterentur muri, quæ ſub initium *Equus*, & poſteà *Aries* denominata. Hic locus Fabulæ de Equo Trojano. Vide Plinium *lib. 7. cap. 56.*

Dividimus muros & mœnia pandimus urbis.
Accingunt (ſe) omnes operi, pedibuſq; rotarum
Subjiciunt lapſus, & ſtupea vincula collo
Intendunt, ſcandit fatalis machina muros.
Fœta armis; circum pueri, innuptæq; puellæ
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.
Illa ſubit, mediaque minax illabitur urbi.
O Patria! ô *Divum domus Ilium, & inclita bello*
Mœnia Dardanidum! quater ipſe in limine portæ
Subſtitit, atq; utero ſonitum quater arma dedêre.
Inſtamus tamen immemores, cæciq; furore,
Et monſtrum infelix ſacrata ſiſtimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Caſſandra futuris,
Ora, Dei juſſu, non unquam credita Teucris.

Ecce armis fœtus ille Equus loquebatur: ecce ejus verba oculis & mente audiri debuiſſent & intelligi. Ecce ſola Caſſandra illa percepit & expoſuit: Et ecce Vulgus ſtupidum, Religioſa opinione preventum, non vult credere.

Quàm ſint portentia præjudicia?

TVbæ, Tympana, Cornua, & alia Militaria Inſtrumenta, Bellica dialecto loquuntur, immò vociferantur; & ita clarè ut quid præcipiant, ſine confuſione aut æquivocatione Milites univerſi cognoſcant. Eorum Davides vocem tranſtulit ad Eccleſiam, nam cùm Pſalmo CXLVIII. & CL. univerſas creaturas ad Deum laudandum invitaſſet, Pſalterium claudit dicens, *Laudate eum in ſono Tubæ, laudate eum in pſalterio & cithara: Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo; Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus, laudate eum in Cymbalis jubilationis, omnis Spiritus laudet Dominum.* Et tametſi Lectoris erudita Curioſitas, exſpectare poſſet, ut de ſingulis diſſeram, me juvabit ſimilitudo, ut, ſi egero de aliquibus, ab aliis poſſim ſuperſedere; quæ enim rationes loqui hoc vel illud Inſtrumentum Militare perſuadent, eædem æquè probant colloqui inſtrumenta univerſa.

Organa Militaria habent ſpecialem dialectum.

Impendit univerſa Davides ut laudes Divinas decantet

SECTIO I.

De Cornu. *Loqui illud oſtendit, ſive pro Tubâ ſive pro arcu, aut aliâ re qualicumque accipiatur.*

SVmo exordium à verbis quæ initium dãt Octavæ Æneidi: canit enim Virgilius.

Vt belli ſignum (*) Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
Vtq; acres concuſſit equos, utq; impulit arma.
Extemplo turbati animi: ſimul omne tumultu,
Conjurat trepido Latium ſævitq; Iuventus
Effera &c.

*] *Bellũ* hic pro ipſomet *conflictu* Poeta poſuit.

Et quia inflantur Cornua aliquid de hac voce præmittamus. Var-

Digitized by Google

Cur agatur de Cornibus? De voce Cornu, quid ſignificet?

Varias ſignificationes habet *Cornu* omiſſa enim propria, quæ univerſis eſt nota & dilucidatione non indiget, vocem ſimilitudo ad res varias denotandas tranſvexit, & obtinuit præcipuè, ut pro Tubâ, pro arcu, pro Equorum ſingulis, & pro retortis mæandris fluminum, in Linguâ Latinâ ſumatur.

Cornu *tubam ſignificat.*

C*Ornu* pro Tubâ] Hoc ſenſu vocem ut vidiſti ſumpſit hoc in loco Virgilius. Et libr. 7. dixerat.

Æreaq; aſſenſa conſpirant cornua rauco.
——Cornuq; recurvo
Tartaream intendit vocem.

Lucanus (Militaris Poeta) libr. 1.

Non pia concinuit cum rauco claſſica cornu.

Ovidius Faſtor. lib. 4.

Protinus inflexo Berecyathia Tibia cornu.

Et libr. 1. de Ponto.

Ante Deum Matrem cornu tibicen (::) adunco.

::] In voce *tubicen* ſecunda eſt brevis, & in *tibicen* longa: nam dici deberet *tibicen*, & duo illa *ii*, in unũ î convertuntur per Craſin.

Illos imitatur Pontanus; inquit enim,

Martiaq; horrifico ſonuerunt cornua cantu.

Et Crinitus etiam

Et juncta horriſonis tympana cornibus.

An habeant Cornua varios modos loquendi?

Et quia aliter clangunt Cornua, cum mane Milites equos præparare jubentur: aliter cùm convocantur: aliter cùm in viam amandantur, aliter, cùm in hoſtem incurrunt, & tandem aliter cùm ſe recipiunt: habent cornua ſuas phraſes, quas intelligunt Milites, & per quas ab Imperatore reguntur.

Etiam Arcus, quo ſagittas explodimus, vocatur Cornu.

C*Ornu* pro Arcu Venatorio]Cornua vocari ſolent Arcus extremitates, & ipſemet Arcus *Cornu*. Virgilius in Bucol.

Ire libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula. [a] & in Cyri.
Gnoſia Naupacto contendent ſpicula cornu. [b]

Et libr. 11.

Spicula torquebat lycio Gortynia cornu. [c]

a] *Cydon*, Græc. Κυδωνία, Cretæ Vrbs, in qua arcus optimi temperabantur.
b] *Naupactus* Ætoliæ civitas non longè a Locris.
c] *Gortyna* eſt urbs Cretæ.

Lucanus libr. 1.

Cornua ſuccincti premerent cum torva Miniſtri.

Pamphilus.

Cornu flexile, pendulam pharetram.

Ovidius libr. 9. —— *Rigidum fera dextera cornu*
Cùm tenet. Silius lib. 2.
Crebra Cydoneo fundebat ſpicula cornu. [a]

Statius libr. 4.

Et niſi curvato torſiſſem ſpicula cornu.

Bartolinus.

Qualis Ituræo cornu levis exit arundo. [d]

d] Syriæ populi in Arabiâ vertentes vocantur *Iturai*, qui arcus conformabant ex taxis. Virgil. 2. Georg. *Ituræi taxi curvantur in arcus.*

C*Ornua Fluminum*]ſæpe à Poetis carminibus condecorantur. Lucanus libr. 2.

Adriaticas flexis claudit qua cornibus undas.

Et Valerius Flaccus lib. 6.

Tunc, & terrificis undantem cornibus Hebrum.

Conradus.

Dum flexuoſis Iſter ibit cornibus.

Equorum ungula etiam vocantur cornua

C*Ornu* etiam dicitur Equi ungula.]Silius lib. 3.

Dumq; premit ſonipes duro veſtigia cornu.

Et hinc equi *cornipedes* vocari ſolent. Virgilius lib. 6. Æn.

Ære, & cornipedum curſum ſimularat equorum.

& lib. 7. agens de Hippolyto, qui & *Virbius*, hoc eſt *Vir-bis*, quod vitæ reſtitutus fuerit.

Cur equi à Trivia lucis & templo arceantur?

Vnde etiam Triviæ templo, lucisq; ſacratis
Cornipedes arcentur equi, quod littore currum
Et juvenem monſtris pavidi effudere marinis.

Aliae vocis *Cornu* ſignificationes ſunt Grammaticæ & propriæ, & expoſitione non indigent. Nihilominus verſus iſtos ſubſcribo.

Lucanus lib. 9.

—— Sed tortis cornibus Ammon.

Ovid. lib. 2. Metam.

Orbe reſurgebant Lunaria cornua nono.

SECTIO II.

In caſtris exercitui imperia notificant Στρατηγοῦ: in ſolennitatibus funeribus, &c. pompam adaugent.

Vnde Tuba dicatur?

TVBA à tubo, ſeu canali, quem habet, nomen ſortita eſt. Ejus duplex apud Antiquos erat uſus; Politicus, & Militaris; nam in civitate & campo illa clangendo loquebatur. Ante domum alicujus inflata Superiorum permiſſu, cenſebatur dicere, *Civis N. ad quem hæc domus ſpectat, velut capitis reus, ad Senatum citatur*: in campo autem reſonans, quænam Στρατηγὸν jubeat, intimat & diſtinguit. Et quidem tria in Tubis Scriptores obſervant: Animam, Vocem, Metrum: Animam debeant Tubicinibus, inquit enim Mantuanus.

Tuba clangore capitis rei citabantur.

Et

Digitized by Google

An Tuba ſit inſtrumentum animatum?

Et teretes animare tubas, bellumque per omnem
Auſoniam.

Vocem illis *in Thyeſt* indulſit Seneca,

a] Eſt Senarius.

Affixa inhærent dona vocalis tubæ. (a)

b] Verba in *as* pauca ſunt in Lingua Latina & *ſonas* non ubique receptum.

Vbi,ut conſpicis, tubam *vocalem* dicit, quod per ipſam Rectores exercituum loquantur. Et hanc ipſam tubæ vocem eſſe Metricam & menſurari numeris, obſervavit Quintianus, & nos monuit his verbis.

Eſt Tuba Organum Militare.

—— *Ecce ſonatis* (b)
Carmina rauca tuba. Illam Interim
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu,

univerſi fatentur. Virgilius Æneid. 2.

Exoritur, clamorque virûm, clangorque tubarum.

Lucretius libr. 1.

Vangiones, Batavoſque truces, quos are recurvo
Stridentes acuere tuba. (c)

c] Tubæ etiam hodie, aliàs rectæ, aliàs curvæ formantur.

Virgilius iterum libr. 5. Æneid.

Inde ubi clara dedit ſonitum tuba.

Ovidius Metamorph. libr. 15.

Terribileſque tubas, auditaque cornua cælo.

Silius libr. 11.

—— *Immiti murmure ſæva*
Inter bella tuba.

Tacitus libr. 2.

Tum Sentius occanere cornua, tubaſque; & peti aggerem, erigi ſcalas juſſit; ac promptiſſimum quemque ſuccedere. Valerius Flaccus libr. 3.

—— *Clamorque tubaque*
Sanguinea juvere Deum. &c.
—— *Ter in horruit Æther*
Luctificum clangentes tuba.

Alexander

—— *Quid dudum inflare moraris*
Tartareas Bellona tubas.

Sidonius.

At tuba terrifico ſtrepuit grave rauca fragore.

Pontanus.

—— *Canit tuba & anea Martem.* &c.
Buccinaque inſonuit, rauco & tuba concava cantu. &c.
Senſit ubi audaces ſigna dedere tuba.

Politianus.

—— *Grandique tremendae*
Obruat ore tubas. &c.
Et grave conſpirat cornu tuba flexilis unco. [e]

Strozius pater.

Grandiſona linquam bella canenda tuba.

Quintianus.

—— *Rapidoſque fragores*
Belligera reſonare tuba.

Mantuanus.

Arguta ſuperbam
Depellit ſambuca tubam.
—— *Tuba flexa morantes arguta ſuperbam.* [c]
—— *Qualeſque dedit tuba Martia cantus.*

Valerandus Varanius,

Terrifica tecinere tuba.

Cantalicius [d]

Et tuba multiplici crepitans ſonat area cantu.

d] Conſidera illud *multiplici*: & tamen ſcias, rarum eſſe Tubicinem, qui tuba poſſit puncta Muſica *Vt, re, mi, fa, ſol, la, bi* perfectè exprimere: interim, quia labor aſſiduus omnia vincit, Ferdinandus III. Imperator ſemper Auguſtus, Harmonicę rei peritiſſimus, tres vel quatuor habebat, qui in choro juxta notas præſcriptas cũ cæteris modularentur.

Fauſtus.

Horribili reſonare tuba.

Pontanus.

Et pugnam tuba terribili cies horrida cantu.

MArtis gloriam & pompam Romani Veteres ad nobiliores ſolennitates traduxere, ad eaſque plebem tubæ clangore convocarunt: & hinc ſumpta occaſione Scriptores, & præcipuè Poetæ, dicti ſunt tuba canere. Ovidius libr. 1. Faſt.

Hodie etiam hilari Tubarũ clangore plebem convocamus ad Templa in majoribus ſolennitatibus; ſed quia Neapolitani Tubicines Saracenos impédunt, ſtatim quæritur, *An præſtet ad illaſa & ſecura conſedita?* Et alibi *reſpondetur.*

Cantetarque fera nil niſi pompa tubâ.

Et ejuſdem Operis ſolennis libr. 3.

Summa dies è quinque tuba luſtrare canora.

Et libr. 2. Eleg.

Pro longa reſonent carmina veſtra tuba.

Statius libr. 15. Sylv.

Quinque tubas acres, lituoſque audire volentem.

Martialis libr. 10.

Pieria caneret cum fera bella tuba.

Strozius filius.

—— *Et unca*
Permulcent hilares littora feſta tuba.

Feretrius

Et canere altiſona ceſſet uterque tuba.

TRanslata poſteà ad funera, fuit juſſa gemere; & ſuſpiriis, interruptis ſingultu, cadavera concomitari. In Epiſt. Medeæ Ovidius.

In Procerum funeribus tubis triſtes elegi cõcinebantur.

At mihi funeſta flebiliora tuba.

Strozius filius.

Mæſtaq; funereos tantùm tuba clangit in uſus.

Petrarcha.

Pila inter, triſteſq; tubas.

Propertius lib. 4.

Et flexit querulas rauca per oſſa tubas.

Tan-

Tuba meretrices accerſet.

TAndem antiquæ gloriæ oblita Tuba, occœpit meretrices ad Floralia vocare. Eranr autem Floralia feſti ludique ad honorem Deæ Floræ inſtituti. Et quæ fuit hæc Flora? Ea, quæ Græcè eſt χλωρίς. Ovid.lib.5.Faſt.

χλωρις eſt Flora.

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Qualis fuerit: & quale teſtamentum condiderit?

nempe, celeberrima meretrix, quæ cùm eximias opes corporis quæſtu congeſſiſſet Romanum Populum nominavit hæredem & reliquit pecuniam, cujus ex annuo fœnore ſuus Natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant *Floralia*.

An-ne ludi Floralia ſine ſolœciſmo dicantur?

Anne Florales deberemus eos dicere? Quintilianus lib.1. cap.9. *Quædam tamen & faciem ſolœciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt, ut tragœdia Thyeſtes, & ludi Floralia.*

An ſint aliqua quæ primo adſpectu videantur legibus diſſonare Grammaticis, quæ tamen, ſic debeãt, & non aliter dici?

Agebantur cum omni laſcivia, & diſſolutione ludi hi, non enim aliter meretricis memoriæ convenirent, quoniã præter verborum obſcœnorum licentiam, nudabantur flagitante populo meretrices & mimarum uſurpantes officium in conſpectu multitudinis ad ſocietatem (immò ad tædium uſque) impudicis motibus detinebantur. Manſerunt longo tempore hi ludi, quorum turpitudinem, quam manibus palpabant univerſi, nemo erat qui perciperet, nam ipſamet voluptatis libertas ſingulos obcœcabat.

An, & cur, & quomodo hi fuerint ludi emaculati?

Sed tandem tractu temporis aliqui probi, & modeſti Viri in Senatum adlecti, flagitioſam, & propudioſam totam hanc ſolennitatem judicantes, ut infami rei dignitas quæreretur, ſumpſerunt argumentum ex nomine [a] & Floram Deam eſſe, florum & fructuum Præſidem, à cujus penderet arbitrio annua Bacchi, & Cereris copia, & felicitas, & alia ſimilia mentiti, qua licuit, Faſtum emacularunt.

De Dea Flora. Quibus rebus præſideat?

Quando ejus ſolennia celebrentur?

Et ſemper hæc ſolennitas numeroſo adoleſcentum & adoleſcentularum accurſu prima Maji die celebrabatur: nam libr.4.Faſtor.ait Ovidius [b]

Exit & in Majas Feſtum Florale Calendas.

Tuba in Floralibus ad theatrum meretrices Romæ convocabantur.

Et ecce Tubæ gloria ad ſterquilinium [c] dimiſſa (quid enim aliud in Floræ feſto theatrum erat, quàm fimetum infame) laſcivo accentu convocabat ſcorta; virgineſq; ad omnem laſcivam illorum exemplo invitabat; dicebat enim

Vt pudor, & gravitas hodie (nam ſola voluptas
Quæritur) abſiſtant, Flora jocoſa (d) *jubet.*

Quomodo aliqua meretrix ingenioſè vocetur?

Et huc reſpiciens Satyr. 6. Iuvenalis, per circumloquium innuit, quod ab Hiſtoriæ ignaro minimè intelligeretur: quæ enim in alius ore eſſet, vel ſcortum, vel meretrix, eſt ingenioſè in ſuo

—— Digniſſima prorſus
Florali Matrona tuba.

N O T Æ

De Poetis, qui ne laſciva canant, cudunt Hæreſes?

a] Quia Comœdiæ aliquorum ſententia deberent inhiberi in Hiſpania, ſuo loco ſcripſi, & oſtendi ineptos eſſe Poetas noſtros ut ſcribant Divina: ubi enim volunt abſtinere à laſcivis, ſcriptillant Hæretica. Et neſcio quid ſimile in ſpurco Floræ feſto reperio.

Cur fuerit Flora Diis adſcripta?

Rem Roma Mundi Domina indignam cenſuere Senatores, unius ſordi ſcorti Natalem tanto accurſu & honore peragere; & ideò finxerunt eſſe Deam. Quo conſilio, auferre non potuere laſciviam, & novo Idololatriæ ſacrilegio ſolennitatem macularunt.

Quo die agerẽtur Floralia?

b] Textor in Epithet. *Et Floralia ſacra eidem conſtituta ſunt, quæ Aprili menſe ſolebant, magno verborum & rerum omnium cum laſcivia, tum licentia.* Er quomodò menſe Aprili, ſi Ovidius Calendis Majis illa accenſet?

De Blaſio Lopez, Sacra Theologia Doctore & Hebraica & Græca Lingua Profeſſore Salmantica.

c] Erat Salmanticę Blaſius Lopez Linguarum Orientalium Profeſſor, eujus ridebant obſervationes ignorantes nonnulli, qui rideri deberent. Monebat ipſe, Orthographiam Hiſpanicam litera K indigere, quæ etiã ante *e* & *i* durè ſonaret. Nam, ſi à verbo *Multiplicar*, habemus, *Yo multiplíco, Yo multiplicába, Yo multipliqué, Quando yo multiplique.* &c. cur in aliis perſonis *c*, & in aliis ſcribitur *qu*? Dicimus, id accidere, quoniã *c*. debet ſonare durè: quam pronunciationem, quia ante *a*, *o*, & *u*, non autem ante *e* & *i*, Lingua admittit Hiſpanica, loco *c* duræ ſcribit *qu*. Et ad hæc Blaſius.

Eandem ibidẽ opinionem ſuſcitavit Magiſter Correa.

An in Abecedario Hiſpanico Litera k ſit neceſſariò collocãda?

Eamdem literã in lingua (nempe *c* durum) habent iſta vocabula: ergo, ut labio ſcriptura conſentiat, habere debemus quamdam literam, quæ ut *c* dura feriat omnes vocales, at hæc eſt *k*: ergo *k* Hiſpani admittere neceſſario debebunt.

An etiam in Latino?

An & Latini? Aſſerentem ſuadet *Sterquilinium*, unde enim habet *qu*, ſiquidem ducitur ab *Stercore*. Ceſſaret calami anomalia, ſi ex voce *Sterkus* vox *Sterkilinium* juberetur prodire. Sic etiam conſervaretur uniformitas, ſi à *kolo*, *is*, deduceretur *inkola*, & *inkilinus*: Tu conſidera.

Sed quis eos docebit, qui doceri nolũt volunt?

Interim dum, *Quis mutabit labium annoſi ſenis*, ait Hieronymus: *Quis*, inquam ego, *mutabit calamum ſuperbi, & indocilis ſenis?*

Scazon ſecunda, quarta, & quinta ſede Iãbum recipit, & in ſexta Spondeum.

d) Martiali perplacuiſſe videntur iſti ludi, nam illos *dulces* nominat, & jocis eorum luxum accenſet: libro enim primo ait,

Noſſe jocoſa dulca cum ſacrum Floræ.

Eſt

Eſt Senarius elumbis, qui Græcè à σκάζειν, quod claudicare eſt, σκάζων, ſeu claudus vocatur.

Nulla eſt in tota Sacra Scriptura contradictio.

AVdis laudari in Literis Sacris vocem Tubæ, audis viruperari; & quia in illis ſcis nullam contradictionem eſse, doceri ſolutionem deſideras. *Loci*, qui occaſionem Dubio tuo præbuerunt, ſunt hi. Iſaiæ cap. 58. ait Dominus. *Clama, ne ceſſes; quaſi tuba exalta Vocem tuam.* &c. Et in Evangelio *Matth.* 5. Dominus noſter Ieſus-Chriſtus. *Noli tuba canere ante te.* Et hos duos locos eadem die [Feria VI. poſt Quinquageſimam] alterum in epiſtola, & alterum in Evangelio, canit nobis Eccleſia.

An Cane tuba & Necane tuba opponantur?

Reſpondeo, videri oppoſitos, quia ſunt à ſequentibus verbis, per quæ reſtringuntur & dilucidantur, præciſi. Ergo, ſi reſcribantur integri, ceſsabit omnis æquivocatio.

Quid facere Concionatores debeant?

Iſaiæ, & ſub ejus nomine omni Eccleſiaſtæ, & Concionatori dicit Dominus. *Clama; ne ceſſes: & quaſi tuba exalta vocem tuam: & adnuncia populo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata eorum.*

Quid Eleemoſynaris?

Et ſingulis hominibus Dominus Noſter Ieſus-Chriſtus. *Cum facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & vicis, ut honorentur ab hominibus.* &c.

An canere tuba ſit indifferens?

Ergo *canere tuba*, ſive propriè, ſive metaphoricè loquamur, eſt actio indifferens quæ erit laude digna per tales aut tales circumſtantias contracta: & poterit incriminari, ſi exerceatur ſub aliis.

SECTIO III.

Poetas recognoſcit Hiſpanos; & ex iis ſubtiliora deducit.

De Poetarum primatu.
An qui materna lingua ſcribunt, Græcis, Latiniſq; debeant præferri?

DVbito interdum, an laborem aliquo præjudicio, cùm Hiſpanos, Italos, & Gallos Poetas Græcis & Latinis præpono: quoniam autem experior, vix in integra horum pagina reperiri aliquem ingenioſum conceptum, & vix in illis legi lineam, quæ intellectum non pungat, in mea ſententia maneo; Novitioſque Senioribus univerſis præpono. Et, ne temerè id ſtatuiſſe dicar, aliquot Poetarum Hiſpanorum lineas in exemplum ſubſcribam.

D. Ludovicus de Gongora in Polyphemi ſtroph. 3.

Vt Cornua, Tubas, & alia Militaria Inſtrumenta, loqui oſtenderē, plura exſcripſi è Latinis: modò proderit Gongoram auſcultare, qui id grandi ore & ſtylo fatetur. In ſuo Polyphemo ſic inſit.

Treguas al exercicio ſean robuſto
Sigalion ſecunda Pars.
Ocio attento, ſilencio dulce, en quanto
Debaxo eſcuchas de doſel auguſto
Del Muſico jayan el fiero canto.
Alterna con las Muſas hoy el guſto
Que, ſi la mia puede offrecer tanto
Clarin, y de la Fama no ſegundo,
Tu nombre oiran los terminos del Mundo.

Loquitur Tuba.

Quam Latinus *Tubam*, eam *Clarin* nominavit Hiſpanus; nam, quæ ſubobſcurè fuerint Latinè truſa, clariſſimè clangantur Hiſpanicè.

Cur Tuba Clarin nominetur Hiſpanicè?

Hoc D. Ludovici Poema illuſtravit eruditis ſcholiis D. Garcias Coronel, & Duci de Alcala, Neapolitano Proregi dedicavit his verbis.

Dux de Alcala, D. Ferdinandus Afan de Rivera, iterum, iterumque Prorex Neapolitanus.

Segunda vez a tu Prudencia fia
(Excelſo Duque) el Gran Monarcha Iberio [a]
La alta Eſperanza, que le dio algun dia
Seguridad en tu feliz Imperio: [b]
Con fauſta pompa aguarda ſu alegria
Parthenope [c] *en tu noble Magiſterio.*
Y al gran applauſo con Real decoro
Lenguas previene de metal ſonoro.

An habeant linguas tubæ?

NOTA.

De pronunciatione & ſcriptura literæ χ in Lingua Hiſpanica.

a] Græcorum χῖ, ſcribitur Hiſpanicè per *ch*, & ſonat durè velut *k*: & quia eſt alia hujus ſecundariæ [*] literæ propria apud Hiſpanos pronunciatio, quæ in vocibus *ſati ſfecho, muchacho*, & ſimilibus aliis percipitur, qui volunt doctiores videri, loco ipſius χ ante *a*, *o*, & *u* ſcribunt *c* aſpiratione omiſsa; & ante *e* & *i* ponunt *qu*; occurrunt enim in aliquibus Iuniorum libris hæ vocum deſigurationes. *Patriarca, Monarca, Coro, Eco, Bacco, Cus*, &c. *Monarquia, Ierarquia, Aquiles, Quironomia, Querub, Querubin.* &c. Eo ergo venit ſcribendi apud Hiſpanos ratio, ut aut pericliteretur pronunciatio, aut tollatur etymon. Et quid mali, ſi *çh* haberet pronunciationem noſtram, & *ch* Græcam ſeu peregrinam.

*] Apud nos *ſ, ch, gu, ll, ñ, rr*, &c. non ſunt duplices literæ, ſed ſecundariæ.

De correctione Orthographica.

De vocibus Imperator, & Imperium. Quid ſignificent?

b] Tametſi *Imperator* dicatur ab *Imperando*, & imperandi actus nuncupetur *Imperium*: jam hodie nomen hoc ſummū ſignificat Germaniæ Principem. Cicero 2. Tuſc. *Imprimis laudabat illud, quod diceret eoſdem labores non eſſe æquè graves Imperatori & militi; quod ipſe homo laborem leviorem faceret Imperatorum.* Plautus Men. ſcen. 6. act 6. *Heri imperium bene exſequor.* & in Aſinar. ſcen. 1. act. 3. *Hoccine eſt pietatem colere, matris imperium minuere.* Ergo hic Garcias *imperium*, non pro ditione aut ſuprema dignitate uſurpat, ſed

Quo ſenſu à Garcia accipiatur?

tantùm pro actu imperandi & jubendi.

Suo Sirenes cantu nautas olim pelliciebãt in ſcopulos. Cur & quò ſe præcipitarunt?

e) Magno Sirenes niſu cantu ſuo pellice prætergredientem Vlyſſem procurarunt. Cum autem non potuerint id conſequi, tanto fuerunt dolore affectæ, ut ſe præcipitarint in mare. Aliæ aliò: ſed Parthenope, quæ una ex præcipuis erat, eum in locum delata, ubi nunc jacet Neapolis, ſepulchro conditur, & ſolenni ſacrificio honoratur. Ædificatæ ſub initium caſæ pro habitatione Sacerdotum, in palatia, & demum in nobiliſſimam Civitatem emergunt. Sed cur dicta fuit *Neapolis*? Sunt, qui putent, eam, quæ prius dicebatur Parthenope, inſtaurari ab Auguſto, & Neapolim denominari. Eorum autem eſt manifeſtus error, quoniam apud Lycophronem, qui Ptolemæi Philadelphi ævo, multis ante Auguſtum annis claruit, hæc ipſa Civitas *Neapolis* appellatur. Verior tamen ſententia fert, conditam fuiſſe à Cumanis juvenibus, & *Parthenopen* dictã & quia paulatim negligebatur oraculo Cumanos monitos eam inſtauraſſe, & Νεάπολιν, ſeu *Novam Civitatem* appellaſſe.

Parthenope.

Neapolis.

A quibus condita, & denominata?

Adlucinatio Ovidii.

Græcè eſt Παρθενόπη, unde oritur Παρθενοπαῖος. Et adlucinatur in hoc nomine Ovidius, nam 14. Met. legit Παρθενοπεῖος per εῖ; & ut metro conſuleret, diphthongum ſolvit dicens,

Has ubi præteriit, & Parthenopëia dextra
Mœnia deſeruit. &c.

De ſyllabarum numero in nomine Parthenopeia.

Hiſp. *Luego que paſſo adelante, y dexo a la mano derecha la Ciudad de Napoles.* Quo in loco *Parthenopëia* habet ſex ſyllabas, & continet duplicem dactylum.

IN Comœdia, quæ inſcribitur, *Quantas veo, tãtas quiero*, D. Sebaſtianus de Villaviciosa, & D. Franciſcus de Avellaneda ſic ſcribunt.

Quid dicant Tubæ, ubi milites convocãt?

Como ſon tan obedientes
A lo que el General manda
Al ir a enſayar al campo
Como el Clarin los llamaba
Que es la Marcial ceremonia,

An à ſingulis militibus intelligantur?

Y alli otra voz, no ſe gaſta;
Cada Soldado entendia
Al oir ſus vozes altas
Que le dezia a cada uno
Tocando el Clarin al arma,
Salid al Campo, Señor,
Que el General os aguarda. *&c.*

In Mariſchalci de Viron lectu digna Tragædiâ, quam pulchris Rhythmis Montalbanus deſcripſit, ubi ad forum & theatrum in quo plectendus erat capite venitur, hæc habentur de Tubis.

Apenas, de que llegaba,
Diverſos ecos en confuſa
Lenguas de metal entonces
Rhetoricamente mudas,

An dentur, & quæ ſint linguæ metallicæ.

Quando le ſeñalan todos;
Y de repente ſe eſcuchan,

Quid ſit ſignari oculis?

Pidiendo atencion al ayre,
Todas las vozes en una. &c.

Aut fallor, aut Poeta, cùm ſcripſit illum verſum, *Quando le ſeñalan todos*, ob mentis oculos habebat illos Virgilii numeros,

Virg. lib. 12. Æneid.

Turnus ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci,
Se ſignari oculis; ultrò implacabilis ardet.

Vt ſinguli domi ſuæ remaneant, hodie campana ſeſtinat.

Hodie in Hiſpania noctu hora convenienti pulſatur Campana, quæ *a la queda* vocatur, quod moneat, *que todos en ſus caſas ſe queden*. In omnibus Civitatibus bene gubernatis ſignum ſimile datur, nam vel campanæ ictibus, vel tubæ clangore, vel tympani ſtrepitu monentur cives, ut ſinguli ad propriam ſe domum recipiant. Tibiâ Romæ hoc ſignum olim exhibebatur Horatius 3. Carm. 7.

Tuba olim inſtabatur.

Primâ nocte domum claude, neque in vias
Sub cantu querula deſpice tibiæ;
Et te ſæpe vocanti
Duram, difficilis mane.

Inſonuit ſub Auroram Hiſpali, & S. Ferdinandi Regis Caſtellæ laudes prædicantur, unde pag. 288. a. modulatur Farfanius.

Quid ſub auroram clangant Tibiæ in S. Ferdinandi Regis ſolemnitate.

O que alborada tan dulce
Aquel Clarin nos anuncia,
Haziendo hablar de la noche
Las difficultades mudas;
Suenen los Clarines,
Que el Alva madruga.

Et hæc de Tubis ſcripſiſſe ſufficiat; ad Tubicines oculos convertamus.

SECTIO IV.

De Tubicinibus. *Quales ipſi cenſendi ſint?*

An Tubicines improbi ſint?

In rebus Moralibus, aut nullæ ſunt Vniverſales Propoſitiones, aut ſi qua conceditur univerſalitas debet eſſe Moralis: nam inter malos multi eſſe ſolent boni, & inter bonos nõ deſunt qui ſint mali.

EGimus hucuſque de Tubis, aliquid de his, qui illas inflant dicamus; quoniam aliquid vociferantur illæ, quod non omnes intelligunt. Cùm aliquam clangere audio, hos numeros ſtatim ſubintelligo.

Improbus eſt, didicit qui me ſufflare; modeſti
Namque Artes alias diſcere (amice) ſolent.

Et hinc Plutarchus *in Pericle* lucem habere poteſt; inquit enim. *Antiſthenes Iſmeniam optimum eſſe Tibicinem audiens,*

reſ-

reſpondit illicò, Malus igitur vir eſt. Quoniam ſi bonus eſſet, Tibicen non eſſet.

Qui olim in funeribus inflabant tubas, hodie pulſant campanulas; &, ſi quo habendi loco ſint, reſcire velis libello, qui *El Mundo por dedentro* inſcribitur, reſpondebit Quevedus, *Venian enbaynados en unos ſayos grandes de differentes colores, unos picaros haziendo una taracea de mullidores. Paſsò eſta requa, incenſando con las campanillas.* &c.

Cicero 2. de Oratore.

SECTIO V.

De Enſibus.

An loquantur? an dicant? an reſpondeant? an mentiantur? an aliquando eloquantur aqui vocè? & an ſubeant Reſtrictiones Mentales?

Quid arrogantia ſit?

Viris prudentibus moleſtiſſimi ſunt arrogantes, qui proprias virtutes & prærogativas ſupra modum extollunt. Eſt autem Arrogantia, quædam filia ſuperbiæ, qua quis nimiùm ſe æſtimans, cæteros, quos infra ſe jacere vult, deſpicit & contemnit: ita, ut illis vix loqui dominãdo dignetur. Habetur *in Decret. diſtinct.* 47. *cap.* 1. & colligitur ex S. Thoma 2. 2. *quæſt.* 112. *art.* 1. & ex Ariſtotele, qui *lib.* 4. *Ethic. cap.* 7. ait. *Arrogans appellatur is, qui ſibi res magnas & præclaras ſumit & vendicat, cùm non inſunt; vel majora, quàm quæ inſunt.* Et quia plerique Milites ſunt ſuperbi & indociles; dicam non nihil de ἀλαζονεία, ut veram Militum linguam à paragioſſa diſcernamus.

Milites loquãtur duabus linguis: altera illarum ipſorum propria eſt, altera impropria.

Sanè duas linguas habet Miles, aliã in ore; aliã in manu. Et qui taceat ore, & loquatur manu, glorioſiſſim⁹ erit. At sũt multi, & nimis profectò multi, qui tacẽt manibus, & ore arroganter loquuntur. Hi ſimul ſunt temerarii, & ignavi, quoniam loquuntur valde temerè, & operantur valde timidè. Et de illis *lib.* 3. *Ethic. cap.* 3. Ariſtoteles. *Ita fit, ut plerique eorum ita audaces ſint, ut etiam ignavi ſimul ſint. Θρασύδειλοι uno verbo Græci vocant. Cùm enim hi audaciam præſeferant, tamen nunquam res formidoloſas ſubeunt.* Cicero 1. Offic. *Deforme eſt de ſe ipſo prædicare, falſa præſertim: & cum irriſione audientium imitari Militem glorioſum.* Videbis aliquos de armorum, quæ habent pretio & pulchritudine gloriari, ac ſi victorias Patriæ dederint deaurata arma. Illos apud Stobæum *ſerm.* 22. irridebat Diogenes. Et ut video, Æneas prudentiſſimus erat, & tamen fœdera initurus cum Pallante, non dixit.

An in armorũ pulchritudine, & pretio conſiſtat virtus?

Accipe, daque fidem: ſunt nobis aurea tela,
Ornati gemmis gladii; pulcherrimi & enſes.

An aurum loquatur: & an ſit quæ efficacia quã in loquendo habet, poſſit reſiſtere?

Non enim ab armorum ornatu, ſed à virtute habere gloriam voluit: ſed Pallantem ſibi conciliavit his verbis. (Virg. Æneid. 8.)

Accipe, daque fidem: ſunt nobis fortia bello
Pectora, ſunt animi & rebus ſpectata juventus.

Dicũt Græci χρυσοῦ λαλοῦντος πᾶς ἀπρακτεῖτω λόγος *Auro loquente, nihil valet omnis oratio*; ut oſtẽdant, Pecuniã eſſe eloquẽtiſſimã Parnaſſi Musã, quâ perorãte Rhetor vel erudititiſſimus tacere debeat. At enſis eſt Genius Parnaſſi potentiſſimus, quo loquente ſilent Muſæ Politicæ, nam *tacent leges inter arma*, &c.

Βομβύλιος στρατιώτης *Miles bombylius* dicitur, clamoſus, ſuperbus, & indocilis: qui multa loquitur, & nihil facit. Et huc pertinet Γιγάντων ἀπόνοια, *Gigantum arrogantia*: qui, ſi verbis vires fuiſſent æquales, viciſſent & occidiſſent omnes Deos. Et talis erat, qui apud Ariſtotelem dicebat, Βλέπει γὰρ ἀντικρὺς δόξεις μ' Ἄρη. *Videberis me videns, planè Martem videre.* Talis qui verbis Divinis abuſus occlamabat. *Ego occidam, & ego vivere faciam: percutiam, & ego ſanabo: & non eſt, qui de manu mea poſſit eruere*: unde à cæteris audire vult,

Miles Bombylius.

Arrogantia Gigantum.

Sunt illis ſimiles, qui ſe Martes deliirant, & reliquos precariò permittunt, ut vivant, & revera puſillanimes ſunt.

Εἶα λέγ' εἴ τι λέγεις καὶ τὸν ξένον εἰς πόλιν αὖτις
Ζῶντ' ἄφεις.
Dic age, ſiquid dicis, & hoſpes, & unde profectus,
Vivus eò redeat, permittito.

Omnes iſti, ſunt inter Milites prudentes fabula; & occaſio ridendi, nam viri ſtrenui lingua gladius eſt, & hic non ore vibratur, ſed manu. Hinc patet, cur Veteres enſem *lingulam, ſeu legulam* dixerint: non jam ob linguæ ſimilitudinem, quod Agellius [a] *lib.* 10. *cap.* 25. innuit: ſed quia Enſis eſt lingua, quâ ſolent Principes & Nobiles, loqui, reſpondere, & in materiâ honoris graviſſima negotia expedire. De Sancto Rege Ferdinando pag. 285. a. Farſanius.

Cur enſis dictus ſit lingula?

a] *Agellius* dicitur, non *Aulus Gellius*, ut paſſim citatur.

Quanto hiere ſu Cuchilla
Parece, que le argumenta,
Pues mas la Razon, que el Golpe
Haze en ſu brazo la fuerça.

In Comœdia, quæ inſcribitur; *El vergonzoſo en Palacio*, quam M. Tirſus de Molina compoſuit, & edidit *in Cigorraltum* [b]

b] Quas *Quintas*, aut *caſas de plazer* aliàs Hiſpani dicimus, Toletani *Cigarrales* appellant.

Digitized by Google

lib. 1. *fol.* 38. *b.* Dux de Avero & Comes de Eſtremos utuntur hac Martiali Grammatica. Attende.

Duque. *De induſtria a eſta eſpeſura retirada*
Vengo de mis monteros, que ſiguienda
Vn jabali ligero nos han dado
El lugar, que pedis; aunque no entienda
Con que intencion confuſo y alterado,
Quando en mis voſques feſtejar pretendo,
Vueſtra venida Conde Don Duarte,
Dexais la caza, por hablarme a parte.

Qui diſſerere enſibus volunt teſtes fugiunt.

Conde. *Baſta el diſſimular, saca el acero,*
Que ya olvidado os comparaba a Numa,
El que deſnudo veis, Duque de Avero
Os darà la reſpueſta en breve ſumma:
De lengua al aggraviado Caballero
Ha de ſervir la eſpada, no la pluma,
Que muda dize a vozes vueſtra mengua.

Numæ nomen Senatori, qui non armis, ſed rogationibus utitur, accommodare ſolemus. *Enſes loquuntur.* *Enſes reſpondent.*

Duque. *Lengua es la eſpada, pues parece lengua.*
Y *pues con ella eſtais, y aſſi os provoca*
A dar quexas de mi, pueſto que en vano
Refrenando las lenguas de la boca,
Hablen ſolas las lenguas de la mano,
Si la occaſion que os doi (que ſera poca)
Para eſe enojo poco corteſano,
A que primero la digais no os mueve
Pues mi valor ningun aggravio os debe &c.

Enſes dicuntur linguæ manuum.

Hanc etiam Martialem Grammaticam didicerant, & exercebant Ioannes, & Ludovicus, quos Calderon gladiis contendentes & diſputantes introducit.

D. Luis. *Valgame el cielo! que miro?*
Don Iuan de Guzman es eſte.
Señor Don Iuan de Guzman.
D. Iuan. *Quien llama? quien viò mas fuerte*
Confuſion? eſte Don Luis.
Don Luis. *Donde quiera, que yo viere*
A quien a mi ſangre aggravia,
Y a quien mi opinion offende,
Primero, que con la lengua,
Sin ceremonias corteſes
Le ſaludo con la eſpada,
Voz de honor mas eloquente.
Sacad la vueſtra, porque
Con mas opinion me vengue.
Don Iuan. *Yo no he penſado en mi vida*
Con la mia reſponderle,
A quien me habla con la ſuya, &c.
Don Luis. *No os reſpondo, porque ya*
Hablar el azero debe.

An alias enſe ſalutare, poſſimus?

An enſis loquatur? an interroget? & an reſpondeat?

Ita apud Calderonem in Comœdiâ, quæ inſcribitur, *Mañanas de Abril y Mayo.* act. 3. pag. 64. b.

Auguſtinus Moretus & Hieronymus, Cancer in Comœdia, quæ inſcribitur, *La Virgen del Aurora*. pag. 291. (Et habetur Partis XXXIV. num. 8.)

Eman. *Eſte ſitio retirado*
Para dexar concluido
Eſte caſo. Didac. *Aqui atrevido*
Te dexare caſtigado.
Eman. *Las eſpadas lo han de hablar,*
Que aqui ſon lenguas las manos.
Didac. *Si Dios lloviera villanos*
Viles. Eman. *Reñir y callar.*

Erat Emanuel fortis ruſticus, & licèt rudis Artis, prævaluit; ut ſcias, *Eſſe in conſiliis vanā ſine viribus iram.*

In Comœdia, quæ inſcribitur, *Rendirſe a la obligacion*, à DD. Didaco & Ioſepho de Cordova compoſita (Et habetur part. XXXIV. num. 2.) Ferdinandus pag. 44. a. ſic exclamat,

Ya en tal caſo no aconſejo
A mi amigo, ſino es
Con la lengua del azero.

Enſis præbet conſilium.

Willelmus Auriæ Princeps occiditur: conatur, ſed fruſtra, tyrannicida fugere; accurrunt famuli. Illos audiunto.

Laſinus. *En eſta pieza*
Suena ruido. Mas que es eſto?
Homicida. *Ya que mi muerte es tan cierta,*
Con la lengua del azero
He de darle la reſpueſta.

Enſis reſpondet.

Ita in Tragœdia, cui ipſe Princeps dat nomen, & compoſita fuit a Mirademeſcua & cum aliis in lucem miſſa fuit part. XXXIV. num. 10.

In eodem tomo, undecimo loco collocatur illa, quæ inſcribitur, *Amor de raçon vencido*, & in ea hæc conducunt hæ lineæ.

Dux. *Quien atrevido occaſiona*
Mis enojos? Blanca. *Lance fuerte!*
Dux. *Quien aqui de mis empleos*
El felix logro ſuſpende.
Ioannes. *Ya te reſponde el azero.*
Dux. *Aunque mas vidas tuvieſſes,*
Que eſtrellas el Firmamento,
Y el Mar arenas y pezes,
El mio te las quitara [*]
Blanca. *Mira Don Iuan, que te pierdes.*
Ioannes. *Ponte detras, que mi brio*
Mayores peligros vence.

[*] Vocem *mie* poſſe in duas diſſolvi ſyllabas, & in unicam contrahi Verſus iſte demonſtrat. Eſt enim monoſyllaba, nam *quitara*, ultimam acuètes, proferimus; & diſſyllaba eſſet ſi *quitara*, penultima acuta diceremus.

In Tomi trigeſimi pag. 77. Raymundus dixerat.

Mira

Digitized by Google

Mira Conde, ſi no hablas,
Que ſe perderà Caſtilla,
Y Leon hoy, ſino es que atajas
Palabras, pues es mejor,
Que hablemos con las eſpadas.

Enſes loquuntur.

SIcut Enſes, ſic etiam Haſtæ, & alia quæcumque Inſtrumenta Militaria loquuntur. Et id breviter ſuadeo.

Apud Ludovicum Velezium de Guevara Comœdiarum Variarum part. 30. p. 47. a. ſic loquitur Caſtellæ Comes.

Y dandole lugar ſolo,
Que puſieſſe al pecho el ante [*]
Le dixe, Moro, yo ſoy
El Conde Garci-Fernandez.
Sino es con el haſta entonces,
No pudo reſpueſta darme,
Quando yo ſembraba el viento
De plumas y de volantes. &c.
Agradeciſelo al Moro
Sin palabras, con llevarle
De otro bote el ante [*] *todo,*
Y el rompiò l'haſta en el ayre.

*] *Ante.* apud Hiſpanos eſt genus taurorum ex quorũ coreo colobia fiunt, quæ *coletos de ante* vocantur. Fiũt & clypei equeſtres, quos vocamus *adargas.* Et hic Metonymiarum defluxu, *Ante eſt, una adarga hecha de pellejo de ante.*

Adeſſe vellem, ubi Velezius oſtendet, eſſe poſſibile, quod ultimo in verſu narratur. Frangi brachium, aut enſem etiam, quando reſiſtentiam non reperit (Hiſp. quando da en vago) aliquando videmus, at nunquam hoc modo frangi haſta poteſt. Et, ſi pertinax ſuæ opinationi adhæreat Velez, experientiam appello.

An, & quomodo frangatur haſta?

SVpereſt explicare, An gladius ſciat mentiri? an æquivocè loqui? & quomodò ejus verba, ſi latiùs pateant, reſtringantur?

An & mentiatur?

Antigonus, quem poſtea imitatus eſt Trajanus, ſuæ Militiæ Præfecto gladium tradidit: his videlicet verbis: *Si bonus fuero: eo pro me; ſin malus, contra me utitor.* Xephilinus *in Epitome Dionis*, & Chriſtianus Matthias *in Theatro Hiſtorico pag.* 350. *a.* Ergo ille gladius habebat æquivocam ſignificationem: nam debebat, cum reſtringebatur, dicere; *Vivat noſter Princeps: & ejus hoſtes univerſi moriantur;* vel etiam; *Moriatur Tyrannus, qui nos opprimit.* Et determinatio & reſtrictio non poterat ſumi ab aliqua cogitatione illius Præfecti, nam ab externis circumſtantiis pendebat.

Qua verborũ formula Prætorij Præfectus inſtituatur?

Quid in manu Præfecti gladius diceret?

An ſubire poſſet Reſtrictionẽ Mentalem?

Sed qua fronte Antigonus auſus eſt dicere, *Si bonus fuero*, &c. ſiquidem malus erat, & non habebat animum reſipiſcendi. An non Demetrius II. Philippi, filii ſui, & hæredis, qui infans erat, cum tutorem reliquit: & ipſæ infidus, & ingratus, excluſo Philippo, cui ut vaſſallus Regi, & ut tutor pupillo obſtringebatur, duplex Sacramentum contemnens, Macedoniam ad rebellionem concitans, ſe Regem vel invitis conſtituit, & tota ſua vita gubernavit ut recenſet Polybius. Ergo Tyrannus erat: & ille Præfecti militum gladius quia parcebat regni invaſori, mentiebatur. At, dices, Dynaſtiam, quam perfidè & Tyrannicè interceperat, ſummâ juſtitia & clementia gubernavit. At hoc non ſcio; nam vulgo *Doſon* dicebatur: & ſi hoc in bonam partem Dreſſerus *Millen.* 4. *pag.* 346. cognomentum accipiat; & eum fuiſſe munificum & liberalem aſſerat Plutarchus *in Æmilio*, & Helvicus *in Chronic.* eum aſſerunt mendacem infidelemque, multa enim promittebat, & pauca vel nulla præſtabat. Ioannes Scapula *in lexico* Δίδωμι (Futur. δώσω *dono. &c.* Δώσων, *qui cùm ſemper polliceatur ſe donaturum dicens* δώσω, donabo, *nunquam donat.* Atque ita cognominatum fuiſſe Antigonum Regem tradit Plutarchus: vide Eraſmum in Proverb. *Doſones.*]

Qualis fuerit Antigonus, Macedonia Dynaſta?

Cur Δώσων dictus?

Δίδωμι. dono. Fut. δώσω.

SI à Tyranno, qui ſubditos opprimit, & Reges vicinos invadit rationem ſuarum Reſolutionum poſtules, elatus reſpondebit, & inſolens.

Quanam ſit ratio qua Tyrannus publicè & privatim regatur?

Cùm premo ſubjectos, ſtat pro ratione voluntas.
Et cùm vicinos fervidus aggredior,
Nec jure arma, bonâ nec ratione carent.
Militibus fido, nam ſunt ratio ultima regum.
Quem illi propagaant huic favet alma Themis;
Et quem deſtituunt, hic ratione caret.

Et hoc ultimum Federicus Hiſpanicè repoſuit, dicens.

Y ſepas que en la campaña
Vltima razon de Reyes
Son la pòlvora y las valas.

Ita apud Calderonem in Comediâ, quæ inſcribitur, *En eſta vida Todo es verdad, y todo mentira. act.* 2. Et in illâ, quæ dicitur, *Los hijos de la fortuna.* act. 2. ait Admeta,

——*Nunca las caxas*
A mejor tiempo ſe oyeron:
Y aunque no ſe quien la cauſa
Agradeſco, que me eſcuſen [*]
Hablar yo, donde ellas hablan.

*] Dicunt in litibus ſuis privati homines, *Hablen cartas, y callen barbas:* & in ſuis Reges. *Callen cartas, callen barbas, Y reſpondan ſolamente Las caxas, armas, y balas.*

Ergo Reges quà homines, & quà Principes debent conſiderari; quà homines ore loquuntur, vt nos cæteri; at quà Principes loquuntur tubis, tympanis; & armorum ſtrepitu. Poſteà Iebnon exclamat.

Aviendo ſeñor llegado
A tu hermano un eſtrangero,
Y dicho, que una muger. &c.
Le preſtaria dineros

Con

Conque pagando la gente
Pudieſſe venir reſuelto
Contra ti, y haviendo el
Acetadole el concierto
De ponerla en libertad,
Y darſela los dos. Pero [a]
Paraque mi voz lo dize, [b]
Si antes lo dize eſſe eſtruendo.

a] *Los dos* eſt initium propoſitionis interruptæ, quã non placet abſolvere: & hãc Figuram Rhetorici vocant ἀποσιώπησιν.

b] Hic debet audiri tympanorum tubarumque militaris ſtrepitus.

Tubæ & bellica cornua, *Arma, arma;* *guerra, guerra* ſuccIamant.

SECTIO VI.

De Arte Gladiatoria.

An ad lineas, angulos, & circulos redaci poſſit.

An aliqui ſcripſerint de Gladiatoria?

SVnt aliqui, qui de hac arte ingenioſè ſcripſerunt, & illos nihilominùs ridet, & irridet Quevedus: nam in Syntagmate, quod Magni Nebulonis (Hiſp. *del Gran Tacaño*) continent cogitatã Hiſtoriam *libr.* 1. *cap* 8. Pugilem introducit, qui de Arte Gladiatoriâ deliret jubeatq; eam ſuccollari Mathematicis terminis. Loquentiq; de Angulis & circulis opponit Adverſariũ qui dicat, *Yo no ſe quien es el Angulo, ni quien es el Obtuſo*(* *ni en mi vida oí nombrar tales hombres.* &c. & tandem concludat, *Que lo que dezia el Compañero era bueno; pero que hazia mas locos, que dieſtros; porque los mas, por lo menos, no lo entendian.* Quibus Quevedus verbis, quo in loco habeat Gladiatoriam oſtendit.

*] Putat, ut conſpicis, *Angulum & Obtuſum eſſe* Hominum illuſtrium nomina.

Qualis opinione Quevedi, & qualis noſtra Ars Gladiatoria ſit?

His tamen non obſtantibus pronuncio, *Gladiatoriam, ſicut & cæteras manuum motrices Artes arcuum linearumq; ſucceſſivam quantitatem metiri, & Geometriæ cognitione juvari.* Et addo *animos & vires ſupponere, ſine quibus nulla prodeſt induſtria.*

SECTIO VII.

De Gladiatoriæ Sectis.

Interior-ne debeat Exteriori præferri?

Virg. Æn. 12.

MVlta Principum illuſtriũ Certamina grandi ore decantavit Virgilius: & tamen, quia cætera doctrinã communem ſupponunt, exſcribam tantum paucas lineas, quæ ſiſtunt Turno Æneam, conflictuſque exordium deſcribunt.

Duellum Turni & Æneæ.

Æneas inſtat contrà, telumq; coruſcat
Ingens arboream, & ſævo ſic pectore fatur.
Quæ nũc danda mora eſt? aut quid jam Turne retractas?
Non curſu, ſævis pugnandum eſt comminus armis.

Ecce Turnus nolebat ſe cõtinere intra lineas.

Verte omnes tete in facies, & contrahe quidquid
Sive animo, ſive arte vales; opta ardua pennis
Aſtra ſequi, clauſumq; cavâ te condere terrâ.

Duplex duellandi modus; videlicet, interior, & exterior

Patet hinc eſſe duplicem modum pugnãdi; alii enim eminùs, & cõminùs alii cõfligunt. Hinc ortæ ſunt duæ ſectæ, diverſis & adverſis inſiſtentes Principiis; quarum altera *Interna*, & altera *Externa* vocatur. Et quidem prodierunt nuper nõnulli de Gladiatoriâ Scientia libri, inter quos, cui *Grandezas de la Eſpada* epigraphe, promeritus eſt apud doctos applauſum. Et conſultò hanc facultatem Sciẽtiam dixi non Artem, hodie enim Mathematicè traditur, per circulos ducta tempora, & ſpatia metitur. Narvaes noſtro ævo πολεμιστής egregius, *quẽ in adoleſcentiâ mem rãt apud Regem armis & Arte Duellicâ divitias magnas ſibi adeptum* [a] profitetur Internam, pedem ſtatim immittit intra lineas, & quà poteſt ſe inducit, ut [b] enſem Adverſarii lucretur. Aguaſius contrà hinc illuc inſilir, hac & illuc minatur, & quà datur occaſio (*Hiſp. y quando vee la ſuya*) ut fulmen irruit, inexſpectatuſque inimicum transfodit. Sed utra ſecta tradit & docet ſecuriorem doctrinam? Reſpondebunt Hiſtoriæ. Celebre nuper in Neapolitano Regno fuit à Comite A. & Duce B. initum ſingulare certamen. Uterq; erat in Gladiatoria exercitatiſſimus; non autem utrique fuit Fortuna æqualis. Stat Comes, & in adverſarium enſem dirigit. Dux Regulis Internæ Artis diffidens, hac illac curſitat. Et Comes, quem moræ tædet, ait. *Domine Dux huc ad pugnandum, & non ad tripudiandũ venimus, ſe immittat intrà lineas, & rem citò expediamus.* Dux autem illi. *Non indigeo inſtructione; finis duelli eſt victoria, quam non dabit cunctatio.* Et tandem Comes, dum in adverſario gladii motus ab Internæ Artis legibus exorbitãte aut miratur aut deſpicit, ſuum videt gladium cæſim excuti, ſuum ſentit pectus punctim transverberari. Ecce ſuccubuit, & tamẽ Internam Artem profitebatur. At Æneas qui ut vidimus Internæ legibus ſe dirigebat, Victoriam contra Turnum obtinuit. Dicendum ergo eſt Internam Externamq; ſi bene reducantur ad praxim æquè ſecuras eſſe, Victoriamque in duello, ſicut ab hujus dexteritate & viribus, ſic etiam ab alterius inadvertentiâ (Hiſp. *un deſcuido*) pendere.

a] Verba ſunt Plauti in Epid.

b] *Ganar la eſpada* phraſis eſt Artis Duellicæ.

De duello Ducis de Martino & Comitis de Converſano.

Potuiſſet Comes uti ipſiſſimis Virgilii verbis, ſed volui in hac Hiſtoria veracitatem materialem ſervare

Fertur Iudiciũ de iſtis Artibus

SE-

ECTIO VIII.

Adduntur adhuc aliqua de Gladiorum Idiomate.

GLadiatoriam, Artem profectò celeberrimam, Honos alit: nam ad bellum Honos Nobiles convocat, & in cāpo Gloriæ exſpectatio illos detinet, & præmia promiſſa conſervant. In illa, quæ *El Sitio de Olivenza*, inſcribitur.

Honor præferēdus eſt vita.

Al arma: al arma. R. *Sin duda,*
Que haze el Portugues ſalida
Por alguna parte. Porcia
Retirate: que la vida
Comparada con la honra
Siempre fuè de poca eſtima.

Et poſteà.

Præſtat honorabiliùs mori, quā cum infamia ſupervivere.

Soldados tened el vuelo,
Porque volveis las eſpaldas?
Mejor es morir con honra,
Que no vivir con infamia.

Qui hanc Artem ſerio profitentur carent verbis vocalibus; fruſtra enim diverberatur aer [*] ubi ferrum debet controverſiā decidere. Magiſter Leo in Comediā cui titulus, *No hay Amor como Fingir.*

Gladius interrogat: & interrogantı gladio appoſitè alius gladius reſpondet.

[*] Aerem diverberare, eſt verba inutilia & minimè profutura profundere. Et hæc phraſis ad Artem militarem ſpectat, nam 1. Corinth. 9. 26. inquit Paulus, Ego igitur ſic curro, quaſi nō in incertum, ſic pugno, nō quaſi aerem verberans, &c.

Iuan. *La Muſica ſuſpendiò.*
Yo reconocerè, quien es.
Fel. *Yo he de conocerle, pues*
Ya la Muſica ceſſò.
Iuan. *Con la lengua de la eſpada*
Mis zelos preguntarè.
Fel. *Con el azero verè,*
Quien me ſigue. Suerte ayrada!

Gundizalvus apud D. Franciſcum de Roxas in Comœdia, quam *En Madrid y en una caſa* inſcribi voluit; —— *Digo,*
Que no pienſo reſponderos
Sino con ſolos los filos
Deſta Eſpada ſi rehuſais
Los medios, que os ſolicito.

In Comœdiā *A lo que obliga un deſden.* D. Franciſcus de Salcedo ſic ſcribit.

Ignominioſè interdum verbis conveniens reſponſum dat gladius.

Fadrique que de Gregorio
Su amado ſobrino era,
Con el Cardenal Colona
Tuvo cierta differencia
Sobre el tomar el lugar.
Mas ſu hermano con ſobervia
Remite aquella vengança
A los filos de la lengua,
Que en publicas occaſiones
Cauſan la muerte mas fiera.
El affrentado y corrido
Tanto en el caſo ſe empeña
Que en una fiera eſtocada
Liberto toda ſu afrenta.

Erant verba, quæ præceſſerant,
Claud. *Si no deſiſtis Fadrique*
Del ambicioſo deſeo,
Seran las lenguas parleras
Los filos deſtos azeros.

Linguæ, quibus loquuntur nobiles, ſunt enſes.

In parte Comœdiarum vigeſima quinta, *La mas dichoſa vengança,* à D. Antonio de Solis exhibetur, & in ipsā, ut video, enſes etiam loquuntur.

D. Ludov. *Pues ſoys Cavalleros ambos*
De tan iluſtres reſpetos,
Como lo dize la Fama,
De quien informado vengo.
Ya os hize yo la pregunta,
Reſpondame vueſtro azero.

Et ſimilia in Novitiorum Poetarum libris frequentiſſimè occurrunt.

Cur non bellicis accenſeo Inſtrumentis, Gladiis, & Machinis Vaſa quibus interdum Principi propinatur venenum. Quoniam, ſi debeat mori, gladio, laqueo, aut pharmaco occidatur, perinde eſt. Subſcriptam igitur ſectionem lege.

Varia occidendi homines genera.

SECTIO IX.

De lethiferis vaſis.

An ex argillā vili, an potiùs è pretioſo metallo fuſa ſint?

AVreis & argenteis ſcyphis venena regibus & Imperatoribus ſunt propinata. Etiam in vitæ panc periclitantur Principes; nam in ipſomet Euchariſtiæ Sacramento virus, cum ipſo mors illata à Sacerdote fuit Henrico VII. Imperatori Romanorum. Genebrardus ad ann. 1315. Ruſtici & pauperes hoc periculo carent; quoniam vera eſt, & longa experientia confirmata Iuvenalis, Poctæ antiqui, ſententia.

Venena non in fictilibus, ſed in aureis & argenteis vaſis Regibus propinantur.

An aliquando in Euchariſtia.

—— *Nulla aconita bibuntur*
Fictilibus.

Et eam his Hendecaſyllabis Antonius Guzzius in *Agrophil. pag.* 163. eleganter expreſſit.

Quiſquis lethiferum timet venenum
Clarā non bibet, aureāque teſta
Convivam jugulant ſuum Falerna
Lethæo, Stigioque miſta ſucco;
Et carchéſia ſæpè, fabuloſi
Sudor Praxitelis, nigrent cicuta.
Vitam quiſquis habet propinquiorem,
Totum fictilibus ſitim levabit.

De hoc argumento multa apud Scriptores reperies.

Relege attentè, & Principum conditionem periculoſam miſeratus, hoc Monitum auſculta, & accipe.

VIGLEVANI

Typis Epiſcopalibus apud Camillum Conradam MDCLXXIX.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

SIGALIONIS
SEV,
HARPOCRATIS
INDEX CRITICVS.

B

BArbariſmus, quomodo à Solæciſmo diſtinguatur? 135.a.
Quot modis committatur? ibid.b
Barbarus quid apud Latinos ſignificet? 135.a
Bethel, quid Latine ſignificet? 190.b
Bethſaida, nomen Hebræum, an à ſufficientiâ dicatur? 173.b
Byrſa unde dicta? 209.b

C

C & G, quantum ſemper fuerint affines? Quid illas charactere diſtinxit? 120.a
Caſura brevem ſyllabam aliquando producit. 94.a
Calamus, an in diphthongis debeat binas vocales diſſolvere, an verò adglutinare? 81.b
Camelus animantis & rudentis nomen eſt. Locus Evangelii illuſtratus. 196.b
Camets ᷾ Hebræorum vocalis, an ut α, an verò ut ω proferri debeat? An S. Epiphanii libri corrupti ſint? 72.b
Campar, an ſit verbum Hiſpanicum? 206.b
Cancer, an quando ſignificat morbum, ſit Cancer, eris & neutris accenſeatur vocabulis? Cur Critici fuerint allucinati? 196.b
Carmen fictum, quid ſit? 75.b
De Carminum tribus differentiis. 87.b
Cecear quid? Et quid ſeſear apud Hiſpanos ſit? 131.a
Charmels nomen æquivocum, commune & proprium, quid ſignificet in acceptione communi, & quid in propriâ? An debeat ſcribi per ch? 191.a
Chriſtophorus, unde Græcè? Unde Latinè? Unde & cur Chriſtoval Hiſpanicè dicatur? 147.a
Chriſtallinus. Quanta penultima apud Latinos ſit? & quãta apud Hiſpanos? 195.b
Criatura, quot ſyllabas habeat? 30.a
Cognoſco verbum quid ſignificet? 79.a

D

DE, Di, In, Dis & Re particulæ, quid valeant in compoſitione? 119.b
Debet & Oportet, quid ſint? 97.b
De Dei nomine. Quomodo ſcribatur? quibus punctis notetur? quomodo proferatur? 70.b
Devoveo verbum, unde Devotus, quid ſignificet? Sumitur in bonam & malam partem. 120.b

Sigalionis Index.

De Diphthongo æ, an olim ſonuerit e purum, an verò utraque vocalis exprimeretur? 176.a
Do, das, an careat Præterito & Futuro? 99.b
Δόμνεος, an ſit vox à Græcis recepta? 77.b
Vox donec, quid ſignificet? 151.b
Inter Δρᾶγμα & Δρᾶμα, quale ſit diſcrimen? 57.b

E

Eἱμαρμένη Græcè, & Fatum Latinè, an idem ſint? 65.b
Eſpuela de Caballero nomen æquivocum. 196.a
Errear, quid ſit apud Hiſpanos? 131.a
Eunuchus, Taurus, &c. An & quando ſint generis fœminini? 134.b
Exordium, an poſſit à Silentio deſumi? 25.b
Extra quid ſignificet? 153.a

F

FAS eſt nomen defectivum. Cur tres caſus, & non plures habeat? 64.b
Fingo verbum, quid ſignificet? 94.b
Fingir verbum, quid Hiſpanicè ſonet? 94.b
De verbis For, aris, & Dico, is. Quænam nomina exoriantur, & formentur ex primo? Et quæ ex ſecundo? 63.b
For, aris, an ſit verbum incompletum? Quæ in illo perſonæ deficiant? Quodnam ſit inter fari & loqui diſcrimen? Quænam compoſita à For, aris naſcantur? 64.a
Nomen Frater, ſi Latino charactere ſcriptum, protrahit primam, etiam ſi Græco. 135.b
Frigidus, quid ſignificet? 193.a
Fulano in Hiſpania, quid ſignificet? 207.b

O

H: Quomodo apud Hiſpanos ſonet? An vim conſonantis habeat? 99.a
Hieruſalem, quomodo apud Græcos aut etiam Latinos declinetur? 189.b

I

I, *an duplicis conſonantis vim habeat?* 90.b
I, *&* U, *an & quomodo ab* J *&* V *diſtinguantur.* 81.b
JEHOVA, *quid ſignificet? An, & quomodo Latinè reddatur?* 70.b. *An poſſit à Græcis & Latinis ſcribi? De ejuſdem punctis. Unde ſumantur? An ſit* ἰαω*?* 71.b
Ille *pronomen Latinum, &* aquel *Hiſpanum, an ad primam perſonam ſpectet?* 58.b
In *in compoſitione, cur tranſeat in negationem?* 116.b
Vocabula nonnulla proponuntur, in quibus In *modificat ſignificationem. ibid. Adduntur alia verba, in quibus præpoſitio* in *eſt negativa.* 117.a
Cur præpoſitio In *in compoſitione aliquando poſitivè & aliquãdo negativè ſumatur? Juſti Lipſii Proteſtatio.* 117.b
Infante *apud Hiſpanos, cujus generis ſit?* 47.b
In nomine *&* in nomen, *an ſint idem?* 116.b
Nomen Inſcribibilis *exponitur.* 116.a
Intra, *quid ſignet?* 153.a
Ironia an ſit toleranda? 97.b
Ironia, an à Diſſimulatione diſtinguatur? 93.a
Juppiter. *An in Genit.* Juppitris, *aut* Juppiteris *habeat? De obliquis* Jovis, Jovi, Jovem, à Jove. *Unde prodierint?* 72.b

K

K, *an in Abecedario Hiſpanico ſit neceſſariò collocanda? An etiam in Latino?* 248.b
Kineſiologia, quid ſit? 148.a

L

Lateo, *unde ſit?* 79.a
Latini, quomodo nomen JEHOVA *legerint?* 72.b
Leges de verſibus. 88.b
Leges, quæ nos in Grammaticâ gubernent, unde deduci debeãt? Unde corrigendæ ſint, quæ vulgatæ? 130.b
Λίθη, *an ſit vocabulum Perſicum, non Græcum?* 79.a
Lingua Punica ab Aſſyriâ proceſſit. 194.b
Litera Ⅎ *à Cæſare Claudio adinventa, an ſit neceſſaria?* 119.b
Litera Martialis & Militaris, quæ? 133.b
De Literarum numero. An plures aut pauciores characteres eſſe poſſint, quàm in linguâ ſunt ſoni? 116.a
De Literis, quas Chilpericus Rex Rhunenſi Abecedario addidit. 120.a
Longè *quid ſignificet?* 152.b
Ludi Floralia, *an ſine ſolœciſmo dicantur?* 248.a

M

Morio *&* Moro; Κύριος & Κυρός; Dominus *&* Domnus, *an & quomodo differant?* 77.b
Muro, Pared, Muralla, *nomina Hiſpanica, quomodo diſtinguantur?* 175.a
Murus *nomen Latinum, quid? & quid Hebraicum ſonet?* 175.b

N

N. *Quid apud Eccleſiaſticos ſignificet?* 207.b
Nomen Comparativum, an interdum non comparativè, ſed adverſativè ſumatur? 91.a
Non poſſum, *an idem ſit, ac* non debeo*?* 97.b

O

Ophir *&* Peru, *an ſint idem? Cur* פרוים Peruaim *aut* Peruvaim *in duali dicatur?* 56.a

P

Φ *&* Υ *literæ Græcæ, nec non* B, F, H, V, *latinæ, quomodo proferantur?* 119.b
Philomaches, quomodo apud Latinos variari debeat? 215.b
De vocibus Poſſum *&* Non poſſum. *Quomodo reſtringantur?* 97.a
Prope *quid ſonet?* 153.a
Puncta, apud Hebræos, an fuerint alterata? 230.a
Pura. *Quid Latinè, quid Italicè, & quid tandem Hiſpanicè ſignificet?* 81.b

R

R, *qualis litera ſit?* 131.b
De Rhetoricæ partibus. Quæ & quot ſint? 25.a

S

Saphar *Hebræorum & Hiſpanorum* Contàr, *an coincidant?* 3.a
Vox, Sic volo, *qualem cenſuram mereatur?* 96.a
Solennis-ne, *an verò* ſolemnis *ſcribendum ſit?* 229.a
Solœciſmus quid ſit? 130.a
Solœciſmi, an-ne in Cicerone reperiantur? ibid.
Solœcophanes quid ſit, & quo modo differat à ſolœciſmo? 134.a
Spiritus in Grammaticâ Græcâ, qui ſint? Eorum diviſio? 62.a
Supra *quid, & quid* infra *importent?* 153.a
Syllaba in fine dictionis relicta, ſi ſequens dictio à duabus conſonantibus, vel ab unâ duplici incipiat, an producatur? 181.a

T

Teneer *verbum, exponitur.* 60.b
Terra ſiluit, *quid in Scripturâ ſit?* 4.a
Torcular. *Quanta ſit ſecunda in ipſo ſyllaba?* 179.b
De Tranſmiſſione. Quæ Figura ſit, & quid in latinis vocabulis præſtet? 120.b
Tropi an inter dictiones barbaras numerandi? 135.b

V

V, *nec conſonam, nec vocalem Græci habent.* 120.a
Vander, *quid ſit? An articulus ſit, & non cognomen? Utram ſyllabam acuat?* 57.b
Vates *&* Vaticinor, *an deriventur à* Fatum*?* 66.a
Vaticinor, *an & cur ſit* delirare*?* 66.b
Verba, quæ Barbara *cenſeri debeant? Et quæ dicantur ſolœciſmi?* 130.a
Verſus primus Pſalmi LXIV. dilucidatur, Variæ Verſiones proponuntur. Quid Vatablus dicat? 6.a
Uno *in linguâ Hiſpanicâ quid ſignificet?* 29.b
Vox ſimplex, an poſſit vocari phraſis*?* 94.b
Vox una & eadem è diverſis fontibus prodire poteſt. 196.b
Voces novæ aut barbaræ quomodo dicendæ aut ſcribendæ ſint, quin ſubjiciantur Criticorum cenſuræ? 110.a

X

X, *Litera latina, &* Ξ *Græca, quomodo proferatur?* 120.a

SIGALIONIS
SEU
HARPOCRATIS
INDEX GENERALIS.

A

Abbas an ſit nomen Dei ſolius? 77.b
Abbates an ordinentur? 109.b
De Abſtinentiâ à Carnibus. 198.a
De Academiâ Philomatharum apud Senas. An *Philomatharum* eâ vocari poſſit? 215.b
Acceptatio in promiſſione, an ſit neceſſaria? 99.a
Accidens, quid ſit? 145. An accidentia poſſint exiſtere ſine ſubjecto? 145.
Actæon, cur periit? 141.b
Actio, una & eadem, quæ in uno bona aut ſaltem tolerabilis eſſet, an in alio poſſit mala cenſeri? 87.b
Actio & Paſſio, an loquantur? 146.
Actus, quo mala impediuntur, eſt bonus: & quo bona eſt malus? 87.a. An actus unus & idem indifferens, poſſit eſſe bonus & malus? ibid.
Actus Charitatis ſupernaturalis *amplexuum* nomine in Canticis ſignificantur. 84.b
Actus Sacramentales, quid ſint? 37.a
Actus humani, an ſint omnes indifferentes? 85.a
Adamantes, an ſint diaphani? 47.a. An in pileo loquantur? 225.b
Advenæ, an authoritate publicâ poſſint examinari? 100.b
Adulterium, quid ſit, & unde dicatur? 211.a. An & cur nec quidem nominari debeat? 80.b
Ægyptii, qui apud nos nominentur? 90.a
Ænæas, quænam Didoi promiſerit? An violaverit fidem? Quænam in Didûs hiſtoriâ notari debeant? 194.a.b
Æquivocatio, an in veſtium ſignificatione eſſe poſſit? 223.a.
Aër, unde & quò perveniat? 155.a. *Aërem verberare*, quid ſit? ibid.
Ætas Deorum, an mutari poſſit? 138.b
Æterna omnia & divina, quàm intellectu difficilia ſint? 22.a
Æther, an quintum Elementum, & à quatuor diverſum ſit? 3.b
Ætna, an vociferetur, clamet, ululet, tonet, murmuret, an etiam mugiat? 221.a. An ſit hypocrita? An mentiatur? An ſit ovra premens corpus Enceladi? 221.b
Agar, cur puteum apud ſe proſtantem videre non potuerit? 143.b
Ager, quid ſit, & unde dicatur? 163.b. Accipitur variâ ſignificatione. 164.a
DD. Agratii, Pater & Filius. Viri magni laudati. 105.a
Aldea quid apud Hiſpanos ſit? 172.a
Alexander Miles & Muſicus. 27.b. Cur lugebat? 59.a
Alfurkan, an & cur *Alcoranum* dicatur? 110.b
Almanzor Rex Cordubæ, fuit ferociſſimus. 47.b. Vincitur tandem: ſe inediâ occidit. 48.a
De Alpheo flumine. An per ſubterraneos meatus infra mare decurrat? 111.b
Alphonſus X. quando regnabat? 46.b
Altaria, cur erecta fuerint? 174.b
Accedere ad Altare, quid? & quid *circumire*? ibid.
Altaria tangere, erat jurare. ibid.
Altitudo, quid ſignificet? 152.a. Sumitur in bonam partem, & aliquàndo in malam. 152.b
Ambitio, qualis ſit? 147.b
Amor an ſilentio intendatur? 4.b
Amplexus ſecundi in conjugibus, qui? 84.a
Andronicus Collega Imperii, quomodo debebat ſubſcribere? 214.a. An & quomodo ex charactere Andronici objiſſe jam Michaelem Palæologum dignoſceretur? 214.b.
Angeli & Rationales Animæ diverſis affecti qualitatibus, ſicut ſupernaturaliter ſolent, ſic etiam poſſunt infranaturaliter operari. 156.a
Angerona, qualis Dea fuerit? Cur illi Romani ſacra fecerint? 2.
Angina, quid? 2.a
Anima, an ſuas veſtes habeat? An & ipſæ loquantur? 222.a
Animæ potentiæ cur vocem Confeſſarii per os moribundi remittant? Et cur talis ægrotus mori alieno vulnere cenſendus ſit? 13.a
Animalia, an & quomodo loqui poſſint? 151.a
Animantes, cur dicantur ἄλογα? 207.a
Anni ab Adamo ad Abrahamũ, & ad D.N. Jesũ Chriſtũ. 38.
Antigonus Macedoniæ Dynaſta, qualis fuerit? Cur Δώσων dictus? 253.b
Antoninus Diana laudatus. 199.b
Antonius, Pauli-ne, an Paulus Antonii fuerit hæres? 59.a
Apollidorus celeber Architectus ab Hadriano Imperatore occiditur, & cur? 104.b
De Apolline, & Muſis. An aliquando fuerint? Muſas Virgilius invocat. Comes Teſtius Phœbi adſiſtentiam implorat. pagina 28. a. Quid de Poëtis di

ci deberet, ſi loquerentur ſeriò? Lectores, an Scandalizentur? An liceat de Apollinis Muſarumque Divinitate dubitare? 29.a
Apoſtolus, quis? 17.a
Aqua unde dicatur? 155.a
Aquæ vivæ, & aquæ mortuæ, quæ? 160.b
Ata, an ſit idem ac Altare? An abſolutè poſita Idololatriam concernat? 175.a
Arboretum, quid ſit? 167.b
Arca, pro quo ſumatur? 187.a
Area per Antonomaſiam quid ſignificet? 167.b
Argumentari ad hominem, quid ſit? 120.b
Argumentum negativum, an & quando ſit efficax? 18.a. An in Philoſophiâ valeat? ibid.b
Arias Comicus in Hiſpaniâ. Quid ab illo addiſcerent Concionatores? 89.a
Ariſtoteles, an ſciverit, quid ſit Accidens? Quid de Subſtantiâ ſtatuat? 145. Ejus Philoſophia, dividitur per diverſas Scholas. 197.a,b
Arithmetica, quàm neceſſaria ſit? 90.a
Arma optima, quænam ſint? 227.a
Arma omnia militaria loquuntur. 245.a
Arrogantia quid ſit? 251.a
Ars tacendi, quàm ſit difficilis? 1.
Ars Gladiatoria, qualis Quevedi opinione, & qualis noſtra ſit? 254.a
De Arte Ciphricâ. An illam percalluerit Quevedus? 62.b
Aſcolopaga, avis, benevolentiæ ſymbolum. 110.a
Aſtra, an inclinent? An neceſſitent? 41.b
De Aſtronomiâ. 43.b
Aſtronomorum hypotheſes & Tabulæ incertæ. 43.b
Aſtrologi, an & de quibus vera dicant? 42.b. Eorum fundamentalis ſyllogiſmus. 42.a
Aſtrologia Judiciaria eſt inertia. 43.b
Aſtrologia Cabaliſtica exponitur. 133.b
Aſtrologiæ incertitudo, quanta ſit? 43.a
Atabaliba, Peruviæ Imperator, quomodo ad conflictum proceſſerit? De aureâ ejus ſede. Quanti valuerit? 225.a
Atridæ, qui fuerint? 228.a
De Attributis divinis, An, & quibus nominibus ſignificentur? 69.a
Attritio Filialis, quo ſenſu à Theologis appelletur ſufficiens? 36.a
Aves in feneſtris cantare, quid politiceè ſit? 188.b
Augures, an artem veram profiterentur? 148.a
Augurium, unde dicatur? 150.b. Auguria ſunt vana, futura non prædicunt. ibid. An aliquando à Deo proveniant? An ad illa Dæmon interdum concurrat? 151.a
Aurora, an à vertice deſcendat? 45.a
Aurum, an loquatur? & an ſit, qui efficaciæ, quam in loquendo habet, poſſit reſiſtere? 251.b
Authoritas & Nobilitas in Indiâ conſiſtit in ciborum delectu. 92.a

B

Baptiſmus, an vendatur? Eraſmi opinio, Ejuſdem ad Turcarum Imperatorem Epiſtola. 34.a
Baptizare in nomine Jeſu-Chriſti, quid ſit? 40.b
Barbari, quinam in Græciâ dicti fuerint, & cur? 134.b
Barcinonis & Marſiliæ diſtantia, quanta ſit? 52.b
Baſan, à quibus olim habitata fuerit? quomodo poſteà inter Hebræos diſtributa? 191.b
Beatitudo æterna ad mentem Mahometi, in quo conſiſtat? 84.b
Benaventum, an ſit Inſula? 159.a
De Beneficii cauſâ. 126.a
D. Bernardus, quo tempore floruerit? 213.b
Bethlehem eadem quæ *Ephrata*. Cur fuerit condita? an propter rationem futuram ignotam ipſiſmet conditoribus? 190.a.b
Bœotia, unde dicatur? 192.b
Bonifacius VI. Qualis fuerit? 108.b
Brachia, an in mutuo amplexu colloquantur? 95.b
Bruta, an ſomnient? 249.b
De Brutis bene inſtructis. Quanti valeant? 49.b
Byrſa, quid ſignificet? Cur hoc nomine inſigniatur Carthago? 195.a

C

Cadaver projicere in mare, an turpe ſit? 126.a
Cadavera comburere, an ignominioſum, aut honorificum ſit? 126.b
Cain habet ſignum & characterem, ex quo poſſit bene cognoſci. Quale illud ſignum fuerit? An fuerit Canis? an tremor? an litera ק vel א? an ת? An tabula à collo dependens? An poſſit pingi? 54.b. An hæreticum ſit aſſerere eſſe hodie in Mundo aliquos, qui à Caino deſcendant? 54.a
Caliſto, an poſſit in Polo Auſtrali collocari? 56.b
Campana in Horologio quomodo, etſi ultra ſextum ictû non pulſet, omnes poſſit horas uſque ad vigeſimam quartam ſignificare? 215.a
Campus & Ager an ſint idem? 264.a
Cancer piſcem, aſtrum, & morbum ſignificat. 196.b
De Canticis biſotibus. Quænam illa ſint? 229.a
Canum eſſe, an potiùs præſtet, quàm calvum? 239.b
Capilli, an mentiantur? 239.b. Capillos canos auferre, an ſit mentiri? ibid.
Captivus, quomodo de ſuâ ſcientiâ & virtute loqui debeat? 51.b
Caput ſubmittere eſt aſſentiri & adnuere. 226.b
Cardinales antiqui, an Eminentiſſimi dicendi ſint? pag. 9.a.
Cardinales, quem in Conclavi creent? 109.a. In examine Epiſcoporum quando volunt, interrogant. Solet interdum Summus Pontifex argumentum adſumere. Quo poſſit modo Vir urbanus Summo Pontifici argumentanti reſpondere? 199.b
Carcer oblivionis, an, & cur, & à quo ædificatus ſit? pag. 79.b.
Carmina, an proſint? 140.a
Carnifex, an habitare debeat in Civitate, in quâ Princeps? 183.b.
De Caroli V, Coronatione. 201.b. Ejus Epiſtolæ, quomodo interpretatæ fuerunt à Miniſtris Hiſpanis? 198.b
Carthago unde dicta? 209.b
Caſus, in quibus neutra ſit opportuna ſententia, an recurrant? 20.a
De Caſu, 65.b. An & quomodo differat à Fato & Fortunâ? 66.a
De Catechiſmo, Quâ ætate illum à parentibus noſtris doceamur? 35.a
De S. Catharinâ Virgine Alexandrinâ. 170.a
Cathedra, Sedes Regum & Principum erat. 182.a
Catholici, an Fatum, Caſum & Fortunam licitè poſſimus admittere? 42.a
Cauſa quæſita, quæ? 140.a
De Cauſæ & Effectus connexione. 125.b
Cauſæ operantur vel per ſe, vel per accidens. 27.a
Cenſores, quales aliquando ſint? 27.a
Centones profani, an poſſint ex ſacræ ſcripturæ verſibus fieri? 33.b
Chaldæorum & *Mathematicorum* nomine, quinam in Patrum Veterum libris intelligantur? 89.b
Characteres numerorum, an poni pro literis poſſint? 146.
Charmelus, qualis provincia olim fuerit? 191.a
De Charontis cymbâ. An illa fabula alicui veritati innitatur? 102.b
Charta deletitia, quæ? 124.a

Χλωρις, qualis fuerit,& quale teſtamentum condiderit? An, & cur, & quomodo ejus ludi fuerint emaculati? 248.a
Chocolates,quid ſit? In quâ ille linguâ bonus ſit? 96.a
Chriſtianus nullus poteſt vocari *Jeſus*. 78.a
Chriſtiani, quo cultu Cœlites veneremur? 174.a
Chriſtus,an & quo ſenſu mortuus alieno vulnere cenſendus ſit? 33.a. Eſt Deus, non tamen Deus Trinus, & Unus. 31.a. An ab Hiſpanis *Hombre endioſado* dici poſſit? 31.b.Chriſtus eſt Lapis Lydius. 37.b. Chriſtus, an Parochi, aut alterius hominis nomine, Sacramenta conficiat? 40.b. Pro Chriſti Fide velle mori, an ſemper ſit actus charitatis? 36.b
De Chymicis, Aſtrologis, Philoſophis. An cum multa loquuntur,nihil dicant? 23.a
Cicero, an erraverit ειρωνείαν diſſimulationem appellando? 94.b
Ciphra,unde dicatur? 122.a
Circumſtantia turpis,an & quando cõtractũ dirimat? 125.b
Circumſtantia (ut à monumento non diſcedat) an ſit indiſcreta,& impoſſibilis? 126.b
Circumſtantia jurisjurandi, an ſit turpis? An debeat haberi pro non ſcriptâ? 128.b
Circumſtantia ſacrilegii in furto,aut inobedientia, an debeat linguâ explicari? 242.b
Circumſtantiæ turpis nomine, quid intelligatur? 125.b
Circumſtantiæ aggravantes, an ſint in Confeſſione exponendæ? 18.a
Circumſtantiæ impoſſibiles, an turpes cenſeri debeant? 126.b
Ciſterna,quid ſit? 161.a
Ciſterna Neroniana Puteolis,qualis & quanta? ibid.
Bibere de Ciſternâ alienâ, quid? ibid.
Fodere ciſternas diſſipatas, quid ſit? ibid.
Civitas David,quænam ſit, & quare ſic vocata? Quinam in illâ habuerint domicilia? 190.a
Civitas numeroſa, quid ſignificet? 171.a
Civitates cur mœnibus coronentur? ibid. Apud fluvios propter commoditatem ædificantur. 159.b
Clepſydra,unde dicatur? ex quâ materiâ conſtet? 215.b
In Cœlibatu manere, an ſit turpe? Quid ſenſerint Veteres Romani? 127.a
Cœlum,an loquatur,& quid? An ſit Dei Sedes? 153.b.An ſit corruptibile? 154.a
Cœlum & Mare,cur alta dicantur? 152.a
Cœli,an laudes Divinas canant? 2.b. Quando & quomodo loquantur? 3.a. An nomen *Cœli* accipiatur pro Angelis? ibid.
De Collegiis Hiſpanicis. Cur veſtis lacera ibi ſit honorifica? 229.b
Collis, quomodo differat à Monte? 166,b
Colles in bonam & in malam partem ſolent accipi. 167.a
Colles & Valles ſumpti ſimul, quid ſignificent? 167.a
Colores omnes, an poſſint & quomodò pingi & diſtingui ſolo Nigro? 243.b
Comes de Villamediana, Satyricus Poëta occiditur. 86.b
Comœdia, an una & eadem à pluribus Authoribus componi poſsit? 30.a
Comœdiæ Calderonis,quales ſint? 22.b
Comœdiæ de argumentis profanis an tolerandæ ſint? 27.a Quibus admiſsæ, aut non admiſsæ ſint? 87.b. Cur approbentur, & permittantur in publicam lucem prodire? 88.b
Doctrina de Conceptione minùs pia, an ſit ineffabilis? 67.b
Concilia cur in Eccleſiâ cogantur? 18.b.An aliqua neceſſaria omiſerint? ibid.
Concionatores operibus potiùs quàm verbis prædicare debent. 75.b. An ex hiſtoriis cogitatis conceptus pulchros deducere poſſint? 154. a. Quid facere debeant? Quid Eleemoſynarii? 249.a
Conclave quid ſit, & cur ita dicatur? An differat à Triclinio? Apud Catholicos,quid hodie ſignificet? 178.b
Inter conditionem & onus, quæ differentiæ ſint? 125.b
De conditione turpi. Pro non poſitâ haberi debet. 125.b
De Conſenſu Morali,ſeu Virtuali. 8.a
Conſequentia nulla certa ex temperamenti cognitione deducitur. 43.a
Conſilia interdum, quæ ſecundum ſe commendarentur, veniunt ob circumſtantias improbanda. 105.b
Conſultar con la Almoada apud Hiſpanos quid ſignificet? An ſimili etiam phraſi Hebræi utantur? 179.b
Contractus conditionatus purificatâ conditione tranſit in abſolutum. 125.a. Et ſublatâ conditione dirimitur, at ſublato onere non dirimitur. 125. Quid de eo dicendum ſit,ſi conditio appoſita impoſſibilis ſit? 126.b. Quid, ſi illum celebrans cognoſcat aut non cognoſcat impoſſibilitatem? Et quid in dubio? 127.a
De contractu venditionis inter Caſtellæ Comitem, & Leonis Regem celebrato. An fuerit validus? 50.b. De pœnâ,quæ ob moram impoſita. Cur à Legionis Juriſdictione Comitatus Caſtellæ exemptus fuerit? 51.a
Contradicere, An, & quando aliquis non contradicit Hæretico, ipſamet contradictionis omiſſio loquatur,& hæreſim approbet? An, qui non contemnit, favere cenſendus ſit? 22.b
Contradictio in quonam conſiſtat? 2.b
Contritio perfecta, an ſit, vulgò putatur, difficilis? 36.a. Ejus actus. Quales ſint priores actus? Qualis tertius? An cum Sacramento ſit ſacrilegus? 36. a. Actus quartus,qualis ſit? ibid.
Contritio imperfecta,an ſit bona? 36 b
Cor durum Petræ nomine ſignificatur. 170.b
Corbona,quomodo differret à Gazophylacio? An *Corbona*, an verò *Corbana* dicenda ſit? 189.a
Cornu, quid ſignificet? 246.a
Cornua,an habeant varios modos loquendi? ibid.
Corona Cæſarea, quid ſignificet? 203.b
Corpus Chriſti, an in triduo habuerit formam cadaverinam? an & corruptum fuerit? An manſerit in eo materia prima ſine formâ? An habuerit poſitivam formã cadaverinam? Scotiſtarum reſolutio. 32.a
Crimen proximi occultum, an poſſis uni, aut alteri viro prudenti revelare? 242.b
Crines tingere,an liceat ſeni? 239.a
Crux eſt Religioſorum Militarium habitus. Illam ad Epiſcopatum promoti retinere debent. An etiam Mercenarii,Trinitarii,&c. 223.a
Cubiculum quid ſit, & unde dicatur? Si ſit commune, quid ſignificet? 179.a
Cubile quid ſit, & ad quid ſerviat? Pro quibus accipiatur? 179.a

D

DÆmon,cur Princeps Mundi dicatur? 153.b
Darius, cujus facit mentionem Ptolemæus, quis fuerit? 207.b
Darii, Reges Perſiæ fuere tres. 208.a
David, togæ-ne, an pallii regii Sauli laciniam exciderit? 230.b
Decreta Cæleſtia, an debeant neceſſariò adimpleri? 41.b
Deipara & S. Joſephus in virtute ſimillimi fuerunt. 75.b
Deiparæ laudes non admittunt hyperbolen. 75.a
Dentiſcalpium an verax ſit,& mentiri non velit? 223.b
Deſertum,quid ſignificet? 163.a. An qui eſt in mediâ Civitate,dici poſſit habitare in deſerto? ibid.
Deus, qui & qualis ſit? 228. a. Quid ſit, an ſcire poſſimus? Pulcherrima Simonidis ad Hieronem Tyrannũ reſponſio, 70.a. Deus,an factus ſit homo? 31.a. An à viventibus videri poſſit? 69.a. An ſit innominabilis? An quoad ſe ſit effabilis, & quoad nos ineffabilis? Cur ſit in-

Google

ineffabilis? Cur nomen habere non debeat? 69.b. An & cur ſit Dominus? 71.a. An ſit immutabilis? 138.b. In nubibus ſedet. An ſolus ſupra nubes ſit? 157.b. Cur nominetur *Sçadai*? 163.b. Cur in montibus loquutus ſit? 165.a. In monte coli voluit. 166.a. Cur benedictus in Civitate, & benedictus in agro dicatur? 171.a. Deus Moyſeos, an ſit fictus? Diodorus loquitur, ut Ethnicus. Qualis Hiſtoriographus ſit? 72.a. Voces *Deus* & *Dominus* an apud Gentiles confundantur? 77.a. Nomen *Deus*, an ſano ſenſu competere poſſit hominibus? 76.b. Dei nomen, quomodo poſſit ſcribi? 70.a. An & cur à ſolo Summo Sacerdote proferatur? 71.a. Deum, an ſæpè tacendo veneremur? 21.b
Diabolus Magnus Lignenſis, quis fuerit? 107.b
Diapaſon ſeu Octava, quot intervalla numeret? 52.b
Dicteria acuta, vix unquam ſunt indifferentia. 86.a
Dido, cur ſe occiderit? An Æneam amore temerario dilexerit? 210.a. Authores, qui pro ejus pudicitiâ & innocentiâ ſcripſere, ib. An ipſa & Æneas fuerint contemporanei? ibid.
Diei diviſio in Bohemiâ & Italiâ. 215.a
Dierum in Faſtos & Nefaſtos diviſio. Quid in alterutris poſſit fieri, & non fieri? 66. Cur in Faſtis forum ſileat? ibid.
Dii, quâ dialecto nobis? & quâ denique inter ſe loquantur? An utantur antiquatis Græcæ Linguæ vocabulis? 138 b
Diluvium, an alterum olim venturum ſit? 157.a
Dinocrates, quis & qualis fuerit? 228.b
Dionyſius Tyrannus Jovem ſpoliat & irridet. 221.a
Dioryx non eſt nomen fluvii, ſed ſignificat foſſam. 160.b
Un Dios, quid ſit? 30.a
Diploïs an ſit *clamys*? 230.b
Diſciplina vivendi, & agendi apud Latinos, qualis olim fuerit? 227.b
Diſſimulatio an ſemper improba ſit? An ſit virtus? 93.a
Divites, an cùm dona pretioſa templis nuncupant, offerant dona aliena? An in hac ipſi vitâ receperint mercedem ſuam? 13.a
Doctores, an omnes docti ſint? 124.b
Doctrina, quæ apud viros eſt vera, an apud Mulieres poſſit eſſe falſa? 85.b
Dolor vocem intercidens deſcribitur. 11.b
Dolor ſummus, qualis ſit? & quale ſummum gaudium? 55.b
Nomen *Dominus*, an ſit ſolius Dei? 76.b
Domitius Afer, quâ arte ſe à mortis ſententiâ imminente ſubduxerit? 104.b
Domus, quid, & qualis ſit? An ſit animalium manſio? 176.b
Domus Domini, quid importet? 177.a
Domus ſervitutis, quæ? ibid.
Domus æternitatis, quid? ibid.
Domus paterna, quid importet? ibid.
Domus magna, quæ? ibid.
Domum penetrare, quid ſignificet? ibid.
Domum ædificare, quid? ibid.
Dotes Virgineæ cum æthereis collatæ. 73.b
Duellandi modus duplex. Exponitur uterque. 254.b

E

Ecleſia Græca & Latina non ſunt duæ Eccleſiæ, ſed duæ ejuſdem Eccleſiæ partes. 109.a
Eccleſiaſticos quinam alere debeant? 35.a
Ἐχεμυθία, quid apud Pythagoræos fuerit? 7.a
Echo. Quomodo refringatur? 11.a. Quid ſit? Ubinam habitet? Cur ultimas tantùm reponat ſyllabas? An corpus habeat? Ubinam verè ſit? Qui Echus cauſas cognoverunt? An Fabula hic veritate ſit prior? 12.a
Ἠχοί, qui ſint? 12.b
Effectus, an idem aliquando à cauſis oppoſitis proveniat? 66.b
Eleazarus, qualis fuerit? 244.a
Ad electionem quid requiratur? 85.b
Princeps Elector, an ſe poſſit eligere? An & quando unus habere poſſit duas voces? 200.a
Electores in Comitiis Imperii, quo ordine ſedeant, & quo ſua vota referant? 200.a. Cur nunc nequeant facere, quæ olim Imperatores fecerunt? ibid. An, & quando duo fuerint in uno Electoratu? ibid. Vices ſuas poſſunt aliis committere. 201.a. Legati ipſorum ſemper illos ſequuntur. ibid.
Electores, Epiſcopi, & Abbates, quo ordine ſedeant in cōſecratione Imperatoris? An & quando & cur ſe ſubducunt Electores Hæretici? 201.b
Elementa ſublunaria, an loquantur? 3.a
De Elephante & Rhinocerote. An illos antiqui cognoverint? 57.a
Eliſa, cur Dido vocata fuerit? 209.b
Emaculatio, quid ſit? 79.b
Embeleſado apud Hiſpanos quid ſit? 112.a
Emmanuel, an nomen characteriſticum ſit, & tantummodò Chriſtum ſignificet? 30.b
Emmanuel Rex Portugalliæ laudatus. Scriptas à Ludovico Sylveirâ literas ſuis antefert. Quid ex hac Ludovicus prælatione præſagierit? 104.a
Enceladus, quis? 165.b
De Ente Morali, ſeu Virtuali. Quid ſit? 8.a
Enthymema, quid ſit? Quomodo illud in Scholâ à Philoſophis; & quo à Politicis in aulâ conformetur? 144.a
Enſis cur dictus ſit lingula? 251.b. An loquatur? an interroget? & an reſpondeat? An alios enſe ſalutare poſſimus? 252.a
De Epigrammatis Græcorum. Cur in Latinos fulminentur? 134.a
Epiſcopus, unde nomen ſortitus ſit? 169.b
Epiſcopus, an poſſit ex alienâ Eccleſiâ poſtulari? Quid requiratur, ut dignè quis eligatur Epiſcopus? 109.a
Epiſcopus, qui veſtem nigram habet, qualis ſit? 223.a
Epiſcoporum nomina, qui interfuerunt Synodo Carthaginenſi & condemnaverunt Hæreſim Pelagianam. 212.a. Cujas Papa Innocentius fuerit, qui eidem præfuit? ibid.b.
Epiſtolæ, quæ & quando coronabantur? 244.b
Equi citi, quantum, ſi adhibeatur mediocris diligentia, ſingulis diebus peragant? 52.b
Equorum phaleræ, quàm ſint pretioſæ apud Hiſpanos? 244.a.
Equorum ungulæ vocantur *cornua*. 246.b
Ethnici, qui ſibi mortem conſciverunt, an poſſint à peccato excuſari? 41.a. Quo cultu ſuos Deos celebraverint? 174.a
Etymologiæ nominum falſæ, an poſſint eſſe meliores? Ad quid ſint? 147.a
Eutrapelia quid ſit? & unde dicatur? An ſit indifferēs? 85.a
Exceptio, an firmet Regulam in contrarium? 18.b
Expeditionum militarium felicitas ab occaſione & tempore pendet. 52.a
Exprobratio, quæ interrupta, vehementior. 16.a

F

Fabæ, cur Pythagoræis interdictæ? An intellectus liberior ſit in ſomno, quàm in vigiliâ? 148.b
Fabrilignarii, ſtatuarii, & omnes univerſim magiſtri, an poſſint ſine peccato ſuas Artes exercere? 236.b
Facies mentitur. 237.b
Faciei medicinæ, an corpus corrumpant? 236.a
Faciei medicari, an ſit peccatum mortale? ibid.
Facinora generoſa, an à mulieribus aut effœminatis hominibus tractari poſſint? 228.b

Falcones, ubi naſcantur? 47.b
Fama, an à ſilentio proveniat? 5.a. An præſtet malam habere, quàm nullam? 78.b
Familiæ aliquæ recenſentur, in quibus nomina vilia nobilitantur. 105.a
Fas, an ſit θέμις? 64.a. An & quomodo à Jure diſtinguatur? ibid.b
Fas, an leges Divinas, *Jus* autem Humanas importet? ibid.
Faſces, quid fuerint? ex quâ materiâ conſtiterint? quibus uſibus ſint deſtinati? 183.b. Faſces attollere, & faſces dimittere, quid ſit? 184.a
De Fatuâ Deâ. 66.a
Fatum, quid ſit? 65.b. An indeclinabile, inexorabile, & ineluctabile ſit? ibid.
De Fide Punicâ. De Græcâ. An per Ironiam Fides Attica in exemplum ponatur? 193.a
Figurata, an ſint mendacia? 97.b
Figuræ & Sizygiæ, an operentur? 42.b
Filius, an & quomodo poſſit generare ſuum Patrem? 100.a
Filii ſunt virtutum paternarum hæredes. Quomodo hinc argumentum formetur? 11.a. Interdum degeneres ſunt & diſſimiles ſuorum parentum. 193.b
De Fine Legis adæquato. An ceſſante fine ceſſet etiam legis obligatio? 126.a
De Firmamento. 43.b
De Fletu alieno. An quis poſſit alieno fletu lugere? 10.b
Flora, quibus rebus præſideat? Quando ejus ſolennia celebrentur? Cur fuerit Diis adſcripta? Quo die Floralia agerentur? 248.a,b
Fluminum carentia ſignificat ſterilitatem. 159.b
Fluvii magni, an parvorum parentes dici poſſint? 57.b
Fluvii loquuntur. 195.b
Fœmina, quæ tacet, an conſentire cenſenda ſit? 21.a. An velit vincere fœmina, quæ cum Amaſio pugnat? ibid.
Fœminæ corpus, ubi auditur, an ſtatim menti ſpecies obſcœna ingeratur? 83.b
Fœminæ, an tacendo dimittant? an potiùs tacendo admittere cenſendæ ſint? 95.b
Fœminæ honeſtæ modeſtiâ veriùs, quàm pretioſis veſtibus ornantur. 235.a
Fœminæ, an ſint Proteo ſimiles & mutent facies? 236.a. An exuant facies, ut veſtes? 235.b. An ſe pingere pejus ſit, quàm adulterium committere? An ſit inferre manus Deo? 226.a. Quæ faciem ungunt, an cum Iconomachis componendæ ſint? Quamdiu ſe comere, ornare, & pingere poterunt ſine peccato? Quando dicendæ ſint peccare ſe comendo, fingendo, & ornando? An dent ſemper ſcandalum? 236.b
Fontibus, quænam epitheta à Poëtis attribuantur? 160.b
Forma cadaveris, quid ſit? 31.b. An ſit poſitiva an negativa? 118.b
Forma Embryonis, quid? 31.b
Forma & Privatio non repugnant in diverſis Syſtematis. 2.b
Formæ ſubſtantiales, an in Compoſito ſint, aut poſſint eſſe plures? 31.b
Formoſi nomen, an ſit fatale? Cur illud non adſumpſerit Paulus II.? Cur eo ſedente tota Eccleſia fuerit deformata? 109.b
De Formoſo Summo Pontifice. An pulchritudo Nominis illum exemerit ab infortunio? 108. Quiſnam eidem in Summo Pontificatu ſucceſſerit? ibid.
De Fortunæ divinitate. Utrùm illam à merâ hominum imprudentiâ obtinuerit? 65.b
Fovea, quid ſignificet? 162.b
Fôveæ, cur putres dicantur? ibid.
Fulmina, an ſint reſponſa? 229.a
Furtum, an omnium judicio ſit malum? 228.b

G

Galilæa, qualis ſit, & ubi jaceat? An ſit felix & dives? 190.b
Galleci, quomodò in Hiſpaniâ adulentur ſuis dominis? 103.a
Gazophylacium, unde dicatur? Quid in illis ſervabantur? Qui ad ea conveniebant? 189.a
Gehenna, quid ſit, & unde dicatur? 158.b
Gencarcha *Petra* nominatur. 170.b
Geomantia, qualis ſit? An à Geometriâ differat? An Geomantia ſit ſcientia innocens, & ab omni calumniæ notâ libera? 62.a
Gladius ante Cæſarem portatus, quid ſignificet? 203.b
Globus aureus in coronâ Imperatoris, quid ſignificet? ibid.
Gloſſa, quantam authoritatem habeat? 97.b
Gradus ſummus & infimus, cur non ſunt in medio? 67.a
Græci, cur Conſules Romanos ὑπάτους dixerint? 72.a
Græci & Romani, cur ſuis Diis tot crimina affingant? An Indi meliùs ſentiant de Deo? 195.b
Grammatica Politica, an differat à Vulgari? An quæ in hac ſunt verba integra, in illâ defectiva ſint? 99.b
Grammaticus, an omnia neſciat? An omnia ſe neſcire etiam neſciat? 144.b
Gratia, quid ſit? 157.b. Eſt duplex. 110.a
Greges & ornamenta ſignari apud Foxam jubentur. Sed cur? 17.b
Gula, an in obſervantiſſima Religioſorum Monaſteria prætextu diſcretionis ſe inſinuet? 233.b

H

Habitus convenientiſſimus, quinam ſit? 227.a
Hæredis determinatio, an poſſit alterius voluntati committi? 127.a
Hæreſis, unde dicatur? An in bonam partem, an in malam ſumatur? Quid apud Orthodoxos addat ſupra errorem? An ſit indicibilis? 26.a
Harpocrates ſilentii Deus, cur *Sigalion* nominetur? Quis fuerit? Nudus-ne, an veſtitus pingatur? Ejus dogma. 1.
Haſta Saulis Regis in manu David, quid ſignificet? 231.b
Haſta, an & quomodo frangetur? 253.a
Hebræi, quomodo numerum 15. ſcribant? 122.a
Hemiſphærium in tauro, quid ſignificet? 122.b
Heroes de Patriâ benemeriti, an novis vocabulis ſint decorandi? 63.b
Heroſtratus ut nomen Immortale conſequeretur Dianæ Epheſiæ templum incineravit. 78.b
Hieruſalem quid ſignificet? An ad bellum, an ad pacem pertineat? Quis hanc Civitatem condiderit? Cur *Jebuſea*, & cur *Helia* vocata fuerit? A quibus-ne habitata fuerit? Cur vocata *Civitas Sancta*? An-ne à Sanctitate futurâ? 189.a
עיר Hir apud Hebræos Urbem & Civitatem ſonat. An & pagum? 171.a. Quomodo Rabbini oppidum clauſum ab aperto diſtinguant? 171.b
Hiſpalis, quæ Hiſp. *Sevilla* vocatur, quæ? 131.b
Hiſtoria novitia recenſetur. 38.b
Hiſtoriæ Sacræ aut verba, an rebus profanis licitè applicentur? 33.b
Holocauſtum quid ſignificaret? 174.b
Homerus, qualis? 138.b. Quàm indignè à coætaneis habitus? 90.b
Homo, an ſit factus Deus? 31.a. Cum Angelo comparatur 42.b. Homo, an ex Dei miſericordiâ poſſit ſumere occaſionem peccandi? 33.b. In hominem Dominium naturale non habet. 77.a
Homo liber, quis cenſendus ſit? 88.b

Homo,an paraturus ſit viam Domini, an Deus ſit homini illam præparaturus? An-non viæ Domini ſint rectæ? Quo ergo modo homo illas poteſt rectas facere? 169.a Homo, qui virginem volentem defloraverit, an ſtuprum commiſiſſe dicendus ſit? Quid ſenſus ſenſerit? 241.a
An in Hominis manu ſit vias rectas, aut improbas, ſi velit facere? 41.b
Homines aliqui non ſe, ſed alios in ſe negant: aliqui Crucem alienam bajulant,& non ſuam. 13.b
Homines prudentes, an plus ſilendo quàm clamando loquantur? 14.a. Qualem & quantam curam de veſtibus habeant? 262.b
Homines,cur variis inſudemus ſtudiis? 46.a
Homines infandi, qui? 68.a
Homines omnibus rebus abuti poſſunt. 88.a. Etiam hodie per ſomnia monentur, 150.a
Homines terreni, qui? 154.b
Homines,an per capillos loquantur, aut mentiantur? 223.a. Cur ſuperbis veſtibus indui velint? 226.b
De Hominum fœcunditate, 38.a
Honor vitæ præferendus eſt,255.a Honorem alienum detrahere,quàm grave peccatum ſit? 61.a
Hora mortis,an ſit incerta? 41.a
Hortus, quid communiter ſignificet? Quænam in hortis fierent? 186.a
Hoſpitium,quid ſignificet? 177.a
Humana Deo & Divina Hominibus, an & quomodo adtribui poſſint? 76.a
Hypocritæ ſunt Comœdis ſimiles. 238.b, An veſte decipiant? 240,a

I

IBIS, an Clyſterem invenerit? 92.b
Ideæ Platonis, an S. Thomæ ævo propugnarentur in Scholâ? 197.b
Idiota,quo anno ſcribebat? 213.a
Idololatria, quodnam initium habuit? Quomodo ſepulchra paulatim in Templa tranſiverint? 184.a
JEOVA, unde dicatur? 66.a
De Domino Noſtro Jeſu Chriſto. An ſit ſimulationem adſpernatus? 93.b
Ignis, an detur ſupra aërem? An detur Ignis Elementum, & ubi à Deo collocatum ſit? An iſte ignis ſit ille, qui cruciat damnatos in Inferno? 155.b
Ignis ſymbolicè ſumptus varia ſignificat. 156.a
Ignis & nubes ducebant Iſraelitas per Eremum, ibid.
Illyrium,quid ſit? 99.a
Imperator,an totius Mundi ſit Dominus? 203.b
Imperator,& Electores, quo ordine in ſolennitate procedant? 202,a. Quo modo & ordine in Senatu Imperiali conſideant? 203.a
Imperatoris Inſignia,quæ ſint? ibid.
Imperator, & Imperium, quid ſignificent? Quo ſenſu à Garciâ accipiantur? 249.b
Imperatores,cur *Patres* dici voluerint? Quinam voluerint *Domini* vocari? 77.a
Imperatores plerique omnes recenſentur, qui conſortes in regimine habuerunt. 200.a
Incognitum,an poſſit nominari? 69.b
De Indicio infando. Quale ſit? 68.a
Indicia,quæ à ſilentio ſumuntur,an & quàm efficacia ſint? 5.a. Qualia, quæ à Patriâ? 193.b
Indigenæ, & Incolæ, an iiſdem ſint privilegiis donandi? 101.a
Ineffabilia,quænam illa ſint? Cur de illis diſſeramus? 63.a
Infans, quid ſit? 64.a
Infernus, quid ſignificet? Variè ſumitur. 158.a.b
Infinitum, & Nihilum, an poſſint vocibus ſignificari? 69.a
Inſulæ nomine,quid intelligatur? 159.a
Inſulæ Gentium,quæ? ibid.
Doctor Joannes Perezius Montalvanus laudatus. 36.b
Jocari,quid ſit? 230.b
Joſeph, qualis, & quantus fuerit? An dotes, & gratiæ ejuſdem indicibiles ſint? 76.a
D. Joſephus Pellicerius, qualis? Quo ætatis ſuæ anno florere cœpit? 115.a
Joſve Iſraëlitarum Imperator ſoli præcipit, ut ſtet. Silet ille,hoc eſt,obedit. 3.b. Doctoris Miramdemeſcuæ errores circa hanc hiſtoriam. 33.a
Iris,quid ſignificet? 156.b.An cauſas naturales habeat? An ſit Phænomenon miraculoſum? 157.a
Judæi, an ſint duriores lapidibus? 3.a.Quomodo ſcribant nomen Chriſti? 14.a.Ut cognoſcantur,ſignantur. An tunc ſigni carentia ſignum ſit? 18.a
Judæi,quomodo Veſpaſianum,& quo non potuerunt *Dominum* appellare? 77.b
Judex,qui *iniquus* vocatur, qualis ſit? 118.b
Judicium prudens de perſonis, an ex nominibus ſumatur? 82.a
Juno,an ubi maximè, quomodò Venerem poſſet decipere, fuerat præmeditata, quæ mentiebatur lingua, oculis denegaverit? An eodem Venus aſtu Junonem ſibi inſidias præparantem fefellerit? 10.a
Juramentum de bene munere adminiſtrando exigere,an turpe ſit? 129.a
Juſti Lipſii dictum heroicum. 136.a
De Juvenalis Satyrâ à Dn. Franciſco de Quevêdo in Hiſpanicam linguam ſummâ veritate tranſlatâ. 91.b. An reprehendi & corrigi in eâ debeat Prototypi, & Ectypi nimia ſimilitudo? 92.a

L

LAbor in intrinſecum & extrinſecum diſpeſcitur. Quid de extrinſeco? Et quid de intrinſeco dicendum ſit? 25.a
De labore adminiſtrandi Sacramenta. An vendi poſſit? ibid.
Lacus,& Ciſterna,an coincidant? 161.b
Lacus pro carcere: Pro damnatorum inferno. 162.a
Lætitia, & mæror, & aliæ animæ perturbationes mortem interdum inferunt; ſenſus ſæpè exteriores ſuſpendunt. 142.a
Lapis Index, quid ſit? 37.b
Lapides,quinam nominentur *claveques*? 47.a
Latitudo,quid ſignificet? 152.b
Lectus communis,quid? 179.b
Lectos pingere,an ſit res tolerabilis? ibid.
Ledeſma,qualis fuerit? 28.a
Legati poſſunt agere ut perſonæ privatæ. 112.a. Eorum oratio ad Reges & Principes brevis eſſe debet. 16.b
Legatum,an deficiente ejus cauſa, deficiat? 128.b
Lentulitas quid ſit? 85.a
Lethe,an ab Acheronte diſtinguatur? 53.a
Lex pudicitiæ an hominibus, & non verſibus fuerit impoſita? 90.b
Leges Romanorum,an olim *ære* potiùs,quam *æri* ligarentur; & cur? 65.a
Leges Grammaticorum, quales? 130.a
De Legibus, quæ Feſtorum & Jejuniorum obſervantiam præſcribunt. 198.b
Libanus,cur à candore nomen habeat? 191.a
Liberalis,quo animo debeat beneficia præſtare? 80.a
Liber Mundi, an potiùs à Phyſicis legendus ſit, quàm Ariſtoteles? 23.a
Liber Arbitri, qualis ſit? An corrigi potuerit & debuerit? 91.b
De Libro Vitæ. Quinam in illo ſcribantur; & qui non ſcribantur? 64.b

Libri, qui ex munere, & qui in otio legendi ſint? 42.b
Libri Aſtrologorum, quales? ibid.
Libri nocivi Divinâ, & Humanâ authoritate interdicuntur. 91.a
Limes, quid ſit? 188.b
Lingua intempetans debet compeſci, 1.
Lingua eſt cordis interpres. 23.b
Linguæ ſingulæ proprium Lexicon habent. An id etiam de linguis moralibus verificetur? 95.b
Linguæ fœminarum, quales? 113.b
Linguæ cum ætate mutantur. 136.a
Lingua metallica, an dentur, & quæ ſint? 250.b
Linguæ, quibus Nobiles loquuntur, ſunt Enſes. 255.b
Literæ Judiciales, quænam ſint? 124.a
Literæ, quanti hodie in Mundo ſiant? Et quæ ſint hæ, quæ tanti fiunt? 133.a
Literæ in Mulierum Abecedario, quot ſint? 133.a
Literæ Bullatæ, quæ? 203.a
Literarum ſtudia, an Regibus, & Principibus noceant? Imprudentiſſima Gothorum Lex. 209.a
Loa in Comœdiis Hiſpanicis, quid ſit? 55.a
Loci Politici, ex quibus in rebus gravibus argumenta ſumuntur. 23.b
Locus, unde dicatur? 147.b. Quænam in Loco debeant conſiderari? 148.a. An ad Senſibilem Reſtrictionem pertineat? 147. Locus & Ubi utrùm ſenſu percipiatur? ibid.
Locus, an ſit nomen Dei? 151.b
Locus amplior & longior quid ſignificet? 152.b
Locus inter veſtibulum & altare, qualis? 174.b
Locus examinis Epiſcoporum deſcribitur. 198.b
Loci circumſtantia, an in Epiſtolis debeat ſpecialiter conſiderari? 198.b
De Loco ſpatioſo & anguſto. 152.b. De occulto. ibid.
Loca, an loquantur? 192.a
Loca & tempora infanda, quæ? 68.b
Loqui virtualiter, quid ſit? 2.b
Loqui an & quando aliquis teneatur? 2.a
Inter *loqui & tacere* an detur medium? 13.a
An loqui poſſis, quin loquaris: & audire, quin audias? 14.b
Loqui ad hominem, quid ſit? 130.b
Luciferi ſuperbia qualis fuit, & quomodo ab Archangelo Michaële tetuſa? 157.b
P. Ludovicus de Leon laudatus. Vox *Leon* duo ſignificat. Quid in P. Ludovici cognomento concernat? 4.b
Ludus, an turpis circumſtantia ſit? 126.a
Luna, an patiente Domino regreſſa fuerit? Quomodo tunc Sol eclipſatus fuerit? 32.b
Luſtrum, an ſumatur pro ſæculo? 52.b
Lycurgus, cur contra Adulteros nullas leges ſtatuerit? 80.b

M

MAceria, qualis murus ſit? & quid myſticè ſumpta, ſignificet? 185.b
De Mahometi ſepulchro ferreo. An virtute magneticâ in aëre medio ſuſpendatur? An ſaltem poſſibile ſit, quod narratur? 46.a
Maledicus, qui contra prudentem Virum injurias evomit, an tacère, ſeu nihil omninò dicere cenſendus ſit? 21.b
Mali, quid in votis habeant? 114.a
Malitia hypothetica, quæ & qualis ſit? 231.a
Malum, an quis poſſit eligere? 85.b
Mala per accidens, an inhiberi debeant? 89.a
Manes, qui ſint, & unde dicantur? 7.b
De Manicis, Cur illas non habuerint Rutuli? 228.b
Marca, quid apud Hiſpanos ſit? 17.b
Mariæ nomen, quàm magnum ſit? 73.b. Prærogativæ & charites univerſorum in Mariâ reperiuntur. 74.a. An illud ſit indicibile? Ejuſdem nominis laudes, & anagrammata. 74.b
De Mariis duobus. Qualis uterque fuerit? 132.b
Maro, qualem conceptum de regione & rebus ſubterraneis formet? 101.b. An beatos à damnatis ſeceraat? An & quo modo Regiam Plutonis muniat? 102.a. An ſciverit mentiri? An peccaverit contra Prudentiæ Canones ſuum Æneam, quem laudare debebat Heroëm indignis vitiis dedecorando? 195.a
De Martini Lutheri ſectâ. Quid de illâ Philippus Melanchton ad ſororem ſcripſerit? 86.a
Materia levis, an detur in Sacrarum Literarum abuſu? 29.b.
Matrimonium non per concubitum, ſed per conſenſum celebratur. 129. a. Præceptum matrimonii contrahendi, quibus imponatur? 40.a. In veteri Teſtamento nullum fuit de matrimonio celebrando præceptum, ibid.b. An tale præceptum detur? 127.b. De Matrimonii impedimentis, An ab Epiſcopis imponi poſſint? 125.a, Permiſſio, an ſolùm de matrimonio detur? 39.b.
De Matthiæ Coronatione. 202.b
Medici, an ſciant, quando tales aut tales præberi cibi debeant? 206.a
Menſa bifariam ſumitur, & quid ſignificet? 186.b
De Menſarum necnon Conviviorum mendaciis. 224.a
Mentiri cum honore, an pauci ſciant? 195.a
Merces ultroneæ, an & quantum vileſcant? 49.a
Merita, an loquantur? An cicatrices, an integritas corporis in Milite? An diviriæ, an paupertas in Miniſtro? 22.a
Μεταφωνικὴ unde dicta? 147.a
Milites duabus linguis loquuntur. 251.a
Militum ſuperiorum phraſes. Quales facies habeant? Quo modo pallium gerant? Quos geſtus faciant? Quomodo literas pronuncient & loquantur? Quanlibus calceis utantur? Qualibus etiam pileis? 132.b
Minæ, nocivæ ſunt ſimul & utiles. 14.a. An graviores ſint, quò paucioribus verbis conceptæ? 15.b
Mingentes ad parietem in Sacra Pagina, qui vocentur? 185.a. Cur homines & non canes, condemnentur ſententiâ, quæ jubet omnes mingentes ad parietem occidi? ibid.b
Miraculum in Euchariſtiâ, an poſſit oculis corporeis cerni? 38.a
Miſoniani Apophthegma, omni Principi Militari proficuum. 151.a
Moabitæ, cur falſi ſint? 141.b
Modus, quid ſit? 145.
Molæ ſtrepitus quid myſticè importet? 187.a
Molendinum unde dicatur? 187.a
Monachi, unde dicantur? Horum genera ſunt quatuor. 233.a.
Monachis, an liceat nugari? 87.b. Quales veſtes illos deceant? 226.b
De Monachis Gyrovagis. An in ipſis mentiantur habitus & tonſura? 233.b. An mentiantur ſanctitatem? 238.b
Monaſteria, an & cur ſint Inſulæ? 159.a
Monitum Politicum dilucidatur. 209.a
Mons unde dicatur? 164.b. Mons & Saxum coincidunt, 165.a.
Montes, cur aërei dicantur? ibid.
Mons ſignificat ſecuritatem. 166.a
Montes ignivomi ſiunt in utraque Zonâ frigidâ. 45.b
Montes mutare quid ſit? 167.a
Mores humani, an cum ætate deformentur? 90.b
De Moribundi ſenſibus deſtituti abſolutione. An ſit poſſibilis caſus, in quo ille nullo ſigno poſtulet confeſſionem? 222.b
Moribundi, an multi ingemiſcant & doleant luctu alieno? An verbis alienis loquantur? 12.b
Motus localis, an & quid ſignificet? 148.a
Mundus, an potiùs ſit in Deo, quàm Deus in Mundo? 151.b

Mundus partem orbis habitatam ſignificat. 153.b. An ſint plures Mundi? 59.a. Mundum, cur diligere non debeamus? 153.b
Mulieres, an ſint Æthnæ ſimiles? 222,a
Mulierum Geoius. 11.b
Murus, quando eſt inutilis? 175.a
Muri, an veſtiantur? An Montes, Sylvæ, & Arbores? 220.b
Mutii conſtantia. Cur Scævola vocatus ſit? 226,a
Mutuum. An & quando quis dare obligetur ſub mortali? 50.a. Præceptum de tebus mutuandis, an ſit naturale? 50.a

N

NAvis Petri, quæ? 155.b
Navis Tharſis, quæ? ibid.
Naves ex Hollandiâ, an in Hungariam expediantur? 52.a
Neapolis, à quibus condita & denominata? 250.a
Nicolaus Francus, homo linguoſus, & maledicus Romæ privatâ authoritate è ferris feneſtræ ſuſpenditur. 113.b
Nihilum & Infinitum, an poſſint vocibus ſignificari? 69.a
Nili oſtia, quot? 160.a
Ninus, quot in exercitu milites habuerit? 38.a
Nobilitas, quid ſit? An naſcatur & pereat? 219.b
Nomaſticon Ciſtercienſe, qualis Liber ſit? 208.a
Nomen, an poſsit ita rem ſignificare, ut eam meliùs intelligat audiens, quàm dicens? 70.b
Nomen in libro habere, aut non habere, quid ſit? 79.b
Nomina grandia imponi non debent vilibus homuncionibus. 78.a
Nomina optima, quando & quomodo mala fiant? 79.b
Nomina, quomodo io libris ſcribantur? 80.a
Nomina imponenda pueris, qualia ſint? 82.a
Nomina turpia ita fugere debemus, ut advertentiam in illoruoi fugâ noo prodamus. ibid.
Nomina complicium, an poſſint in confeſſione exponi ſine causâ? 242.b
Nomenclatores Veteres, cor ſupernaturalibus rebus nomina ſpecialia non impoſuerint? 67.a
Norvegia, an à Sole illuminetur? Ubi hæc Regio ſit? 45.b
Notæ Arabicæ, unde & quando in Europam tranſiverunt? 122.a.
Novatores, qui? 127.b
Novitius, quid in ſolenni profeſſione promittat? Quomodo eadem prolata in ſolenni profeſſione verba per Loci ſeu Monaſterii circumſtantiam ad diverſos ſenſus reſtringaotur? 198.b
In Nubibus aliquem collocare, quid ſit? 157a.
Numerus, Prioritas, & Figura, an ſine ſubjectis eſſe poſſint? 145.
De Numeris Poſitivis & Negativis. 195.b
Numina Ethnicorum qoalia fuerint? 10.b
De Nuptiis ſecundis Veterum ſententia. 228.a

O

OBedientiæ leges non poſtulant, ut multa loquaris, ſed ut taceas, & rem præceptam præſtes. 3.b
Obſtetrices, quæ favebant Hebræis, domos-ne, an filios pro præmio ſoſceperint? 162.a
Ocreæ & Calcaria ſine equo, an poſsint cum Dentiſcalpio quo jejunus uteretur, componi? 223.b
D. Octavius Boldonius laudatus. 81.b
Oculi, an & qui vocentur *aqui*? 9.b. Quàm ſint loquaces? 10.b. Solent reſpiciendo delinquere. An nos ſcandalizent? An interdum illis carere præſtaret? 140.a
Oculorum diverſi affectus. 9.b
Oculos convertere, quid ſit? ibid.
Oculos ad parietem convertere, quid importet? 185.b
Oculis ſignari, quid ſit? 250.b
De *ὀτονοσχοπία*. Quid illa ſit? & an ipſi credendum? 150.b
Oleum & operam perdere, quid ſignificet, & unde dicatur? 161.b
Olympias, Luſtrum, Hebdomas, & Centennium, quanta ſint? 52.b
Opiniones ſingulares, an & cur ſcribere liceat? 123.b
Oppoſitio ſubcontraria an detur? 18.b
In Oraculis, quiſnam Reſponſa dederit? 71.b
Oratio, an veſtiatur & ornetur? 221.a
Orator debet vocē virilē habere, ornatumq; in conceptibus verbiſque, non in veſtibus ponere. 239.a
Ordinare, quid ſit? & an ſemel ordinati deordinari poſſint, aut iterum ordinari? 109.b
Ordines, quomodo per veſtes diſtinguantur? 222.b
Organa militaria habent ſpecialem Dialectum? 245.b
Ornamenta caſtarum, & nobilium mulierum, quæ? 235.a
Orthographia vera, an verecundiæ: an verò hæc illi præjudicare debeat? 81.a
Oſtiom, an differat à Portâ? Quid importet? 188.a
Ovidius an ſit blaſphemus, quando vocat Corinnam Deam? 76.b. Cur in exilium ſit miſſus? An propter laſcivos libros? 140. Quid viderit? 141.b
Owenos cur aliter, & aliter Seneca loquatur? 92.a

P

PAdus. An Sol in ipſo naſci occumbere dicendus ſit? 57.b
Palinxeſti, quid ſint? 123.a
Palinxeſti Authoris, cur Reverendiſsimo P. Raymundo Capiſucco inſcribantur? 124.a
Paludamentum, quæ & cujus veſtis eſſet? An illo uterentur Imperatrices? 224.b
Paludamentum militare, quid ſit? ibid.
De Paraguayæ Provinciæ Incolis in Americâ. 69.b. Quomodo vocent Deum? Quid *Tu*, & *Pa* ſonent in eorum linguâ? 70.a
Parcæ, quot, & quæ fuerint? 217.b
Parelii an ſint Soles? An Soli ſimiles? 123.b
Partes, an univerſæ in homine loquantur? 146.
Paſſos de la Paſſion in Hiſpaniâ, quid ſint? 53.b
Pater æternus totâ æternitate uoicum tantùm Verbum dixit. 111.b
Patres, an exceſſerint in his, quæ cootra mulieres ſcribunt? 236.a
Patria, an indigenarum mores influat? An ex Patriâ ad mores ſecura conſequentia decurrat? 192.a
S. Paulus, quæ in ecſtaſi viderat, non poteſt ad ſe reſtitutus referre. 67.b
Paupertas, an à copiâ provenire poſſit? 74.b
Peccans ſilendo, an poſſit ſe ſilendo excuſare? 114.b
Peccatores ipsâ Dei miſericordiâ temerè & ſcandalosè abutuntur. 34.a
Peccatum, an tantùm in operatione, non autem in cooperatione inveniatur? 33.b
Peccata propudioſiora, quænam apud Perſas fuerint? 80.a.
Peccata in materiâ caſtitatis à Mooacho & à Sacerdote commiſſa, an ſint ejuſdem infimæ ſpeciei? 242.a
Peccatorum maxima pars linguâ committitur. 7.b
Peccata eadem, an pluries confiteri teoeamur? 241.b
Pecunia pro adminiſtratione Sacramentorum, an & cur admitti poſſit? 34.b
Pecuniæ ultroneæ an vileſcant? 49.a
Pedes ſuos tangere, quid ſit? 230.b
Peninſula quæ ſit? 159.a
Peregrini, an loqui & audiri poſſint ſine interptete? pag. 183.a.
Petegrinotum communis error. 100.a
Pe-

Peregrinis & exteris, an ſit credendum? Quo procedendum modo cum illis ſit? An interrogare illos privatâ authoritate liceat? 100.b
Perſona in Comœdiâ quænam laude dignior? 153.a
Perſonarum ſtatus, an per veſtes ſecernantur? 240.b
De Peruviæ diviſione. An in Majorem & Minorem diſpeſcatur? 56.a
Petitius, quid? 60.b
Petoſiris, quis fuerit? ib. b
Petra conſtantiam ſignificat? 169.b
Petrus unde dicatur? 169.b
D. Petrus Varais quis & qualis fuerit? 5.b. In pueritiâ & adoleſcentiâ fuit magnus. 6. a. Præcipuæ ejuſdem virtutes. Regis erga ejus familiam dignatio. 17.a
Philoſophia vera, quæ? 197.b
Piſcina, quid ſignificet? 173.a
Piſcina Probatica, qualis fuerit? ibid. *Probatica* non eſt vox Latina, ſed Græca. Exponitur ejus ſignificatio. ibid.b.
Placilla, qualis fuerit? 83.b
Planetæ, cur ſiquidem nunquam errant, nomen traxerint ab errore? 154.a. De Planetarum cæleſtium paſſionibus. Cur & quando Retrogradi & Stationarii dicantur? 32.b. Orbitæ Planetarum, an ſint Ellipticæ? 154.a Motus Planetarum. An non ſolùm quoad nos, ſed etiam quoad ſe ſint inæquales? 154.a. De illorum ordine. 43. b. Quanto ſinguli tempore ſuam periodum perficiant? 44.a
Platea, quid ſignificet? 172.a
Corruere veritatem in plateâ, quid ſignificet? ibid.b. Lutum platearum quid importet? ibid. Planctus in plateis, quid innuat? ibid.
Plato, unde dictus? Quo die natus ſit? Qualis fuerit? An ejus Præceptrix Sappho fuerit? 211.b. In ſuâ Republicâ Poëtas damnat: & cur? 87.b
Plinius, an fuerit Atheus? 138.b
Poëma, an unum & idem à pluribus componi poſſit? 8.b
Pœna oblivionis, quæ fuerit? 78.b
Pœna ſolutori moroſo, an in Mutuo imponi poſſit? 50.a
De Pœnæ quantitate. An poſſit imponi quantam velis? 50.b.
De Pœnâ & culpâ. An inter ſe debeant proportionari? 50.b.
Pœnitens mortalium peccatorum numerum & ſpecies debet in confeſſione aperire. 36.b
Pœnitens, & Veſtes circumſtantias mutantes, an in Sacramentali Confeſſione peccatorum ſpeciem exponant? 222.a
Pœnitentis ſtatus, ſi à veſtibus manifeſtetur, an verbis debeat exponi? 240.b
De Pœnitentiæ actibus. Actus Pœnitentiæ filialis. 35.b. Actus Pœnitentiæ ſervilis. 36.a.
Poëta quis? 17.a. Poëtæ quomodo navigent? 25.a. Poëtæ & Pictores conferuntur. 29.a. Poëtæ de quibus argumentis ſcripturi ſint? 38.a. An ſint ſcientiarum liberalium ignari? 43.b. Cur lauru redimiantur? 90.a. Quales à Platone damnentur? Quales à Voſſio? 90.a. Poëtarum Genius, qualis? An & quando moleſti & oneroſi ſint? 25.a. De Poëtarum primatu. An qui maternâ linguâ ſcribunt, Græcis Latiniſque debeant præferri? 249.a. De Poëtis. In quibus ipſi argumentis modulentur per ſe, & in quibus per accidens? 28.a
Poligraphia, an digna Cenſurâ ſit? Quid de Steganographiâ dicendum? 62.b
Πολυάνδριον, quid ſit? 159.a
D. Polycarpus, qualem ſe erga Hæreticos geſſerit? 26.b
Pompa exterior ſignificat vanitatem internam? 226.b
Pompejus, quantâ dignatione Poſſidonium perſequutus ſit? 184.a
Pontifex, an diſpenſare poſſit, ut fiant matrimonia in gradibus à lege naturali prohibitis? An, ut fratri ſoror nubat? An, ut quis fratris ſororem ducat? 97.a.b
Summus Pontifex, an & cur ex alienâ Eccleſiâ poſtulari non poſſit? 109.a
Pontifex ille Summus, cui anno 1279. ſatisfacere volebat Palæologus, quiſnam fuerit? 214.b. An erret Hiſtoriographus? 215.a
Summi Pontifices, cur mutent nomina? 108.a.
Pontifices indigni in Sedem Apoſtolicam ab Imperatoribus protrudebantur. 108.b
Populus, an in promotione eorum, qui admoventur ad regimen, ſit conſulendus? 9.a
Populi acceptatio an requiratur ut Leges obligent? ibid.
Porta lata, & ſtricta, quænam ſint? 187.b
Quænam erant, quæ in portâ Civitatis publicabantur? ibid.
Ponere portas, quid? ibid.
Portas poſſidere, quid ſit? 187.a
Poner puertas al campo, quid inſinuet? 172.b
Præceptum de genere multiplicando, an detur? An illa verba, *Creſcite & multiplicamini*, &c. Spiritualiter debeant intelligi? An & cur præceptum de humano genere multiplicando ceſſaverit? 39.a. An hoc præceptum impoſitum ſit communitati? ibid.b
Præcepta, an poſſint animantibus imponi? 39.b
Præcepta divina imminui aut augeri non poſſunt. 65.a
Prædium quid ſit, & unde dicatur? 176.a
Præfectus Prætorii quâ verborum formulâ inſtituatur? Quid in manu ejus gladius diceret? An ſubite poſſet Reſtrictionem mentalem? 253.a
Præjudicia, quàm potentia & efficacia ſint? 89.b. 245.a
Prælati, an poſſint vocari *Abbates*? 77.b
Præmium Certaminis, cur ab Hiſpanis & Italis dicatur *Palio*? 58.a
De Præſcitis & Prædeſtinatis politicè. 95.a
Pratum quid ſit, & unde dicatur? 175.b
Preſtado, quid ſit, & quibus extremis opponatur? 106.a
De pretiis rerum. Alia ſunt à Republicâ, alia à Populo determinata. Alia à contractuum celebrantium voluntate dependent. 49.a
Principes an eſſe debeant taciturni? 1. Cur creati fuerint? 96.a. Regiâ poteſtate, & majeſtate utuntur per ſe, abutuntur per accidens. 27.b. Sed quando, exponitur. 28. a. In Palatio ſe prudentiores, ſapientioreſque non tolerant. 103.a. Principes taciti eſſe debent. Recenſetur Hiſtoria. 111.b. Principes, an & quando duo fuerint in uno Principatu? 200. Principes, an in conflictu veſtes debeant ordinarias habere? Quid hodie Reges faciant? Cur fuerit Rex Antonius Luſitanus paucis aureis redemptus? 225.a
Prior, an teneatur habere ſententias ſui Abbatis? 20.a
De Profeſſione ſolenni. Tria vota requirit. 242.b
De Promiſſione nimiâ & inconſideratâ. 25.a
De Pſalmis, qui inſcribuntur pro Torcularibus. Quare tali titulo ſignati fuerint? 179.b
Pſeudomonachi, quales? 156.a
Pulvis pyrius, quando inventus? 46.b
Puteus in bonam, vel in malam partem accipitur. 161.a
Pyramides & Sepulchra cur fuerint ædificata? 78.b
Pythagoræi an nihil loqui permitterentur? 7.a

Q

QVadrimani, an poſſint vocari Semiturcæ? 107.b
Qualitates, an colloquantur? An & Veſtes? An & Relationes? Quid de Creatis, & quid de Increatis dicendum? 146.
Quantitas continua, an loquatur? An Diſcreta? ibid.
Quæſtio proponitur. 91.b. Altera. 111.a
Quæſtiones duæ Politicæ proponuntur. 112.b

Quevedus, qualis fuerit? Fuit pluries incarceratus. Sed cur? 59.b. De ejuſdem ſomniis cenſurá, 60.b, Petri Villalobos Argumentum. Quàm ſeria & gravia ſint, quæ concernunt Infernum? An liceat de re tantâ nugari? An hi ſomniorum libri ſint prohibiti? An temerè in Inferno Quevedus collocet, quos Pietas ſalvos eſſe confidit? 61.a

R

RAtio, quâ Tyranni publicè & privatim reguntur, quænam ſit? 253.b
Ratiocinari, quid ſit? 67.a. Cur nec pecudes, nec Angeli ratiocinentur? ibid.
Recreatio, ſi modeſta & honeſta eſt commendatur, 42.b
Refractiones, quouſque ſe inſinuent? 123.a
Regina, an patiatur ſe pulchriorem Pediſſequam in gynaceo? 103.b
Regnum Oranicum, an Regi Ormuſii aliquando ſuffuerit? 46.a.
Regna & Provinciæ propria ſtemmata habent. 243.a
Regredi quid ſit? 152.a
Regula Juris Generalis, *Qui tacet* &c. an in oculis verificetur? 10.b
De Regulâ S. Benedicti. Mutato loco ejus etiam intelligentia & interpretatio mutatur. 197.b. Quid requiratur, ut quis eam bene obſervet? 198.a
Regulæ duæ Juris Canonici exponuntur. 20.b
Regulæ in Jure Humano multæ occurrunt, quæ Juris Naturalis ſunt leges. 200.b
Regulares manutenere debent Jura Regularia, ſicut Epiſcopalia Epiſcopi. 20.b
Res, an & cur nulla vendi debeat minori, quàm juſtum ſit, pretio? 49.b
Res, una & eadem, an poſſit duabus opponi? 106.a
Res immundæ & obſcœnæ, quo modo poſſint ſignificari? 67.a. Vocibus mundiſſimis caſtiſſimiſque poſſunt. 81.a.
Res, quibus Nomina aptari nequeant, an ſint? &, an ſint Nomina, quæ nulli rei poſſint imponi? 76.a
Res indicibiles & inſcribibiles. An ſint? 116.a
dere multum, an cenſendus ſit, qui nihil reſpondet? An Amicorum ſemper literis ſit reſpondendum? 19.a
Quid importet nolle reſpondere ad Epiſtolas opinione Hieronymi? Quid autem opinione Bernardi? ibid.b
Reſponſio inopinata & inexpectata, quantùm perturbet Principem, etiam prudentiſſimum? 112.b
Reſponſum nullum, magnum aliquando Reſponſum eſt. 20.b
Reſponſum, an dari poſſit nihil interroganti? 112.a
Rex Hiſpaniæ, an & cur in Coronâ habeat globum aureũ? 203.b. Ejus potentia, quanta ſit? 51.a
Reges Armorum, qui? 243.b
Regum tabernacula, quàm improvidè & negligenter olim cuſtodirentur? 231.b
De Roderico ultimo Rege Gothorum. 224.b. Quid de eo fuit factum? Ubi & cur repertæ fuerint ejus veſtes? 225.a.
Roma qualis ſub Evandro Rege fuerit? 176.b
Romani, an & quando vocati fuerint barbari? 135.a
Romani, unde; & unde *Quirini* ſint d[illegible]? 17.a

S

SAcerdotes divites, an debeant adminiſtrare gratis? 35.a.
Sacerdotes, an eſſe debeant docti? An illis nugari liceat? 87.a. An poſſint in ſolio ſedere? 182.b
Sacerdotes, quanti apud Ethnicos facti? 209.b
Sacramenta, cujus virtute conferant gratiam? 40.b
Sæcularis, qui ex causâ veſtes Religioſas gerit, & tamen non eſt Eccleſiaſticus, quomodo confiteri debeat? 232.b.
Sæculum, quod ab Anthoribus *infelix* nominatur, quodnam ſit? 108.b
Sanchouniatho, quis ſit? 72.b
Sancti, an per ſuos miniſtros licentiam pejerandi indulgere poſſint? 2.a
Sanguis Chriſti an in vinum convertatur? 37.a
Sappho duplex fuerit; Ereſia & Mitylena. Utra invenerit Carmina Sapphica? 211.b
De Sarâ & Agare, 143.a
Sarabaitæ, quales? 233.a. 239.a
Saulis Regis Dialectica, 231.a
Saxa verbis alienis occlamant. 11.a
Scaliger, quis & qualis fuerit? 61.b. Cauſa, ob quam eum Quevedus ad Infernum condemnat. 61.a. De Joſepho Scaligero, De iiſdem P. Joannis Baptiſtæ Riccioli ſententia. ibid.b
Scandalum duplex. 83.b
Scientia nimia damnatur. 140.a
Scioli quinam cognominentur? 206.a
Scipio propter unum dicterium repellitur, & propter alterum mulctatur. 86.b
An qui ſecreta Reipublicæ revelant? puniantur, & quo modo? 2.a
Sedes, quid ſignificet, & unde dicatur? 183.a
Seleuci de Coronâ exclamatio. 204.a
Semiramis exercitus. 38.b
Semita in aquis, ſymbolum felicitatis. 169.a
Semita recta & obliqua, quæ? ibid.
Semitæ tritæ & non tritæ, quid ſignificent? ibid.
Senſus & Potentiæ Nominis, an & quando taceant? 140.a
Sententiæ & phraſes, quomodo vulgo ignotæ? 110.b
Sepes ex quâ materiâ confici ſoleant? Quæ animalia, & quinam homines hærere ſoleant apud ſepes? 186.a
Apud Sepulchrum manere, an turpe ſit? 126.b
Sepulchra mentiuntur. 237.a
Servi, cur nominentur *Sclavi*? 99.a
Severianus, cur ab Hadriano morte fuerit mandatu? 104.b. Ejuſdem exclamatio. 10[illegible].a
Sigalion Ægyptiorum Deus. An ſit unus, an duo? 219.b
Sigilla, cur inventa? 203.a
Signare pecudes quàm antiquum ſit? 17.b. Varii m[illegible] ſignandi. ibi[illegible]
Signum, quid ſit? 146.242.[illegible]
Nullum ſignum, an ſignum ſit? 17.b
Silentium an alicui nocere poſſit? 1. An loquatur? 2. An aliquando decipiat? 4.b. An habeat proprium Idioma? 5.a. Eſt innocens. 7.b. An aliquando ſit phale[illegible] eloquentius oratione? Cur cum laude componatur 13.b. Eſt loquax. 22.b. An ad Inventionem Rhetori[illegible] requiratur? 25.a. Silentium non reſtrictum, & reſtrictum quid ſignificet? 18.b. Silentium ſapientibus R[illegible] ponſi loco eſt. 20.b. Silentium, an & quid in eo, q[illegible] loqui non poteſt, dicat? 22.a. Silentium poſt receptam injuriam, quid ſignificet? 113.b. Silentii Numina, duo. 1. De Silentii efficaciâ. 4.a. Silentii lingua, an de[illegible] nationes & conjugationes etiam habeat? 5.b. De S[illegible] lentii eloquentiâ. An rhetoricetur? 14.b. De Silen[illegible] Tropis & Figuris. 24. a. An in Silentii Rhetorica [illegible] periantur Hyperbolæ? ibid. Canon de Silentio obſervando. 8.a. Silentio an aliquem laudare poſſimus 21.b.
Ad Simoniam cooperari, an malum ſit? 34.a
Simulare & *Diſſimulare*, an & quomodo diſtinguantur? An mentiatur, qui ſimulat? 93.a
Simulatio fere accipitur in malam partem. An & Diſſimulatio? 93.b. An hæc in Silentio conſiſtat? 94.a. An ſemper condemnanda ſit? 94.b
Sion, quis Mons fuerit? Quomodo à vicinis diſtinguatur? 190.a

Si-

Sirenes, cur & quò ſe præcipitarunt? 250.a
De Socratis dicto. An ſciverit, ſe nihil ſcire? 144.a
Sol & Luna, cur non recurrant? 32.b
Sol coram Ezechiâ non in annuo, ſed in diurno ſuo motu per decem lineas regreſſus eſt. An illa dies fuerit triplò longior, aut ferè? 33.a
Sol, an ex uno Polo in alium motu diurno tranſeat? 57.a
Solarium, quid ſit, & quare ſic nominetur? 185.a
Solium avitum quale ſit? 183.b
Somniare doctè, an quis poſſit? 123.b
Somnius, quid ſit? An medius inter vitam, & mortem conſtituendus ſit? 148.b
Somnium, quid, & quotuplex ſit? Unde proveniat? Quænam, & quomodo cauſæ naturales ad ſomnium concurrant? 148.b. Somnia, quæ à naturâ, ſunt mendacia. Utrùm omnia ſint Divina? Quomodo Divina explicanda? 150. a. b. An ſomnia aliquando à Dæmone proveniant? 151.a. An ſomniorum Interpretes debeant ex publico ali? 147.a. An ſomnis ſit aliquando credendum? 148.a. Illis generaliter non credendum. 150.a. An & quomodo ſomnia ex ſuggeſtione Dæmonis provenientia ſecernere ab aliis poſſimus? De naturalibus quid dicendum? An ex ſomniis præterita rimari poſſimus? 150.a
De Sordibus Moralibus & Politicis. 92.b
Soror, an fratri poſſit nubere? 66.a
D. Soſibiani taciturnitate. 5.b
Specula, unde dicatur? 171.b
An Speculæ ad videndum potiùs, quàm ad audiendum ſint erectæ? ibid.
Spelunca, quid importet? 162.b
Sphæræ, an ſint ſolidæ? 154.a
Spiritus-Sanctus, an ſit Verbum? Lupus de Vega accuſatur hæreſeos. Excuſatur, & ejus carmina dilucidantur. An nihilominus commiſerit inadvertentias? 55.a. An Spiritus-Sanctus ſit creatura? 110.a
Spiritus in Steganographiâ, qui? Et quid Conjuratio? An, & cur, qui ſcribunt, & literas recipiunt ſcriptas in ciphrâ debeant conjurare? 63.a
Stella Polaris, cur denominetur Cynoſura? 56.b
Stellæ quomodo influant? 43.a
Stellæ novæ an appareant? 154.a
Stellarum vires ſunt ignotæ, Quid, ſi cognoſcerentur? 43.a
Stemmata, quænam *Cantantia* nominentur? In quibus familiis reperiantur? 243.b
Stephanus VI. qualis fuerit? Quâ ſolennitate Formoſum defunctum condemnaverit? 108.b. Cur tanto odio in ſuum Prædeceſſorem exarſerit? 109.b
Subditus quantam reſignationem habere debeat? 4.a
Subſtantia quid ſit? 145.a
Suburbana, an ſint habitanda, an deſerenda? 176.a
Suburbium, & *Suburbanum*, an & quomodo differant inter ſe? 175.b
Suevi, ubinam fuerint? 53.a
Suevia, ubi hodie ſit? Cur ſit in Sectiones diviſa? An ejus Principes potuerint *Imperatores* nominari? ibid.
Superiores, an poſſint præcipere quidquid velint? An in legibus pro arbitrio diſpenſare? 96.a
Supernaturalia non ſolùm ſenſuum, ſed & naturalis Intellectus vires ſuperant. 67.b
Suſpiciones de juramento, an ſufficienter purgentur? 128.b
Sybillæ, an in Speluncis habitaverint? 162.b
Sydera, an mortales condemnent? 42.a
Synagoga, quid ſit? 175.a. *Ejicere ex Synagogâ*, quid? *Eſſe ſine Synagogis*, quid ſignificet? ibid.
Syſtema, quid ſit & quotuplex? 2.b

T

Tabellæ laureatæ, quæ? 244.b
Tabernaculum pro æternâ Beatitudine. Quâ viâ, ad illud adſcendatur? 178. a. Variè etiam ſumitur ibid.b
Tabula & colores tametſi parvi fiant, pictura, ſi bona ſit habetur maximi. Sed quanti? 49.b
Qui tacet, an conſentire cenſendus ſit? 2.b. An loquatur? 19.b. Et quid? 20.a. An & quando minitari cenſendus ſit? 21.a. Cùm jubetur loqui, an convitiari cenſeatur? ibid.
Ob taciturnitatem, an aliquis puniatur? 2.a
Talorum latera, quot, qualia & quibus ſignata numeris & nominibus? 132.a
Tarraga & Aguilarius laudari. 58.a
De Taurorum agitatione. Unde hic ludus in Hiſpaniam venerit? 122.a
Tectum quid ſit, & ad quid ſerviat? 185.a
Templum, unde dicatur? 173.b
Templa realiter, & moraliter conſiderari poſſunt, Quid in alterutrâ ſignificatione importent? Quid in Templis ſit agendum? In illis Deus, & Angeli ſpecialiter præſentes ſunt. 174.a
Templa Ethnicorum, cur in montibus fabricarentur? 165.b
Tempus, an loquatur? 146. An voces æquivocas & communes reſtringat? 207.b. Cur dicatur veraciſſimum? 209.b. De omnibus rebus triumphat. 217.a. Per Horologia loquitur. ibid.
Temporis circumſtantia, quanti facienda ſit? 204.a. Ejuſdem Imago à Poſidippo deſcripta. ibid.
Tentorium, quid ſit, & quare ſic nominetur? 177.b
Dilatare Tentorium, quid ſignificet? 178.a
Figere Tentoria, quid importet? 177.b
Deſerere Tentoria, quid ſit? ibid.
Habitare in tentoriis, quid? ibid.
Manere in tentoriis, quid ſignet? 178.a
Terminus, quid ſit? Quid præſtet? 151.b
Terminus indefinitus, an ullo ſyncategoremate affectus ſit? 17.a
Terra maledicta. An ejus maledictionem ſuis homines augeant peccatis? 154.b
Terra, Scabellum pedum Domini. 155.a
Terra viventium, quæ? ibid.
Cur non liceat jurare per Terram? ibid.
Teſſera, quæ fuerit? 132.a
Teſti, quid dicturus ſit, an poſſit præſcribi? 128.b
Teſtes Græci, quales ſint? 193.a
Tharſis, quænam Provincia ſit? An ſit Hiſpania? 159.a
Theſaurus, quid ſignificet? 186.b
Thracia, an ſit Civitas? An ſit Regio vaſtiſſima? 52.a
Titius, an peccet contra Modeſtiam, ſi verbis puris inſinuet, mentem ſuam immundâ cogitatione præpediri? 83.a
Tmolus Mons, an debeat Timolus vocari? 181.a
Tormenta bellica, an è palatiorum turribus diſplodi poſſint? 46.a
Tranſſubſtantiatio in Sacramento venerabili, qualis ſit? 38.a
Tribonianiſmi in Jure Cæſareo, quinam nominentur? 127.b
Trinitatis Myſterium, cur *Ineffabile* dicatur? 67.a
Trojani, unde originem ducant? 194.a. Quales veſtes habuerint? 227.b
Tuba, unde dicatur? 246. b. An ſit inſtrumentum animatum? Eſt organum Militare. 247.a. Cur Hiſpanicè nominetur *Clarin*? 249.b
Tubâ canere, an ſit indifferens? ibid.
Tubæ, an linguas habeant? ibid. Quid dicant, ubi milites con-

convocant? An à ſingulis militibus intelligantur? 250.a
Tubicines an improbi ſint? ibid.
Magnus Turca, an & cur opinatione Eraſmi ſalvari poſſit? 34.b
Turpia, an & quibus ſint impoſſibilia? 126.b
Turris, unde dicatur? 171.b. Ad Civitatum fortificationem Turres conducunt. ibid.

V

VValdimarus eruditiſſimus Danorum Rex, quis, & quotus is fuerit? 208.b
Valles belli tempore non ſunt loca ſecura. 167.a
Wendelinus, an bonâ fide Eclipſes à ſe obſervatas deſcribat? 195.a
Venena non in fictibilibus, ſed in aureis, & argenteis vaſis Regibus propinantur. An aliquando in Euchariſtiâ? 255.b
Venus, an ſit Mercurio velocior? 44.b
Venus nefanda, quæ? & cur ita vocetur? 8c.b
Verecundi in aulâ quid obtineant? 99.a
Veritas eſt Sol. Au, & cur tribus modis adluceat? 123.a Quando noſcatur rectè, quandò obliquè? ibid.b
Veritatem non dicere, & *Veritatem negare* differunt. 95.a
Verba Sacerdotis, cur in corde moribundi frangantur? 12.b
Verba, quæ non dicuntur, an etiam ſignificent? 18.a
Verba Parentum, & ſi acria, ſunt ſilentio & patientiâ honoranda. 21.b
Verba ſordida, quænam ſint? 84.a
Verba, quæ *conjuncta* nominentur? 137.a
Verba, an & quæ proſpectare poſſimus? 9.b
Verba oculorum, an etiam ſint? ibid.
Verbis Sacræ Paginæ abuti in materiâ jocosâ, an ſit mortale? 55.a
Veſtis, quid ſignificet? 242.a. An ſemper ſtatum perſonæ manifeſtet? 223.a. An ſignificet barbam? 220.b
Veſtis Regiæ lacinia in manu Davidis, quid importet? 231.a
Veſtes ſecernunt & diſtinguunt Virum à Fœminâ, Nobilem à Plebejo, &c. 220. a. Loquuntur. An aliquando etiam mentiantur? 221.a
Veſtes Deorum, an pendeant ab arbitrio Pictorum? 221.a
Veſtes æquivocæ, an dentur? An & quando contingat Reſtrictionem à veſtibus non poſſe deſumi? 223. An dentur propriæ Veſtes? 224.a
Veſtes Religioſæ, an mentiantur? 232.b
Veſtes fœminarum, an & quid loquantur? 234.b
Veſtes Religioſorum, quales eſſe debeant? 239.a
De Veſtium vanitate. Unde naſcatur & foveatur? 236.b
De veſtium modeſtiâ. Quantam Ciſtercienſes obſervent? 233.b
Veſtium pretium debet ſtatui, & opibus correſpondere. 234.b
Veſtium cultus & ornatus, an & quid loquatur? 237.a
Vexillum purpureum ſuper Imperatoris tentorium expanſum, quid ſignificet? 244.b
Via ſine reſtrictione quomodo reſtringatur? 168.b
Via aperta, quid? ibid.
Viam tritam ingredi, quid ſit? 168.a
Viam invenire, quid ſit? & quid *non invenire*? ibid.
Viam ſuam inire, quid ſignificet? ibid.
Reverti per eamdem viam, quid ſit? ibid.
Viam currere, quid importet? ibid.
Aliâ viâ redire, quid? ibid.
Explorare vias, quid dicat? ibid.
Via Regia, & Semitæ realiter, & moraliter, quid ſint? 168.b
Viatores-ne, an Beati Deo, an ſaltem ipſemet Deus poſſit nomen opportunum imponere? 70.a
Vicarius Epiſcopi quid debeat facere? 20.b
Vicarius, an contra Principalem ſuum ſentire poſſit in materiâ probabili? 20.a. Perſonam ſui Principalis repræſentat. 201.a
Vicus quid ſignificet? 171.b
Vicus pro Caſtello, pro Urbe, &c. 172.a
Vicus propriè in Linguâ Latinâ quid ſignificet? ibid.
Vidua quæ ſit, & unde dicatur? Viduam-ne conſtituat divortium, repudium, aut abſentia? An, quæ ſine Viro, Vidua ſit? 127.b
Villa, quid ſignificet? An pro prædio ſumatur? An cincta ſit, an muro careat? 176.b
Villanus, quis dicatur? ibid.
Willelmus Auriaci Princeps, qualis fuerit? Quanti à Carolo V. in pueritiâ habitus? 225.b
Vindemiare homines, & eos calcari in Torculari, quid importet? 180.a
Vinea generoſa, quæ ſit, & quare ſic appelletur? 180.a
Aſinum ad Vineam ligare, quid ſit? ibid.
Vineæ, cur plantentur? ibid.
Vineas eradicare, quid ſignificet? ibid.
Vinum, an elatos dejiciat, & humiles exaltet? an in rebus Politicis uſus Sacræ Paginæ ſit tolerandus? 29.b
Vinum Rhenanum, an notum antiquis fuerit? 180.b
De Vinorum varietate & generoſitate. ibid.
Vir pecunioſus, an poſſit condemnari? 5.b
Vir ille, qui nec abiit, nec ſtetit, nec ſedit, quiſnam fuerit? 82.b
Viri Sancti, an interdum actus indeliberatos eliciant? 230.b
Virgilius, qualis? Qualiter apud eum loquantur Dii? 139.a. Quomodo ſoleat veteres hiſtorias attingere? 197.a
De Virginis Matris virtutibus. An omnes indicibiles ſint? 74.b
Virgines, an poſſint vocari *Viduæ*? 127.b
Virrey quid ſit? 9.a
Virtus, an in armorum pulchritudine & pretio conſiſtat? 251.a
De Viſione confusâ. Cur nec Talpæ, nec Lynci conveniat? 67.a
Vites, an propter ebrios eradicandæ ſint? 89.a. An Vites ante diluvium fuerint? Et quis primus uvas expreſſerit, & fecerit vinum? 18[illegible].a
Vitia turpiora ſunt, quæ ſub virtutis ſpecie ſerpunt. 234.a
Ulyſſes, qualis fuerit? 228.a
Vocabula immunda, & obſcœna, an aliquando dici debeant? 82.a
Vocabula rerum, quid ſint? 109.b
Vox, cur interdum non refringitur? 11.a
Vox in contextu unius linguæ, an alius linguæ poſſit habere ſignificationem? 81.b
Vocis & linguæ analogia. 116.a
Vocem utrùm incipi modeſtia toleret, quæ nonniſi ſine immodeſtiâ abſolveretur? 122.b
Voces communes, an etiam per ſilentium reſtringantur? 17.a
Voces ineffabiles, an dentur? 68.b
Voces nihil ſignificantes, an dentur? An hæ ſint, quibus ipſum nihilum ſignificatur? 69.a
Voces, quæ in unâ lingua ſunt honeſtæ, ſi in aliâ obſcœnæ an ſint vitandæ? 82.a
Voces ſacrilegæ & propudioſæ, quo modo illæsâ religione & verecundiâ proferantur? ibid.
Voces, quænam *immundæ* nominentur? An, & quomodo proferri poſſint? 92.a
Voces non ſcribi poſſe, unde proveniat? 121.a
De vocibus, quæ in unâ linguâ puræ ſunt, turpes in aliâ. 81.a
De vocibus animalium. An poſſint characteribus exprimi? 121.b
De Voto Caſtitatis emiſſo in Ordinibus Militaribus. A

loco

loco verba in Profeſſione ſolenni reſtringuntur, & non à Novitiorum voluntate. 198.b
Urbs quo modo à Civitate differat? 170.b
Urſæ dux. 56.b
Vultus, an habeat ſua idiomata? An per faciei colorem ſymptomata interiora loquantur? 22.b

X

XErxis exercitus. 38.b
Xicara, quid ſit? 96.a

Y

Ὑπογράφειν βασιλικῶς, *ſubſcribere regiè*, quid? 214.a

Z

Z*Enith*, quid ſit? 44.b
Zoroaſter, qualis? Quantus ejus exercitus? 38.b



AIT 1742238

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google